

ANALECTA

LITVRGICA

ANALECTA

LITVRGICA

PARS II

THESAVRVS
HYMNOLOGICVS

INSVLIS ET BRVGIS
TYPIS SOCIETATIS S. AVGVSTINI
M.D.CCC.LXXXVIII

THESAVRIS

HYMNOLOGICIS

HACTENVS EDITIS

SVPPLEMENTVM AMPLISSIMVM

E LIBRIS TAM MANVSCRIPTIS QVAM IMPRESSIS
ERVERVNT, NOTVLISQVE ILLVSTRAVERVNT

E. MISSET

ET

W. H. I. WEALE

I

PROSAE

QVAE APVD DANIEL, MONE, NEALE, GAVTIER, SCHVBIGER,
WACKERNAGEL, MOREL, ET KEHREIN NON REPERIVNTVR

INSVLIS ET BRUGIS
TYPIS SOCIETATIS S. AVGVSTINI
M.D.CCC.LXXXVIII

PRÉFACE

Nous entreprenons aujourd'hui la publication intégrale de toutes les pièces liturgiques du Moyen Age. Nous l'entreprenons en nous rendant compte des difficultés qu'elle présente, et qui sont immenses. Ceux-là seuls peuvent en douter qui n'ont étudié que superficiellement la question, et qui s'imaginent qu'après le *Thesaurus hymnologicus* de Daniel et les *Lateinische Hymnen* de Mone, il ne reste plus qu'à glaner. Nous avons dans nos cartons plusieurs milliers de Proses, d'Hymnes, de pièces liturgiques inédites, collationnées sur les manuscrits et les incunables de toutes les bibliothèques de l'Europe. Et malgré cela nous ne nous dissimulons pas que nos collections sont bien incomplètes. Telles qu'elles sont néanmoins nous allons les livrer au public, non sans regret, mais avec la conviction qu'attendre plus longtemps serait nous exposer à ne les publier jamais.

Bien des erreurs sans doute nous échapperont dans cette publication si difficile. Nous nous déclarons d'avance prêts à les corriger, et nous serons on ne peut plus reconnaissants à ceux qui auront l'obligeance de nous les signaler. Nous avons le désir de pouvoir, dans une dizaine d'années, donner un *Corpus hymnologicum* aussi complet, aussi correct que possible. Mais pour cela nous avons besoin d'aide, et nous faisons appel à toutes les bonnes volontés, à toutes les lumières de ceux qui prendront la peine de nous lire. De notre côté nous nous efforcerons de publier bientôt un travail de critique, permettant de grouper, par styles et par époques, les pièces liturgiques si diverses qui sont parvenues jusqu'à nous. Tant que ce travail n'aura pas été fait (par nous ou par

d'autres), tant que les conclusions n'en auront pas été discutées et admises, bien des efforts resteront vains et une foule de difficultés sembleront inextricables.

Dans quel ordre publierons-nous les pièces liturgiques inédites que nous possédons, et quelles pièces considérerons-nous comme éditées ?

Après y avoir réfléchi longtemps, l'ordre chronologique nous a semblé devoir être écarté. Dans l'état actuel de la science, il est à peu près impossible. De plus, il nous faudrait, pour être complet, refondre tous les recueils antérieurs, c'est-à-dire refaire tout ce qui est à peu près fait. C'est inadmissible dans une Revue. Nous nous arrêtons donc au seul ordre possible, c'est-à-dire que nous publierons : 1° les *Proses*, 2° les *Hymnes*, 3° les *pièces liturgiques diverses*, diocèse par diocèse, en prenant pour base le plus ancien Missel, ou le plus ancien Bréviaire, ou le plus ancien Livre d'Heures imprimé que nous pourrons découvrir. De la sorte, on se fera facilement une idée d'ensemble sur les pièces usitées dans chaque Église particulière, vers l'époque où l'imprimerie fut inventée. Nous donnerons toujours, en effet, une table complète des morceaux liturgiques de chaque diocèse, tout en nous faisant une loi de n'éditer en entier que ceux qui sont absents, à l'heure actuelle, des grandes collections hymnographiques. Nous commençons par les *Proses*.

Quelles sont les *Proses* que nous considérons comme éditées, et que par conséquent nous ne reproduirons pas ? — Ce sont celles qui sont contenues dans les recueils suivants:

1° Thesaurus Hymnologicus, sive Hymnorum, Canticorum, Sequentiarum, circa annum MD usitatarum collectio amplissima. — Carmina collegit, apparatu critico ornavit, veterum interpretum notas selectas, suasque adiecit HERM. ADALBERT. DANIEL. Halis et Lipsiae, 1841-56. 5 vol., 226 x 138. (Les Proses sont renfermées dans les tomes II et V.)

2° Lateinische Hymnen des Mittelalters, aus Handschriften herausgegeben und erklärt von F. J. MONE. Freiburg im Breisgau, 1853-55. 3 vol. 230 x 145.

3° Sequentiae ex Missalibus Germanicis, Anglicis, Gallicis, aliisque Medii Aevi, collectae. Recensuit notulisque instruxit IOANNES M. NEALE. Londini, 1852. 1 vol. 70 x 105. (Daniel a reproduit ces deux ouvrages dans le tome V de son *Thesaurus.*)

4° Œuvres poétiques d'Adam de Saint-Victor, précédées d'un Essai sur sa vie et ses ouvrages, par L. GAUTIER. Le Mans et Paris, 1858. 2 vol. 160 x 100.

5° Die Sängerschule St. Gallens, vom achten bis zwölften Jahrhundert. Ein Beitrag zur Gesanggeschichte des Mittelalters, von P. ANSELM SCHUBIGER. Einsiedeln, 1858. 1 vol. 285 x 210, avec planches. (Ouvrage important pour les Proses de Notker.)

6° Das Deutsche Kirchenlied, von der ältesten Zeit bis zu Anfang des XVII. Jahrhunderts : von PHILIPP WACKERNAGEL. Leipzig, 1862-77. 5 vol. 245 x 166.

(Les deux premiers volumes seuls contiennent des Proses.)

7° Lateinische Hymnen des Mittelalters, grösstentheils aus Handschriften Schweizerischer Klöster, als Nachtrag zu den Hymnensammlungen von Mone, Daniel und andern, herausgegeben von P. GALL MOREL. Einsiedeln, 1868. 1 vol. 225 x 135.

8° Œuvres poétiques d'Adam de Saint-Victor : texte critique par LÉON GAUTIER. Deuxième édition entièrement refondue. Paris (Tours, impr. Mame), 1881. 1 vol. 165 x 102.

9° Lateinische Sequenzen des Mittelalters, aus Handschriften und Drucken herausgegeben von JOSEPH KEHREIN. Mainz, 1873. 240 x 150. (Ce dernier ouvrage, que l'on peut facilement se procurer, remplace à la rigueur tous les recueils précédents, sauf ceux de M. Léon Gautier.)

On remarquera que nous ne citons dans cette liste aucun ouvrage antérieur à Daniel. Il a résumé tous les plus importants. Nous ne tenons pas compte non plus des publications peu considérables, des monographies, des offices particuliers qui ont pu et qui pourront paraître. Notre travail n'aura d'importance et de valeur vraie que s'il dispense de recourir à

une foule de petites brochures parfois presque introuvables. Quand nous saurons une pièce imprimée çà ou là, nous aurons soin de le noter, mais nous la publierons quand même.

Il va de soi que tout en adoptant comme base de publication le premier Missel imprimé de chaque diocèse, nous collationnerons le texte de nos incunables sur les manuscrits chaque fois que la chose sera possible. Sans le recours aux manuscrits il n'y a pas de critique hymnographique. Nous serons néanmoins assez réservés en ce qui concerne les variantes. On en abuse véritablement. Elles donnent un air savant à certaines éditions et ne servent trop souvent qu'à encombrer un texte. Au fond quand on a la leçon véritable le reste importe peu.

Pour l'orthographe il nous est tout à fait impossible de conserver celle des manuscrits ou des incunables. Elle varie avec chaque copiste quelquefois, et très fréquemment avec chaque époque. Nous adoptons donc résolument l'orthographe courante, c'est-à-dire que nous supprimons tout ce que Brambach a démontré être des barbarismes, sans toutefois tomber dans l'excès contraire et hérisser notre texte de formes insolites.

Après avoir dépouillé les incunables, nous ferons le même travail pour les manuscrits. Nous dresserons ensuite des Tables générales qui permettront de s'orienter facilement dans notre publication.

Et maintenant il ne nous reste plus qu'à faire des vœux pour que ce travail qui nous aura coûté de la peine, soit de quelque utilité pour ceux qu'intéressent les études liturgiques et philologiques. C'est notre désir le plus sincère, et ce sera, si notre désir se réalise, notre meilleure récompense.

E. Misset.

W. H. James Weale.

PROSAE

MISSALE SECVNDVM VSVM ECCLESIAE VCECIENSIS. Lugduni, 1495 [1].

1. In Natali Domini : in Missa de gallicantu, Prosa : *Nato canunt omnia.* K.9.
2. „ „ ad Missam de luce, Prosa : *Promissa mundo gaudia.* K.12. Mone, 372.
3. „ „ ad Missam maiorem, Prosa : *Caeleste organum hodie.* K.7.
4. In Apparitione Domini, Prosa : *Laetabundus exsultet.* K.13 et 28.
5. In die sancto Paschae : in Missa, Prosa : *Mane prima Sabbati.* K.93.
6. In die Ascensionis Domini, Prosa : *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
7. In die sancto Pentecostes, Prosa : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
8. In Dedicatione ecclesiae, Prosa : *Clara chorus dulce pangat.* K.868.
9. Prosa de Summa Trinitate, dicenda in octavis Pentecostes, et Dominica ante Adventum, et in Transfiguratione Domini *Unum, simplex et perfectum.* 1
10. In Natali S. Stephani protomartyris, Prosa : *Malignantes in prophetis.* 2
11. S. Iohannis apostoli et evangelistae, et aliorum evangelistarum, Prosa : *Iocundare plebs fidelis, cuius pater.* K. 427.
12. SS. Innocentium Prosa : *Celsa pueri concrepent melodia.* K.348.
13. In Purificatione B. Mariae, Prosa, edita a venerabili patre domno Guillermo de Mandagoto : *Post impletum stabilitum.* 3
14. In Annuntiatione B. Mariae, Prosa : *Ave Maria, gratia plena.* K. 264.

1. On ne connaît que deux exemplaires de ce Missel, l'un incomplet, appartenant à l'église d'Uzès, que nous avons examiné chez M. le chanoine Carle à Nîmes, en Octobre 1886 ; l'autre, complet, nous a été avec une rare obligeance, communiqué en Octobre 1887, par son heureux possesseur, M. A. Claudin, auteur d'un travail remarquable sur le typographe Jean Numeister, imprimeur de ce Missel.

I. DE SVMMA TRINITATE.

1

Unum, simplex et perfectum,
quod transcendit intellectum,
Ens in summo nobile,
Ens aeternum, Ens necesse,
per se solum habens esse,
movens, et immobile;

2

Quod nec tempus secum rapit,
neque locus in se capit,
cui non est accidens,
Factor lucis, Dator vitae,
Mens virtutis infinitae,
Mens futura praevidens;

3

Fons totius bonitatis
impertiri volens gratis
suam cunctis copiam,
Totum potens totum novit,
et ad omnem se devovit
faciendam gratiam.

4

Agens tamen non vexatur,
sed nec sciens occupatur,
nec fit pauper munerans;
Solo verbo cuncta creat,
verbo docet, verbo beat,
Verbum ex se, generans.

5

Verbum ex se par ex pari,
cuius nequit enarrari
mira generatio.
Natum enim verbum menti
coaeternum est gignenti
et unum in alio.

6

Sed et Natum Genitori
nectit amor, et amori
ambos idem penitus.
Amor nectens sacer Flatus,
a duobus inspiratus,
procedens, non genitus.

7

Nequit tamen comprehendi
modus ipse procedendi;
muta fiant labia.
Satis dicis cum exponis
Deum trinum in Personis,
unum in essentia.

8

Non sunt unus, sed sunt unum,
tres est eos opportunum,
et non tria dicere.
Sed quod Deus unus trinus,
ubi maius nil aut minus
confitemur libere.

9

Nos ad tantae Trinitati
serviendum sumus nati;
Sibi laus et gloria.
Serviamus Ei soli,
quia sola digna coli,
sola digna latria.

10

Ave, Pater, Rex, Creator,
ave, Fili, Lux, Salvator,
ave, Pax et Charitas.
Ave, Simplex, ave, Trine,
ave, regnans sine fine,
Una Summa Trinitas.

2. IN NATALI S. STEPHANI PROTOMARTYRIS.

1

Malignantes in prophetis
ad vos missos occidetis
ut exterminemini,
Non parcentes Dei christis,
quia tempus non novistis
visitantis Domini.

2

O! sub quibus essent alis,
gens perversa, gens feralis,
gens absque consilio,
Tui nati congregati,
si foventem posset pati
prava generatio.

3

Pro te flentem non attendis
quae maturas tot deflendis
tuum exterminium.
Non advertis neque sapis
quod non stabit in te lapis
unus super alium.

4

Digne quidem peritura,
frons obtusa, cervix dura
plus quam ipsi lapides,
Quos tu frendens et immitis
ad cervices sanctas mittis
nec extrema praevides.

5

Quae si quondam trucidaras
sacerdotes inter aras,
tuos armas hodie
Contra Deum sacerdotes,
et resistis quantum potes
Stephani sententiae.

6

Sed ex lege confutaris
cordibusque dissecaris
signa videns publica.
Nec te movent verba vitae,
nec demulcet te Levitae
facies angelica.

7

Cor induras, os avertis,
ne advertas quod apertis
caelis videt gloriam.
Indignaris cum haec audis,
et indignas aures claudis
reputans blasphemiam.

8

Producuntur falsi testes
qui deponunt tandem vestes
ad Sauli vestigia.
Torvo iactu lapis torret
sed torrentem non exhorret
martyris constantia.

9

Pro te rogat ne damneris
quae cervicem sanctam feris
inhumana rabie.
Cumque furis in cervicem
primus Deo reddit vicem
martyrum primitiae.

10

Age, primas pretiose,
cuius caput ornant rosae
primitivo sanguine.
Qui tam carus es exosis
abundanter caris prosis
charitatis ordine.

2 a Et *Ucecien.*
3 b praedicantem paucis verbis *Ambianen.* La rime n'existe pas. Cette correction (car c'en est une) a été amenée par l'obscurité du texte véritable.
3 d Non attendis *Ambianen.*
4 d Quod *Ucecien.* à rejeter.
6 d vitae verba *Ucecien.* détruit la rime.
9 d Dumque *Ambianen.*

3. IN PVRIFICATIONE BEATAE MARIAE.

1

Post impletum stabilitum
tempus legis iuxta ritum,
Virgo sine macula
Intrat templum, ferens Natum
in salutem nobis datum,
qui praecessit saecula.

2

Quem suscepit inter manus
sanctus ille veteranus
Symeon cum gaudio.
Exspectarat hunc venturum,
Israelem redempturum,
grandi desiderio.

3

Viso vero salutari,
per quem habet gens mundari
penitus a crimine,
Dixit senex : Nunc dimittis
me in pace, summe mitis,
servum Tuum, Domine.

4

Tunc et Anna sine mora
venit, noscens illa hora
Christum, Dei Filium
In hunc mundum advenisse,
atque carnem assumpsisse
pro salute gentium.

5

Iesu, cuius in honore,
Te, devoti, sacro more,
accensis luminibus,
Recensemus praesentatum
die ista, et oblatum
Patri cum muneribus,

6

Nos, obtentu Genitricis
nostris victis inimicis,
fac cum Anna vidua,
Et cum iusto Symeone
Tua frui visione
in pace perpetua.

Cette Prose nous est donnée dans le Missel d'Uzès sous le nom de Guillaume de Mandagot. Il en est de même des numéros : 9, 10, 11, 12 et 13 que nous publions ci-après. L'attribution est très probable, bien que nous n'ayons trouvé nulle part l'indication que Guillaume de Mandagot ait composé des Proses. Ces morceaux ont les caractères de la fin du treizième siècle. Ils sont un peu obscurs, mais bien rythmés et théologiques. Guillaume de Mandagot était né à Lodève ; il fut archidiacre de Nîmes, prévôt de Toulouse, archevêque d'Embrun (1295) et d'Aix (1311), cardinal évêque de Palestrine (1312). Il contribua à la rédaction du *Sextus* sous Boniface VIII., fut grand ami de ce pape, et décéda à Avignon au mois de Novembre 1321. Il y fut enterré dans l'église Sainte-Catherine. Il est fort probable que les Proses qui lui sont attribuées furent introduites dans le Missel d'Uzès par son neveu Guillaume de Mandagot, qui occupa ce siège de 1310 à 1344. Malheureusement nous n'avons pu découvrir aucun manuscrit de l'église d'Uzès antérieur au Missel de 1495.

4. DE S. IOHANNE BAPTISTA.

1

Inter natos mulierum,
ut testatur Verbum verum,
maior nemo prodiit
Salvatoris praecursore,
cuius ortus miro more
miris signis claruit.

2

Pater senex, mater anus,
quos fecundat Dei manus,
gaudent puerperio.
Prohibebat partum aetas
iuventutis ultra metas
laborabant senio.

3

Thura litans Regi caeli
dum non credit Gabrieli
pater mutus tacuit;
Ut parentes infecundi
genuere iubar mundi,
vox ad patrem rediit.

4

Mater matrem salutavit,
et Iohannes exsultavit
matris clausus utero.
Praeconatur praeco Regem,
et naturae vincit legem
sensus hic in puero.

5

Nondum natus nondum natum
sensit vates vatem vatum
nasciturum spiritu,
Cuius virtus sanctitatis
mundat illum a peccatis
ventris sub accubitu.

6

Solem praeibat lucerna,
cuius luce lux superna
lucet sine termino.
Vox clamantis in deserto
movet omnes in aperto
viam parent Domino.

7

Verbum praeit vox nascendo,
praedicando, moriendo,
baptizando populos.
Sic venturo viam parat,
sic serenti sulcos arat,
convertit incredulos.

8

Hic baptismo Iesum mersit
qui peccati sordes tersit
sanguinis antidoto.
Speciale datum ei
singularem Agnum Dei
demonstrare digito.

9

Certe magnum eremitam
praesentem sprevisse vitam,
contempsisse prospera,
Mel silvestre, cibus vilis
et cameli texta pilis
vestis probat aspera.

10

Hic dum Dei legem zelat
crimen Herodis revelat
arguendo publice.
Levitate puellari
mox est iussus decollari
vitae vir angelicae.

11

Rex devictus hoc procinctu
Herodiadis instinctu
foedavit convivium.
Martyr Christi passus mortem
est assumptus intra sortem
supernorum civium.

12

Quo nos, suos laudatores,
post pressuras et labores
assumat ad bravium.

1 c nullus maior *Pragen. Olomucen.* 1 e ortu sine more *Ucecien.*
3 d Et *Ucecien.*
4 a Pater *Ucecien.* Le texte véritable est évidemment Mater. C'est quand la "Mère" de Dieu salue la "Mère" du Précurseur que Saint Jean tressaille de joie.
4 e Natum vicit *Ucecien.;* natum vincit *Olomucen.*
5 b sensit Regem *Ucecien.;* sensit vates vatum *Olomucen.*, vers faux.
5 c spiritus *Ucecien.*, contraire au sens et à la rime. 5 d Huius *Ucecien.*
6 Les deux demi-strophes sont interverties dans le Missel d'Uzès. 6 b aeterna *Ucecien.* 6 e monet *Pragen.*

7 b monendo, *Pragen.;* movendo, *Olomucen.;* tous deux contraires au rythme.
8 d Speciale datur ei, *Pragen.* 8 e singulare donum Dei, *Pragen.*, *Olomucen.*
10 a legem Dei, *Pragen.*, *Olomucen.*

5. DE SANCTO IACOBO.

1

Gratulemur
et laetemur
summa cum laetitia,
Laetabunda
et iocunda
gaudeat Hispania.

2

In gloriosi Iacobi — praefulgenti
[victoria,
Qui scandens caelos hodie — co-
[ronatur in gloria.

3

Qui cum esset in hoc mundo,
tanquam maris in profundo
praedicans incredulis,
Fidem Sanctae Trinitatis
verus praeco veritatis
nuntiabat populis.

4

Quidam magus Hermogenes—
[suum misit discipulum
Ut tentaret apostolum — qui con-
[vertebat populum.

5

Cum Iacobus Zebedaei
praedicaret verbum Dei
Philetus interfuit.
Falsa tentat asserere
et Iacobo resistere
sed tandem desipuit.

6

Et nimirum
Dei virum
fallere non potuit,
Rationes
et sermones
cuius non sustinuit.

7

Iacobus plenus gratia
dat legis testimonia,
in promptu tenet omnia.
Philetus stupens talia
de Christo mirabilia
revertitur ad propria.

8

Cum esset in hospitio
a magistro fit quaestio
quae sit Iacobi ratio,
Data fuit responsio
quae esset praedicatio
vel sub quo testimonio.

9

" Messiae incarnatio
et sub Pilato passio
sunt apostoli ratio.
Et Christi resurrectio,
mirabilis ascensio
sunt eius praedicatio.

10

Dei dicit magnalia,
prophetarum praeconia
ducit in testimonia;
Et David vaticinia
sunt illi concordantia:
memoriter scit omnia.

11

Et dicunt amici mei:
apostolus ille Dei
vere mortuos suscitat.
Saepe cum sibi libuit
claudis gressus restituit,
caecis visum suppeditat. "

12

— " Tu Philete qui sic credis,
deos et idola laedis,...
nunc te solvat apostolus ! "
Iacobus per vicarium
suum misit sudarium ;
solutus est discipulus.

13

Tunc Philetus
vadit laetus
ad beatum Iacobum ;
Baptizatus
et renatus
facit se discipulum.

14

Magus motus insania
ad se vocat daemonia,
Per quorum ministeria
sua regebat studia.

15

Postquam venerunt daemones
iussit eos Hermogenes
Ut caperent apostolum
et cum eo discipulum.

16

Quo cum irent daemonia
iam senserunt incendia,
Deficiunt imperia ;
sic ululant clamantia :

17

" Serve Dei, miserere,
confitemur nos ardere
ante tempus incendii ;
Apostole sancte Dei,
pie fili Zebedaei,
nunc egemus auxilii. "

18

Hic vir plenus virtutibus
imperabat daemonibus ;
Faciebat miracula,
sed quis narrabit singula ?

19

Huic est ostensa visio
Christi transfiguratio,
Beato Petro socio,
Iohanne fratre tertio.

20

Cum duobus discipulis
segregatus apostolis
Deum conspexit oculis
transformatum in saeculis.

21

Cum esset in Thabor monte,
tres facerent sua sponte
tria tabernacula.
O quam beati oculi
qui Redemptorem saeculi
viderunt per specula.

22

O gloriose Iacobe — sis protector plebi tuae — per singula,
Dei Natum transformatum — qui meruisti cernere — per secula.

Manuscrits. Autun : Bibl. du Gr. Sém., 124, Missel d'Autun de la fin du xv[e] siècle, *AA*. Paris : Bibl. Nat., 871, xv[e] siècle, *L*.

1 c potentia *Redonen.*

2 a Iacobi gloriosi *Tornacen.*; fulgenti b coronatur gloria *Redonen.* La première de ces deux variantes appelle la seconde.

3 e velut *Eduen. Redonen. Tornacen. Ucecien.*

4 Cette strophe se lit ainsi dans le Missel de Rennes :

Quidam magus Hermogenes
cum excitasset daemones, etc.

Ce second vers rompt tout parallélisme et doit être rejeté.

5 d tentans *Redonen.*

5 f displicuit *AA. L. Eduen. Ucecien.* dissepuit *Redonen.* dissoluit *Tornacen.* Cette triple variante nous indique un premier mot incompris, que l'on a voulu corriger et rendre plus clair. Nous croyons que c'est *desipuit;* il resta court. L'obscurité du passage a amené dans le Missel de Tournai la strophe suivante qui est ridicule :

Et nimirum
Dei virum
fallere non potuit.
Falsa tentat asserere
et Iacobo resistere,
sed tamen dissoluit
Rationes, etc.

6 a Qui mirum *Ucecien.* fait un vers faux. Et ne mirum *Redonen.* n'offre pas de sens. Et nimirum *AA. Eduen. Tornacen.*

6 f eius *AA. Eduen.*

a Dei gratia *Redonen.*

7 b dans *Redonen.*

8 f vel quo sub *Redonen. Tornacen.*

9 b Pilato Pontio *AA. Eduen.*

9 c fuit eius praedicatio *AA. Eduen.;* sunt eius praedicatio *Tornacen.*

9 d mirabilis adstructio *AA. Eduen.*

9 e sunt eius oris ratio *AA. Eduen. Tornacen.*

10 a dixit *Redonen.*

10 c dixit *Redonen.*

11 à 16 manquent dans le Missel d'Uzès; 11 et 12, dans celui de Rennes. Ces strophes sont indispensables au sens, et doivent être rétablies.

11 e gressum *L.* constituit *Tornacen.*

12 a Philetus *Tornacen.;* b legis *Tornacen.* e mittit *Tornacen.*

13 a Nunc *Tornacen.;* b redit *AA. Tornacen.*

14 b vocat ad se *AA.* c magisteria *AA. L. Tornacen.* d gerebat *Redonen.*

15 d eiusque condiscipulum *Tornacen.*

16 a Sed cum *Redonen. Ucecien.*

17 Les deux parties de cette strophe sont interverties dans le Missel de Rennes. b profitemur *L. Ucecien.* d serve Dei *Redonen.*

18 a Sed vir *L. Redonen.* d quid referam *Redonen.* narrare *L.*

19 à 21 ne se lisent pas dans le Missel de Rennes.

20 b a caeteris *Tornacen.*

21 a essent *Tornacen.* b fecerunt *L. Tornacen.* f viderunt nunc *AA. Eduen. Ucecien.;* viderunt tunc per saecula *Tornacen.* viderunt non per specula *L.*

22 a plebis *AA. Eduen.* per saecula *AA. Eduen. Tornacen.* per omnia *Redonen.* b Christum natum *Redonen.* quem meruisti *AA. Eduen. Redonen. Tornacen. Ucecien.* n'offre pas de sens.

6. DE S. AVGVSTINO.

1

Melodiae canticis
iungentes angelicis
nostra quoque gaudia,

2

Laudemus in tympanis
in chordis et organis
Ipsum, cuius gratia
Augustinum hodie
corona iustitiae
ditavit et gloria.

3

Dulce melos dulciter
personemus pariter
ad eius sollemnia.
Voce vita consonet,
dulce melos personet
ambarum concordia.

4

Hic Gentilis dum fuit
Manichaeis paruit,
sed, precum instantia,
mater illum propria
Quem carne pepererat
mundo, Christo generat,
et tumens scientia
humilis fit gratia.

5

Differebat primum quidem
baptizari, sperans fidem
humana scientia
Posse capi, sed secutus
Paulum, Christum est indutus
ipsum, cuius gratia,

6

In medio ecclesiae,
spiritu sapientiae,
intellectus copia,
Os repletum aperuit,
doctrina sana claruit,
praesulis facundia.

7

Libros ille
scripsit mille,
vivens dixit,
nobis scripsit
haereticorum varia
quo vitatur perfidia.
Scripsit vero
suo clero
vitae normam,
sed dans formam
ut castis sint communia
obedienter omnia.

8

Augustine,
flos divine,
palmes mitis
verae vitis,
una vinum
dans divinum
mellis, lactis copia ;
Tuam gentem,
insistentem
tuae laudi,
clemens audi ;
pia prece,
purga faece
Christoque concilia,

9

Ut cum sanctis in gloria
decantemus Alleluia.

7. DE S. FIRMINO, EPISCOPO VTICENSI.

1

Firmini firmitas
firma miraculis
et vitae claritas
clarescat populis,
cuius in saeculis
viget auctoritas
gloriosa.
Aret gentilitas
baptismi rivulis,
Firmini ruditas
doctrinae poculis
par fit discipulis
sancti strenuitas
generosa.

2

Cum leprosum osculatur,
lepra fugit, innovatur
cutis horrens osculo.
Morbus vaste devastatur,
caecus videt, et fugatur
daemon mentis modulo.

3

Voces audit angelorum,
quasi civis supernorum
sit Firminus civium.
Ferreolus, consors pius,
pedi pedem iuncto prius,
idem audit gaudium.

4

Fani
profani
dum cultum devovet,
mentes
dementes
contra se commovet;
Genti
furenti
dat vitae poculum
gratum,
ingratum
gens fera baculum.

5

Dum diabolici mens furit rustici,
lapis non potuit a manu proici,
nec laxatur.
Visum miraculum perterret po-
[pulum,
et genti perfidae fidei poculum
ministratur.

6

Post Firminus transfretavit,
et puellae liberavit
corpus a daemonio.
Factum viri tam praeclarum
cunctis miro columnarum
patet testimonio.

7

Fera nescit feritatem,
sancti sentit sanctitatem,
sacrum ferens cinerem.
Corpus terrae commendatur,
sed spiritus elevatur
summum super aetherem.

8

Intercedat ergo bonus
pastor noster et patronus
pro nobis ad Dominum.
Qui superna regnas arce
prece tua nobis arce
suggestorem criminum.

9

Fac ut nobis condescendat
Christi Mater, et defendat
Deus exercituum.
Habeamus te pastorem,
sentiamus adiutorem,
nunc et in perpetuum.

7 c verens *Ucecien.*, probablement une faute d'impression pour ferens. Cette Prose, assez obscure par endroits, nous semble surtout altérée au vers 5 de la troisième strophe. Que signifie en effet " pedi pedem iuncto prius "?

8. DE B. THEODORITO, PATRONO VTICENSI.

1

O athleta gloriose,
Christi *martyr pretiose,*
nostrae laudes, nostrae prosae
tibi fiant gratiosae
quas cantamus hodie.
Inclite Theodorite,
nos digneris exaudire,
intercede pro peccatis
apud Fontem pietatis
et misericordiae.

2

Sanctus iste,
pro Te, Christe,
morti fuit traditus ;
Mors illius
est ipsius
ad vitam introitus.

3

Fide vera,
spe sincera,
charitate praeditus,
Stat invictus
inter ictus
et hostiles fremitus.

4

Eculeum perpessus et ungulas,
martyr Theodorite,
accensis lampadibus
atrocius inflammaris.
Iulianos devincens apostatas,
miles invictissime,
a supernis civibus
mox caelitus consolaris.

5

Vir prophanus
in te manus
intulit maleficas
Et hoc quia
de Maria
Christum natum praedicas.

6

A tyranno iugularis,
et a Deo coronaris,
martyr, gemma *martyrum;*
Post pressuram torcularis,
quasi vinum deportaris
Patris in cellarium.

7

Necem passus temporalem,
faecem ponis corporalem,
purus intras dolium.
In supernis gloriaris,
Trinitatem contemplaris,
hoc est summum gaudium.

8

Ergo, martyr venerande,
prosint nobis tuae laudes,
prosit et obsequium.
Post praesentis vitae cursum
servos tuos trahe sursum
ad caeli palatium.

1 fg Ces deux vers ne riment pas et trahissent une main inexpérimentée.
4 La strophe tout entière est interpolée. Le rythme laisse fort à désirer. De plus *ungulas* et *apostatas* ne riment pas.
8 ab *venerande* rimant avec *laudes* est inattendu.
8 e serva *Ucecien.*

Cette Prose, telle qu'elle nous apparaît ici, offre des strophes du douzième siècle, et d'autres sans caractère, sans date précise, et sans poésie. La vérité est qu'un remanieur, du quinzième siècle probablement, a transporté au saint patron d'Uzès des éloges qui s'adressaient primitivement à Saint Étienne. La Prose qu'il a défigurée n'est pas sans valeur. Elle est inédite. Nous la publierons plus tard ; en attendant, nous signalons par l'emploi d'italiques les emprunts qui lui ont été faits.

9. DE APOSTOLIS.

1

Voce clara et sonora,
laudes dentur in hac hora
beatis Apostolis;
Honor ipsis impendatur,
per quos dogma sanum datur
omnibus Christicolis.

2

Hi sunt viri Galilaei
qui fundarunt domum Dei
doctrinis caelestibus;
Isti mundum illustrarunt,
isti fidem exaltarunt
mirandis operibus.

3

Hi sunt tubae veritatis,
hi doctores honestatis,
principes Ecclesiae,
Amatores charitatis,
sectatores pietatis,
cultores iustitiae.

4

Isti nudi Christum nudum
sunt secuti, sponte dudum
deserentes omnia.
Dura passi, post labores,
post aerumnas et languores,
pro fide supplicia.

5

O praecones Summi Regis,
O magistri sacrae legis,
nos iuvate precibus:
Ut, delictis expiatis,
perfruamur cum beatis
gaudiis caelestibus.

10. DE VNO MARTYRE.

1

Christum, Regem immortalem,
qui agonem triumphalem
Suis dat martyribus,
Veneremur die ista
qua fidelis agonista
triumphat de hostibus

2

Miles Christi pretiosus,
hosti quidem odiosus,
tormentis subiicitur.
Hoste tamen saeviente,
aut tortore comprimente,
a fide non flectitur.

3

Immo ipsam profitetur
clara voce, nec veretur
quaecunque dispendia.
Laetus demum sumpsit mortem,
et recepit dignam sortem,
cum sanctis in patria.

4

Martyr digne, Christum ora,
ut assistat mortis hora
sic Suis fidelibus,
Quod, post huius vitae cursum,
expedite vadant sursum,
purgati criminibus,

5

Nunquam ultra morituri,
sed perenni fruituri
cum electis gloria:
Ubi planctus non auditur,
ubi dolor non sentitur,
nec ulla molestia.

11. DE MARTYRIBVS.

1

Regi regum mente munda,
dum hac die fit iocunda
martyrum memoria,
Plebs fidelis grata vota
prompte reddat, et devota
concinat praeconia.

2

Hi athletae Summi Regis,
propter zelum sacrae legis,
dati ad supplicia,
Nunquam flecti potuerunt,
sed pro fide pugnaverunt,
cum mira constantia.

3

In agone constituti,
diri hostis et versuti
contempta saevitia,
Virtuose decertarunt
atque demum triumpharunt,
Dei fulti gratia.

4

Quanto vero plus urgebat
et in eos saeviebat
rabies tyrannica,
Tanto erant laetiores
et ad pugnam promptiores
pro fide Catholica.

5

Ferrum, ignem, et tortores,
poenas quasque ac terrores
reputarunt levia,
Ut post mortem corporalem
sibi vitam aeternalem
quaererent in patria.

6

Rex aeterne, qui virtutem
tribuisti et salutem
his sanctis martyribus,
Sempiternae vitae dona
post occasum nobis dona,
ipsis suffragantibus.

12. DE CONFESSORIBVS.

1

Gloriosi confessoris
digna laudis et honoris
agimus sollemnia.
Hic in terris constitutus
Summi Regis est secutus
beata vestigia.

2

Simplex, mitis, atque castus,
sprevit prorsus mundi fastus
et inanis gloriae.
Nullus dolus est inventus
in eodem, neque ventus
damnandae superbiae.

3

Hic placere Deo studens
domum suam, ut vir prudens,
supra petram statuit.
Sua quidem indigenti
vitae victum expetenti
larga manu tribuit.

4

Hic talentis sibi datis
sapienter duplicatis
felici commercio,
Deo gratus et acceptus
digne tandem est receptus
in caeli palatio.

5

O confessor Iesu Christi,
qui eidem placuisti
per virtutum opera,
Ab aeterna demum nece
liberati tua prece
feramur ad aethera.

13. DE VIRGINIBVS.

1

Virgo prudens et decora
digna cuius in hac hora
pangimus praeconia,
Nostras prompte sume laudes,
quae cum sanctis plene gaudes
intra caeli atria.

2

Tu es sacrum Dei templum,
tu virtutum es exemplum,
tu vivendi regula ;
Tu pudica, tu praeclara,
tu es sponsa Christi cara,
carens omni macula.

3

Tu fallacem et pomposum
mundum istum ruinosum
calcasti mirifice ;
Tu malignum et antiquum
nostri ritus inimicum
vicisti magnifice.

4

Sponso nocte veniente,
tollis moras, et repente
sibi vadis obvia.
Quae ab eo coronata
mox in caelis es locata,
cum ingenti gloria.

5

Virgo sancta, tua prece,
sic mundemur omni faece,
ut optatis praemiis
Perfruamur cum supernis,
liberati ab aeternis
gehennae incendiis.

14. IN COMMEMORATIONE B. MARIAE.

1

O lux, ave, caelica,
coetus lumen caelici,
quam attollunt cantica
Principis pacifici ;
Medicina publica,
Summi Mater Medici,
pias aures applica
nostrae laudi simplici.

2

Imple, Virgo nobilis,
ora te canentium,
tu quidem laudabilis,
laudum capax omnium ;
Nec sit despicabilis
tibi vox laudantium,
licet ineffabilis
vincat laus ingenium.

3

Trinum hostem patimur,
trinoque conflictui
iugiter exponimur :
tu resiste casui.
Premimur, opprimimur,
et timemus obrui ;
sed hi per quos caedimur
tuo cedunt nutui.

4

Flos humani generis,
tibi soli debitus
thronus est in superis
iuxta Prolem positus ;
Ut his quos vocaveris
sit ad votum aditus
trahatque quos traxeris
tuus Unigenitus.

5

Dante prima femina
cibum mortis homini,
pullularunt crimina,
datus est discrimini.
Laus debetur gemina
tibi Matri Virgini,
quae tollis discrimina,
quae mederis crimini.

6

Ergo preces audias
tibi supplicantium,
supplicesque facias
nescire supplicium.
Nos ad Agni nuptias,
ad pingue convivium
recipi praecipias
Christi commensalium.

7

In quo Deo gratias
vox est convivantium.

15. IN COMMEMORATIONE B. MARIAE.

1

Salve, virga mystica,
Virgo Mater Unici,
inter matres unica,
felix sorte duplici;
Mitis et pacifica,
Genitrix Pacifici,
pro salute supplica
nostra pio Iudici.

2

Sublimis et humilis,
firma spes humilium,
hostibus terribilis,
frange vires hostium.
Dulcis et amabilis
tutrix amabilium,
sic nobis placabilis
sis ut places Filium

3

En viventes morimur,
immo semimortui
ut aqua dilabimur,
sed occurre lapsui.
Via per quam gradimur
finis est ambigui,
si te duce ducimur
meta datur metui.

4

Nostri dux itineris
sis et comes exitus;
si nobis astiteris
tutus erit transitus.
Misereri miseris
tibi datum caelitus,
unde iure flecteris
ad servorum gemitus.

5

Veni, mundi domina,
munda Mater Domini,
vitae mors contermina
venit parcens nemini.
Cuncta caeli lumina
tuo cedunt lumini;
ergo nos illumina,
ne res desit nomini.

6

Preces ne despicias
ad te suspirantium,
sed prece subvenias
quae tulisti pretium.
Miseri delicias,
viles regni solium,
egeni divitias
quaerimus: da Filium.

7

Hoc uno nos satias
in quo plenum gaudium.

4 f On lit dans le Missel: *Tibi datum est caelitus. Est* doit être supprimé.
5 c Le texte porte: *Vitae mores contermina*, ce qui donne une syllabe de trop et n'offre aucun sens. d Le Missel donne *veni*.

MISSALE MAGDEBVRGENSE. Lubecae, 1480.

1. In Nativitate Domini : in primo gallicantu, Sequentia : *Eia recolamus laudibus.* K.10.
2. „ „ in summo mane, Sequentia : *Grates nunc omnes.* K.6.
3. „ „ ad summam Missam, Sequentia : *Natus ante saecula.* K.11.
4. De S. Stephano Sequentia : *Hanc concordi famulatu.* K.711.
5. In die S. Iohannis evangelistae, Sequentia : *Iohannes, Iesu Christo.* K.402.

   In Circumcisione Domini, Sequentia : *Eia recolamus laudibus.* K.10.
6. In Epiphania Domini, Sequentia : *Festa Christi.* K.24.
7. In Depositione Alleluia : *Cantemus cuncti melodum* [1]. K.44.
8. In die sancto Paschae, Sequentia : *Laudes Salvatori.* K.81.
9. Feria secunda Paschae, Sequentia : *Laudes Christo redempti.* K.92.
10. Feria tertia Paschae, Sequentia : *Agni Paschalis esu.* K.79.
11. Feria quarta Paschae, Sequentia : *Victimae Paschali.* K.83.
12. In die Dedicationis ecclesiae Magdeburgensis, Sequentia : *Psallat Ecclesia.* K.866.

    Dominica in Albis, et quatuor sequentibus, Sequentia : *Victimae Paschali.* K.83.
13. In die sancto Ascensionis Domini, Sequentia : *Summi triumphum Regis.* K.114.
14. In die sancto Pentecostes, feria tertia et quarta, Sequentia : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
15. De Sancta Trinitate, Sequentia : *Benedicta semper Sancta.* K.139.
16. De Corpore Christi, Sequentia : *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
17. De apostolis, Sequentia : *Clare sanctorum senatus.* K.369.
18. De martyribus, Sequentia : *O beata beatorum.* K.445.
19. Alia de martyribus : *Agone triumphali.* K.443.
20. De uno martyre : *Spe mercedis et coronae.* K.729.
21. De uno confessore : *Ad laudes Salvatoris.* K.465.
22. De confessore laico : *Dilectus Deo et hominibus.* K.460.
23. De virginibus, Sequentia : *Exsultent filiae Sion.* K.474.
24. In die sancto Andreae, et in octava, Sequentia : *Deus, in Tua virtute.* K.398.

    Barbarae virginis et martyris, Sequentia : *Exsultent filiae Sion.* K.474.

1. Cette Prose se trouve à la fin du volume. Les Rubriques, dans le corps du Missel, n'en font aucune mention.

25. Nicolai episcopi et confessoris, Sequentia: *Laus et gloria Deo.* K.667.
26. In Conceptione Sanctae Mariae, Sequentia: *Stirpe Maria regia.* K.192.
27. Adelheydis Sequentia: *Laudes egregias.* K.751.
In die sancto Thomae apostoli, Sequentia: *Clare sanctorum senatus.* K.369.
Anthonii abbatis, Sequentia: *Dilectus Deo et hominibus.* K.460.
Fabiani papae, et Sebastiani, martyrum, Sequentia: *Agone triumphali.* K.443.
Agnetis virginis et martyris, Sequentia: *Exsultent filiae Sion.* K.474.
28. In Conversione S. Pauli, Sequentia: *Dixit Dominus: Ex Basan.* K.384.
In Purificatione S. Mariae Virginis, Sequentia: *Gaude, Dei Genitrix.* K.11.
29. Item, alia: *Concentu parili.* K.217.
Dorotheae virginis et martyris, Sequentia: *Exsultent filiae Sion.* K.474.
Georgii martyris, Sequentia: *O beata beatorum.* K.445.
Philippi et Iacobi apostolorum, et in octava, Sequentia: *Clare sanctorum senatus.* K.369.
30. In Inventione Sanctae Crucis, Sequentia: *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
31. Iohannis ante Portam Latinam, Sequentia: *Verbum Dei, Deo natum.* K.408.
32. In Translatione Andreae apostoli, Sequentia: *Sacrosancta hodiernae.* K.401.
Erasmi episcopi et martyris, Sequentia: *Spe mercedis et coronae.* K.729.
Decem millium militum martyrum, Sequentia: *O beata beatorum.* K 445.
33. In Nativitate S. Iohannis Baptistae, Sequentia: *Sancti Baptistae Christi.* K.351.
34. In Passione apostolorum Petri et Pauli, Sequentia: *Petre, summe Christi.* K.394.
In Commemoratione S. Pauli apostoli, Sequentia: *Clare sanctorum senatus* K.369.
35. In die Visitationis S. Mariae, Sequentia: *Ave, Verbi Dei Parens.* K.211.
In Translatione Martini, Sequentia: *Sacerdotem Christi.* K.646.
36. In octava Visitationis Mariae Virginis, Sequentia: *Illibata mente sana.* K.208.
Septem fratrum martyrum, Sequentia: *O beata beatorum.* K.445.
Henrici imperatoris et confessoris, Sequentia: *Ad laudes Sal-*

vatoris, K.465, vel : *Dilectus Deo et hominibus.* K.460.

37. In Divisione Apostolorum, Sequentia : *Caeli enarrant.* K.368.

38. Mariae Magdalenae Sequentia : *Laus Tibi, Christe, qui es Creator.* K.846.

In die sancto Iacobi apostoli, Sequentia : *Clare sanctorum senatus.* K.369.

39. Annae matris Mariae, Sequentia : *Luce lucens in aeterna.* K.771.

Ad Vincula S. Petri, Sequentia : *Agone triumphali.* K.443.

In Inventione S. Stephani protomartyris, Sequentia : *O beata beatorum.* K.445.

40. Donati episcopi et martyris, Sequentia : *Psallat laeta concio.* 16

Cyriaci et sociorum eius martyrum, Sequentia : *O beata beatorum.* K.445.

41. In die sancto Laurentii martyris, et in octava, Sequentia : *Laurenti David.* K.623.

42. In Assumptione Mariae, et in octava, Sequentia : *Congaudent angelorum chori.* K.247.

Bernardi abbatis, Sequentia : *Ad laudes Salvatoris.* K.465.

Timothei et Apollinaris, Sequentia : *Agone triumphali.* K.443.

In die Bartholomaei apostoli, Sequentia : *Clare sanctorum senatus.* K.369.

Secundi, Alexandri et sociorum eorum, Sequentia : *Agone triumphali.* K.443.

43. In Decollatione S. Iohannis Baptistae, Sequentia : *Psallite Regi nostro.* K.352.

In Nativitate Mariae Virginis, Sequentia : *Stirpe Maria regia.* K.192.

44. In Exaltatione Sanctae Crucis, Sequentia : *Salve, Crux sancta, arbor.* K.64.

Florentii, Ianuarii et sociorum, Sequentia : *Agone triumphali.* K.443.

45. In die sancto Matthaei apostoli, Sequentia : *Clare sanctorum senatus*, K.369, vel : *Iocundare, plebs fidelis, cuius pater.* K.427.

Mauricii et sociorum eius, et tribus diebus sequentibus, et in adventu capitis Mauricii, Sequentia : *O beata beatorum.* K.445.

46. In Commemoratione Sancti Michaelis archangeli, Sequentia : *Summi Regis archangele.* K.172.

Ieronimi presbyteri, Sequentia : *Ad laudes Salvatoris.* K.465.

Dionysii martyris et sociorum, Sequentia : *O beata beatorum.* K.445.

47. Hedwigis electae, Sequentia : *Consurge iubilans.* 17

Undecim millium virginum et martyrum, Sequentia : *O beata beatorum.* K.445.

Severi episcopi et confessoris, Sequentia : *Ad laudes Salvatoris.* K.465.

48. In die sancto Omnium Sanctorum, Sequentia : *Omnes sancti Seraphin.* K.335.

Eustachii et sociorum eius martyrum, Sequentia : *O beata beatorum.* K.445.

49. Martini episcopi et confessoris, Sequentia : *Sacerdotem Christi.* K.646.

Livini episcopi et martyris, Sequentia : *Spe mercedis et coronae.* K.729.

50. Elisabeth electae, Sequentia : *Gaude, Sion, quod egressus.* K.800.

Ceciliae virginis et martyris, Sequentia : *Exsultent filiae Sion.* K.474.

51. Katherinae virginis et martyris, Sequentia : *Sanctissimae virginis.* K.813.

52. In Missis votivis de Sancto Spiritu, Sequentia : *Veni, Sancte, Spiritus.* K.125.

De S. Maria, post festum Nativitatis Christi, Sequentia : *Gaude, Dei Genitrix.* K.11.

53. In officio generali de S. Maria, Sequentia : *Verbum bonum et suave.* K.268.

54. Alia de Domina : *Ave, praeclara maris stella.* K.254.

55. Alia de Domina nostra : *Hodiernae lux diei celebris in.* K.202.

56. Alia de Domina nostra : *Ave, Maria, gratia plena.* K.264.

57. In Adventu Domini, de Domina nostra : *Mittit ad Virginem.* K.199.

58. Infra Pascha et Pentecosten : *Virgini Mariae laudes.* K.233.

59. Alia : *Laetabundus exsultet.* K.13.

60. Cyriaci et sociorum eius : *De torrente passionis.* K.543.

61. Dionysii : *Salve, pater Dionysi.* 18

62. Bernardi abbatis : *Laetabundus Bernardo.* Wackernagel, I,154.

63. Livini martyris, Sequentia : *Sollemni vos induite.* 19

64. Barbarae virginis : *Laeto corde resonemus.* K.858.

65. Anthonii abbatis, Sequentia : *Alme confessor.* K.497.

66. Dorotheae virginis : *Dulci corde iubilemus.* K.461.

67. Septem fratrum : *Felix mater filiorum.* 20

68. Margaretae virginis et martyris : *Gratuletur orbis totus.* K.839.

69. Severi episcopi et confessoris : *Summe bone et suavis.* K.705.

70. In octava Visitationis : *Decet huius cunctis horis.* K.213.

Les Proses 54 à 70 se trouvent à la fin du volume. Les Rubriques, dans le corps du Missel, n'en font aucune mention.

16. DE SANCTO DONATO.

1

Psallat laeta concio,
recolens cum gaudio
votiva sollemnia,
Quod Donatus hodie
de lacu miseriae
transit ad caelestia.

2

Puer Romae studuit,
studioque floruit,
docente Pigmenio;
Fugit in Arethiam,
perdi timens etiam
Iuliani gladio;

3

Qua Primani filium
liberat Austerium
a daemonis nexibus;
Clamat daemon exiens:
Cur incendor totiens,
sancte, tuis precibus?

4

A Syranna caecitatem
fugat, et integritatem
reddit orbi luminis.
Eufrosina fiscum prodit
viro suo quem suffodit
sub ingressu liminis.

5

Hinc Satyrus, annis satur
obit, eo viduatur
civitas Arethia.
Ergo trahitur Donatus
ad hoc culmen praesulatus,
omnium concordia.

6

Pastor pius, pastor bonus,
pastorale ornans onus
verbo, vita, spiritu;
Carbo prius ignis tectus,
lampadarum tunc aspectus
discurrens cum impetu.

7

Calix fractus reparatur
et defunctus suscitatur
testis census redditi
Draco perit, fons mundatur
et ab hoste liberatur
mater Theodosii.

8

Cogit hunc Quadratianus
ut dis surdis, ceu profanus
ferat sacrificia.
Qui resistens stat invictus,
tormentorum suffert ictus
deridet supplicia.

9

Tandem capite truncatur,
et aeterna coronatur
vita quam cupierat;
In odorem suavitatis
offerens se cum beatis
videt quem dilexerat.

10

Salve, pater gloriose,
casti candor lilii,
salve, mixtus odor rosae
rubore martyrii;
In procinctu viae stamus:
lapsis manum porrige;
tua prece, ne cadamus,
gressus nostros dirige.

3 a Aprimani *Magdeburgen.* f tuis sanctis *Magdeburgen.* 1497.
5 a carnis satur *Magdeburgen.*
5 d Hinc rapitur *Magdeburgen.* donne une syllabe de moins.
6 d ignis iectus *Magdeburgen.* e post aspectus *Magdeburgen.*

7 Cette strophe manque dans le Missel de Magdebourg. Nous la conservons malgré la faute de rime *redditi* et *Theodosii*. (Peut-être peut-on supposer *Theodositi*.)

8 b ut dis surdis et profanis *Magdeburgen.* ceu profanis *Pragen.* La rime exige *ceu profanus* qui doit être rétabli.

8 d resistit stans *Pragen.*

9 c quod cupierat *Magdeburgen.* f videns *Pragen.*

10 a Ave *Pragen.* b candor casti *Magdeburgen.* c ave *Pragen.* f manum apsis *Pragen.*

17. DE SANCTA HEDWIGE.

1

Consurge iubilans,
vox quaevis hominum,
laudesque resonans
more fidelium
Christo credentium.

2

Hedwigis inclytae
dum festa recolis,
de cuius meritis
angeli hodie
congaudent in caelis.
In hac miseriae
valle, mater, pie
succurre miseris,
et zyma scoriae
tollas de medio.

3

Dum tot phantasmatum
incursu turbatur
mentale sabbatum,
et carne movente
diversum praelium;
Foras haec propellat
mundanas noxias,
Christi nos faciat
secum participes
Patris imperii.

4

Nam cum tot fulgeat
inter nos meritis,
caecos illuminans,
claudis gressum donans,
auditumque surdis,
Mortuos suscitat,
febres eliminat,
sese invocantes
aegros plures curat
et sanos efficit.

5

Quam felix famula
Hedwigis inclyta,
vivens cum gloria
in caeli patria,
per aevi saecula.
Ibi nec senium,
nec languor mentium,
nec terror hostium,
nec cura vestium,
nec fraus, nec odium.

6

Illic archangeli,
prophetae, angeli,
sunt canentes Deo
gloriam in caelis
voce mirabili.
Qui nobis tribuat
peccati veniam
Hedwigis precibus,
et donet gloriam
in caeli patria.

1 c resonant *Patavien.* d in ore *Numburgen. Patavien.*

1 e in Christo. *Magdeburgen. Numburgen. Olomucen. Wratislavien.* "In" donne au vers une syllabe de trop.

2 d hodie angeli *Olomucen.* g pia *Magdeburgen.*, 1497.
2 h succurre filiis *Wratislavien.*
3 a Incursu fantasmatum tot dum turbatur *Magdeburgen. Numburgen. Olomucen. Patavien. Wratislavien.* Rythme détruit. h et Christi *Patavien.*
4 c illuminat d donat *Numburgen. Olomucen. Wratislavien.* parans *Patavien.* h seseque *Numburgen. Olomucen.* k et loqui *Patavien.*
5 a femina e perenni *Numburgen. Olomucen. Patavien.* f Ubi *Numburgen. Olomucen. Patavien. Wratislavien.* k vel odium *Patavien. Wratislavien.*
6 c gloriam Deo *Magdeburgen. Numburgen. Olomucen. Patavien.* Ces mots doivent être intervertis.
6 i patriam *Patavien.* et *deest in Numburgen.*
6 k et caeli patriam *Magdeburgen.* gloria *Patavien.*
Nous sommes tout à fait de l'avis de Daniel qui déclare (II, 189) que cette Prose est une mauvaise imitation du rythme si connu : *Mittit ad Virginem.* Il n'en a publié que les premiers vers.

18. DE SANCTO DIONYSIO.

1

Salve, pater Dionysi,
lux et decor Paradisi,
laus et decus Galliae.
Praeco vitae, tuba caeli,
fax amoris, fornax zeli,
fons et flumen gratiae.

2

Cleri iubar et acumen,
flos, speculum et cacumen
sapientum Graeciae,
Mente legens caeli numen,
ut aquila solis lumen,
non aversa facie.

3

Tu, transcendens hominem
claritate spiritus,
Elucidas ordinem
caelestis exercitus.

4

Tu Seraphim caritatis
sitim et incendium,
Tu Cherubim claritatis
investigas radium.

5

Tu Thronorum firmitatem,
tu distinguens dignitatem
assignatam caeteris,
Vim, naturam, puritatem,
opus, motum, potestatem,
excellenter disseris.

6

Ergo rosa
gloriosa,
binis cum sodalibus,
Fer devota
nostri vota
clemens in caelestibus.

7

Ut qui tui passionem
veneramur et agonem
vernantis victoriae,
Contemplemur post laborem
fructum ventris, caeli florem,
Christum Regem gloriae.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1107. Missel de l'abbaye de Saint-Denys, xive siècle.
3 c Elucidans *Magdeburgen.* 4 c d manquent dans le Missel de Magdebourg.

19. DE SANCTO LIVINO.

1

Sollemni vos induite
filiae Sion chlamyde:
Induit stolam gloriae
martyr Livinus hodie.

2

Iure terris veneratur
caelo dignus qui probatur
tali privilegio:
Caelesti alimonia
donatur mater gravida
spiritus officio.

3

In lucem partu edito,
sol novae lucis radio
mundum replet gaudio.
Dextra signat iam renatum,
et divina vox beatum
praedicat indicio.

4

Dant puero praeconia
prece pulsa daemonia,
nutrix vitae reddita.
Dux et comes it angelus,
pontus minax fit floridus,
et abyssus pervia.

5

O felix sacerdotium
cuius testatur meritum
Divina sententia.
Lepra iuncta paralysi
intranti cedit praesuli
cuius comes gratia.

6

Sacros pedes veneratur
mare, nauta reportatur,
gaudet caecus lumine;
Post plectrum linguae perditum
linguae manet officium,
tortor perit fulmine.

7

Super orantis verticem
columba stillat sanguinem,
mortem signans sanguine.
Christus adstat et solatur,
tortor instat, et mactatur,
vitam nactus sanguine.

8

Hinc cum victrici laurea
intras gaudens aetherea,
Unde, summa laetitia,
tibi plaudit Ecclesia.

9

Sed plaudit specialius
laude clerus et populus,
Quem singulari gratia
tua fovet praesentia.

10

Communis est laetitia,
communis sit et gratia.

2 b caeli 4 d id 9 b gaude *Magdeburgen.*, 1480; ces fautes sont corrigées dans l'édition de 1497.

20. DE SEPTEM FRATRIBVS.

1

Felix mater filiorum
septem vere beatorum,
honore digna, laude,
Quos in Christo genuisti
et in fide docuisti,
O pia parens, gaude.

2

Hi per tua hortamenta
diversa passi tormenta,
facti Christi martyres.
Caesaris per imperium
pertulerunt martyrium,
Summi Regis milites.

3

Quorum tres sunt decollati,
duo fustibus necati
fortes in certamine,
Et quartus praecipitio
peremptus, hoc supplicio
constans Christi nomine.

4

Sed primus plumbatis caesus
fide permanens illaesus
taliter occubuit.
Sic pro Christo consummati
in aeternum nunc beati;
totum Deus voluit.

5

Alexander, Martialis,
Philippus, Felix, Vitalis,
Silanus, Ianuarius.
Haec sunt nomina eorum
libro vitae beatorum
inscripta divinitus.

6

Tu mater passa septies
in filiis, deinde es
pro Christo decollata.
Circumquaque vera fide
et firmiter secura spe,
caritate armata.

7

O beata Felicitas,
te laudat universitas
totius Ecclesiae,
Atque tuam progeniem
Christo Deo amabilem
sempiterno tempore.

8

O felix generatio,
tua poscat oratio
pro nobis Salvatorem:
Ut exuti terrestribus
coniungamur caelestibus
Divinum per amorem.

Le rythme de cette pièce est des plus rudimentaires et le Latin en est bien faible.

MISSALE ANDEGAVENSE. 1489.

1. Dominica prima in Adventu Domini, Sequentia : *Salus aeterna.* K. 1.
2. Diebus Martis, Iovis et Sabbati, in Missa de B. Maria, Prosa : *Missus Gabriel de caelis.* K. 200.
3. Dominica secunda in Adventu, Sequentia : *Regnantem sempiterna.* K. 2.
4. Dominica tertia in Adventu, Sequentia: *Qui regis sceptra.* K. 4.
5. Dominica quarta in Adventu, et in vigilia Nativitatis Domini, Sequentia : *Iubilemus omnes una.* K. 5.
6. In Nativitate Domini : ad Missam in gallicantu, Sequentia: *Sonent Regi nato.* K. 17.
7. „ „ in aurora ad Missam, Sequentia : *Nostra tuba.* 21
8. „ „ in die, Sequentia: *Laetabundus exsultet.* K. 13.
9. Stephani protomartyris, Sequentia : *Heri mundus exsultavit.* K. 714.
10. Iohannis apostoli, Sequentia : *Gratulemur ad festivum.* K. 404.
11. Sanctorum Innocentium martyrum, Sequentia : *Celsa pueri concrepent melodia.* K. 348.
12. Dominica infra octavas Nativitatis Domini, Sequentia : *Christi hodierna.* 22
13. In Circumcisione Domini, Sequentia : *Nato canunt omnia.* K. 9.
14. A die octava Nativitatis Domini usque ad Purificationem B. Mariae, ad Missam de B. Maria, Sequentia : *Generosa caelorum.* 23

    In vigilia Epiphaniae, si Dominica evenerit, Prosa : *Sonent Regi nato.* K. 17.
15. In die Epiphaniae, et in octavis, si Dominica evenerit, Sequentia : *Epiphaniam Domini.* K. 27.

    Dominica infra octavas Epiphaniae, Sequentia : *Balaam de quo.* K. 27.
16. In die sancto Paschae, Dominica in octavis, et Dominica post octavas, Prosa : *Victimae Paschali.* K. 83.
17. Feria secunda, Prosa : *Mane prima Sabbati.* K. 93.

    Feria tertia, Sequentia : *Victimae Paschali.* K. 83, vel:
18. *Zima vetus expurgetur.* K. 91.

    Feria quarta, Sequentia : *Victimae Paschali.* K. 83, vel :
19. *Ecce dies celebris.* K. 88.
20. In die Ascensionis Domini, et Dominica infra octavas, Prosa: *Rex omnipotens die hodierna.* K. 116.

21. In die Pentecostes, Prosa: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K. 124.
22. Feria secunda, Prosa: *Alma chorus Domini.* K. 140.
23. Feria tertia, Prosa: *Veni, Sancte Spiritus.* K. 125.
24. Feria quarta, Prosa: *Simplex in essentia.* K. 129.
25. De Trinitate, Sequentia: *Benedicta sit Beata Trinitas.* K. 139.
26. In Consecratione Corporis Domini nostri, Dominica infra octavas, et in die octavarum, Sequentia: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K. 150.

    Infra octavas: feria sexta et tertia: *Ecce Panis angelorum.* K. 150.

    „ „ Sabbato et feria quarta: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K. 150.

    „ „ feria secunda: *Docti sacris institutis.* K. 150.
27. De apostolis, Prosa: *O alma Trinitas, Deitas.* [1] 24
28. De apostolis, alia Prosa: *Caeli solem imitantes.* [2] K. 371.
29. De evangelistis, Prosa: *Iocundare, plebs fidelis, cuius pater.* [3] K. 427.
30. In natali unius martyris, Prosa: *Hodiernae lux diei celebris martyris.* 25
31. De omnibus sanctis, Sequentia: *Christo inclita candida.* [4] K. 336.
32. De martyribus, Prosa: *Laetabundi iubilemus.* K. 448.
33. In natali unius confessoris vel plurimorum confessorum, Prosa: *Ecce dies specialis.* K. 469.
34. De uno martyre, vel de uno confessore, Prosa: *Supernae Matris gaudia.* [5] K. 338.
35. In natali virginum, Prosa: *Virgines egregiae.* K. 478.

    S. Silvestri papae, si Dominica fuerit, Sequentia: *Christi hodierna.* 22

    In octavis S. Stephani, S. Iohannis et SS. Innocentium, sicut in die; si autem Dominica evenerint dicatur: *Sonent Regi nato.* K. 17.

    In die S. Antonii abbatis: *Supernae Matris gaudia.* K. 338, vel:
36. *Antonius humilis.* 26
37. Remigii episcopi, Sequentia: *Ecce dies praeoptata.* 27
38. SS. Fabiani et Sebastiani martyrum, Sequentia: *Imperator maxime.* 28
39. Agnetis virginis et martyris, Prosa: *Animemur ad agonem.* K. 759.

1 In die SS. Philippi et Iacobi, S. Martialis, et SS. Simonis et Iudae.

2 In die S. Thomae apostoli.

3 In die S. Matthaei.

4 In translatione 2ª S. Maurilii, in die S. Silvini, S. Claudii, SS. Felicis et Adaucti, S. Maurilii, S. Mauricii sociorumque eius, et S. Lupi, in translatione S. Maurilii, in die Omnium Sanctorum, Dominica infra octavas et in octava, et in die S. Eustachii sociorumque eius.

5 In die S. Benedicti episcopi Andegavensis, et S. Hieronymi.

90. In octavis S. Andreae, Sequentia : *Exsultemus et laetemur, et Andreae.* K. 399.
Nicolai episcopi, Sequentia : *Congaudentes exsultemus.* K.665.
91. In Conceptione B. Mariae, Prosa : *Dies iste celebretur.* K. 185.
92. Gatiani archiepiscopi, Sequentia : *Frangatur mens vitiosa.* 51
93. In Missis de B. Maria a prima die Adventus usque ad Nativitatem, Prosa : *Mittit ad Virginem.* K. 199.
In Missis de B. Maria per octavas Nativitatis Domini, Prosa : *Laetabundus exsultet.* K. 13.
In Missis de B. Maria a Circumcisione Domini usque ad Purificationem, Sequentia : *Laetabundus exsultet.* K. 13, vel : *Benedicta es caelorum Regina.* K. 201.
94. In Missis de B. Maria a Purificatione usque ad Pascha, Sequentia : *Verbum bonum et suave.* K. 268.
95. In Missis de B. Maria a die Paschae usque ad octavas Pentecostes, Sequentia : *Virgini Mariae laudes concinant.* K.234.
96. Die Sabbati quando fit officium de B. Maria, Sequentia : *Benedicta es caelorum Regina.* K. 201.
97. In Dedicatione ecclesiae, Prosa : *Rex Salomon fecit templum.* K. 872.
98. In Missa de S. Barbara virgine et martyre, Sequentia : *Fons virtutum, O Barbara.* 52
99. In Missa de Nomine Iesu, Sequentia : *Dulcis Iesus Nazarenus.* K. 33.

21. IN NATIVITATE DOMINI, IN AVRORA.

1. Nostra tuba,
2. Nunc Tua clementia, Christe, regatur iam iamque pia.
3. Exaudi precamina Te laudantia mente devota ;
4. Ita nam laus est Tibi grata, vox si quod nostra sonat conscientia canat.
5. Quod ut omnibus proveniat, indefesse divina precentur auxilia.
6. Nam quicumque digne meretur ea,
7. Omnia semper ei salubria.
8. Quibus sine, humana cogitata non utilia.
9. Relinquentes igitur itinera nimium lata,
10. Angustam viam gradiamur quae nos patriam ducat ad almam.
11. Haec enim sacra vestigia Redemptori pio perplacita,
12. Qui et nostra tempora pie disponat semper nosque protegat,
13. Patriamque miserans ducat amissam quo sine fine regnat.
14. Canticaque ei nostra placeant per cuncta saecula.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xi[e] siècle, *A;* 1084, Idem, xi[e] siècle, *B;* 1137, Idem, xi[e] siècle, *I;* 9449, Tropaire de Nevers, xi[e] siècle, *O;* 1235 (nouvelles acquisitions), Missel de Nevers, xii[e] siècle, *Q;* 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiii[e] siècle, *T;* 868, Missel d'Angers, xv[e] siècle, *Z.* OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA.*

2 Tua Rex clementia *Eboracen.* regat *Andegaven.* regatur Ecclesia, *OA. Eboracen.* regatur atque pia *O.Q.T. Eduen.* Le sens et le rythme exigent regatur.

3 mente pura *OA. Eboracen.*

4 Ita demum *Eduen.* si quid *Q.*

5 indefessa *A.Z. Andegaven.* divinam precentur clementiam *Q.* petimus auxilia *Eduen.* clementia *O.*

6 Quam *O. Q.* merentur *B. Q. T. OA. Eboracen.*

7 Cuncta ei semper sunt *OA.* Cuncta eis semper sunt *Eboracen.* Cuncta semper huic sunt *Eduen.* eis *L.*

8 humana cuncta sunt inutilia *Eduen.*

10 quae perducit nos ad vitam *OA. Eboracen.* ducit *Q.* ad amissam *T.*

11 Redemptori nostro *Andegaven.* Redemptori sunt perplacita *Eduen.* sunt placita *OA. Eboracen.*

12 Qui nostra *B.I.* Quae est *Q.* disponet *O.Q.* semperque nos *L.*

13 Cette clausule manque dans *B.* et *I.* ducat ad almam qua *T. Z. OA. Andegaven. Eboracen. Eduen.* ad almam quae *O.* ducit ad almam qui *Q.* Les termes de la clausule 10 ont amené cette confusion dans la clausule 13.

14 Canticaque nostra placeant *Eduen.* per cuncta nostra saecula *O.* per cuncta saeculorum saecula *B.I.* cuncta semper *A.* saecla *Q.*

22. DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS.

1. [Christi hodierna pangimini omnes una.]
2. Caelica resonent clare camenas agmina,
3. Nunc Regis celebrando gratulanter nuptias.
4. Lux nova iam terras illustrat, veteres pellens tenebras;
5. Reserat superna gratia diu clausa palatia.
6. Felix Mater et sola intacta aeterna puerpera,
7. Iam nato stas gravida, cum viri sis cubilis nescia ;
8. Omnis caterva nostra te rogat, Domina :

8a. Solvas ut nostra cuncta peccaminum vincula, Virgo sempiterne beata.

9. Digna fuisti sola tollentem crimina

9a. Intra uteri claustra portare, qui gubernat omnia, supera, infera.

10. Hunc sua laudant facta gaudendo bona qua vivunt super essentia.
11. Nos, humillima tuba, damus debita, poscentes eius clementiam :
12. Ut nostra praestans tempora nunc quieta, det placida frui vita, utilia donando famulis munera.
13. Ac inter nos discrimina saeva solvens, post funera, derelictam sedem ducat, mortis ac malorum ignaram ;
14. Ubi ad dextram Patris almam sedet conregnans, coaeternus per omnia,
15. Potenter cuncta disponendo cum Eo saecla, praesentia et futura,
16. Beata iustis donans omnibus praemia,
17. Praeclara qua lux vere micat quae est salus aeterna et nostra gloria.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *A;* 1084, Idem, *B;* 1087, Idem, *C;* 1118, Idem, *D;* 1119, Idem, *E;* 1120, Idem, *F;* 1132, Idem, *G;* 1137, Idem, *I;* 1138, Idem, *K;* 1177, Tropaire de Fleury-sur-Loire, xie siècle, *L;* 9449, Tropaire de Nevers, xie siècle, *O;* 1139, Tropaire de Saint-Martial, xiie siècle, *P;* 1235, Missel de Nevers, xiie siècle, *Q;* 10508, Tropaire de Saint-Evroult, xiie siècle, *R;* 16828, Graduel de Saint-Corneille, xive siècle, *V.* Cf. en outre 903 et 1133, xie siècle ; 1105, 13254, 16823, 17312, 17318, 17319 et 17321, xiiie siècle ; 10105, xive siècle. LONDRES : Mus. Brit., Caligula A XIV, vers 1185, *LD ;* Add. 30058, Missel de Sens, xive siècle, *LG ;* Nero E VIII, xve siècle, *LI.* OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA ;* Barlow 5, Missel de Salisbury, vers 1370, *OB.* University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC;* Missel de York, vers 1390, *OD.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA ;* Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.*

La première clausule manque dans presque tous les Mss. On la trouve dans *D.R.V.LG.LI.* et *OB.* Elle semble devoir être supprimée. Nous la conservons entre parenthèses parce qu'elle existe dans le Missel d'Angers.

1 celebremus natalitia *LI. OB. OD. CB. Eboracen. Sarisburien.* Cette variante des Missels Anglais a sa raison d'être. On aura voulu distinguer cette Prose d'une autre encore inédite, que nous avons trouvée dans plusieurs manuscrits, et que nous publierons en son lieu. celebramus natalitia *CA.*

2 Angelica resonant *Andegaven.* resonant *A. B. C. D. E. F. I. L. O. Q. OA. OC.* resonet *V.* claras *O.*

3 Sui Regis *Andegaven.*

4 tetras illustrat *V.* illustrans *O. Q. OA.* pelle *O.*

5 Resonat *Q.* Dei clausa *CA.*

6 et casta *B.* aeterne *O. Q. CB.* virgo et puerpera *LI. OB. CA. Sarisburien.*

7 Cum nato *LD. OA. OD. Eboracen.* sis viri *B. K.* cubili *A. L. P. LD.*

8 nostra caterva *A.* te poscit *L.*

8 a Solvasque *B. C. K. O. Q. LG. OC. CA. Andegaven. Hereforden.;* quo *A. E. F. I. P. V. LI. OA. OB. OD. Eboracen. Hereforden. Sarisburien.* quae *D.* Solvere cuncta sua *L.* nostrorum cuncta *Andegaven.* nostra peccaminum *A.* nostri *V.* cuncta nostra *CA.* sempiterna *A. E. L. O. V. OC. OD. Andegaven.*

9 Quae digna *L.* tollente *Q.* tollere *OC. Hereforden.* infima *P. CB.*

9 a Intra tui uteri *V. LG.* Intra tui claustra uteri *Andegaven.* gubernans *OA.* superna *V.*

10. Nunc *E. G. I. P. LD. Andegaven.* tua *LD.* facto *B.* festa *V.* gaudenter *G. Eboracen.* gaudentes *A. B. D. E. F. I. K. L. O. P. Q. LI. OA. OC. OD. CA. Andegaven. Hereforden. Sarisburien.* gaudenter (après correction de gaudentes) *C.* La variante *gaudentes*, donnée avec persistance par les Mss. de Saint-Martial, etc., est peut-être le vrai texte. Pour l'emploi du pluriel masculin joint à un pluriel neutre, cf. en particulier : n° 45, clausule 5. quam vivunt *Andegaven.* quo *L.* qua vivit *Hereforden.* vivit *OC.* essentiam *P. Andegaven.*

11 tuba r ajouté au-dessus *A.* turba *LG. LI. OB. OC. OD. CA. CB. Eboracen. Hereforden. Sarisburien.* La leçon turba doit être rejetée bien qu'à première vue, elle paraisse la meilleure. demus *C. OD. Eboracen.*

12 Et nostra *K.* praestet *OA.* temporum *B.* detque *A. B. D. E. F. I. K. L. P.* placita *V. LD. LG. OD. Andegaven. Hereforden. Sarisburien.* famulis gloriam *P.*

13 Fac *I. LG. CB.* Hac *OA. LD.* Haec *P.* saevas *I.* salvans *A. B. C. D. E. F. I. K. Q. V. OA. Andegaven.* solvat *L.* postque *A. B. D. E. F. I.* derelicta *A. B. D. F. G. I. K. L. O. P. Q. V. LD. LI. OA. OB. OC. OD. CA. Andegaven. Eboracen. Hereforden. Sarisburien.* mortis ducat *V.* mortis malorum *LG.*

14 Ibi *I.* Qui ad dexteram *OA. OD. Eboracen.* dexteram *Q. V. L. G. Andegaven.* Patris dextram *CB.* sedens conregnat *C. R. LD. OA. OD. CB. Eboracen.* sedens cum regnat *LG.* conregnat *F. OC. Hereforden* cum regnat *O. Q. Andegaven.* et conregnat *V.* conregna *E.* coaeternus per omnia manquent dans *C. O. V.*

15 saecula *V.* praesentia et futura manquent dans *C. O. V.*

16 donat *A. C. D. E. F. G. K. L. P. V. OA. OC.* dona *O. Q.* donet *Andegaven. Hereforden.* omnibus praemia repromissa caelestia *B.* cunctis praemia repromissa caelestia *A. L.* cuncta praemia repromissa caelestia *E. F. G. I. K. P.* cuncta praemia et promissa caelestia *D.*

17 Praeclara que *D.* Praeclara quo *L.* vera *A. B. E. G. I. K. L. P. LD.* verat *F.* micat vere *CA.* et cunctorum gloria *A. B. D. E. F. G. I. K. L.* et cunctorum gaudia *P.*

23. DE BEATA MARIA.

1

Generosa
caelorum
Regina rosa,
Mater pia,
Gratiosa
reorum
salutis causa,
tu, Maria.

2

Angelus cum gaudium
tibi tulit omnium
voce pura,
Quod tu, vernans lilium,
eras Dei Filium
paritura,

3

Angeli consilia
credidisti brevia
tam laudanda;
Ex hoc Dei propria
Mater es et filia :
res miranda.

4

Trinitas in Filio
est coniuncta lilio
valle nostra.
Haec populo devio
sacro ex eloquio
Christi monstra.

5

Isaias cecinit,
Christiana *meminit*
gens credendo *desinit*
esse caeca.
Rubus ardens viruit,
Virgo Deum genuit,
virginalis renuit
frangi theca.

6

O *felix propera,*
rosae te federa
ne culpa damneris, *gens* libera,
Florem *considera,*
quem docet littera
Iesum *genuit puerpera.*

4 e ex manque dans *Andegaven.* Nous le rétablissons d'après *Carnoten.* 1482, et *Briocen.* 1556.
4 f Christe *Carnoten.*

24. DE APOSTOLIS.

1. O alma Trinitas, Deitas et individua,
2. Quae habitas caelestis regni palatia;
3. Quam laudat sol atque cuncta simul infima.
4. Iubila, caterva maris ac tellus factura.
5. Voce consonora angeli boant cantica.
6. Et clara contuentur alta et mira nimis sidera,
6a. Unde splendent sat in aethera sancta tabernacula.
7. Non potest mens humana patris cernere poli suprema :
7a. Sicut manet solus praepotens cum summa potentia.
8. Maiestas eius clara est valde laeta ; assidue reboant agmina caelestia ; dicentes affantur haec verba rythmica :
9. Sanctus ter nominatur cum laude una : Magne Deus Tibimet gloria, gratiarum actio maneat devota per saecla.

10. Clangit virtus apostolica per quam reboat ecclesia, plebs omnis exspectat futura per eorum doctrinam solvere delicta nimia.
11. Preces martyrum, suffragia sacerdotum simul gloria sors ac virginea lampada catervatim depromunt : pneuma, melos, laeta carmina.
12. Sancte sanctorum mitte milium chorea,
13. Qui omnia nostra semper abluant vitia,
14. Et coniungant in superna perpes regna.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xi[e] siècle, *A;* 1084, Idem, *B;* 1118, Idem, *D;* 1119, Idem, *E;* 1120, Idem, *F;* 1137, Idem, *I;* 10508, Tropaire de Saint-Evroult, xii[e] siècle, *R.* Cf. en outre 868, xv[e] siècle.

Le titre " De Apostolis " n'est pas le titre primitif. La Prose porte dans le 1137, et dans d'autres manuscrits de Saint-Martial, le titre : " De Pentecoste "; dans le 887, elle est intitulée : " De Trinitate ".

2 Quam latitant caelesti regni cubicula *Andegaven.* Qui latitas...... cubicula *B.D.R*, corrigé en *D.* latitas...... palatia.

3 Quem *A. B. D. E. F. I. R.* Ce masculin se rapportant à l'idée de Dieu est curieux après *Trinitas.* infima caelestia *E. F.*

4 Iubilat *D.* Caelestia iubilant agmina, mare. *Andegaven.*. Ce texte est mauvais, car le mot *caelestia* rompt le parallélisme qui doit exister entre les clausules 4 et 5. Nous sommes évidemment en face d'une interpolation. *B.I.* donnent : Caelestia iubila caterva. Depuis *iubila* la musique de chaque clausule est semblable ; *caelestia* doit disparaître. — *A.* nous explique toute cette confusion. Il porte aujourd'hui : Caelestis caterva maris ; mais *caelestis* a été ajouté postérieurement après grattage d'un mot de trois syllabes qui doit être *iubila. R.* donne : Caelestis caterva, tellus vel maris.

5 cum sonora *E.F.*

6 contuetur *Andegaven.* mira valde *R.* semper lumina *Andegaven.*

6 a Inde splendent satis *Andegaven.;* le parallélisme exige la forme *sat.* Unde splendens *D.*

7 Non valet *R.*

7 a summa cum *R.*

8 plena est vale laeta *Andegaven.;* et valde laeta *I.R.* dicentia *Andegaven.* rompt le rythme.

9 nominaris *R.* terno minatur quem *Andegaven.* summe Deus *Andegaven.* tribuet *Andegaven.* 1523. gratia *R. Andegaven.* devote *R.* saecula *Andegaven.*

10 Pangit *Andegaven.* per quem *A.B.D.E. Andegaven.* exspectat factura *D.* doctrina *D.* delere peccata *Andegaven.* noxia *A.R.* Cette clausule et la suivante ont été transcrites de travers dans *A* et *E*, et corrigées après coup dans *A.* L'ordre est interverti.

11 sorsque *Andegaven.* depromat neuma pia melo lenta *Andegaven.* lenta *B.F.* lente *D.*

12 Une syllabe semble avoir disparu de cette clausule. Faut-il rétablir : *O Sancte ?*

13 Quae nostra omnia *D.* Qui nostra meritis suis absolvant crimina *Andegaven.* absolvatur *Andegaven.* 1523.

14 Et perducant *Andegaven.* Et conlustrent *B.E.F.I.* Et perducant (en marge : conlustrent) *D.* in aeterna *R.* in supernis *B.* regnat *B.*

Cette pièce est désignée dans les Séquentiaires de Saint-Martial sous le nom de " O alma Trinitas minor ", par opposition à une autre Prose encore inédite qui porte le nom de " O alma Trinitas maior ".

25. DE VNO MARTYRE.

1

Hodiernae lux diei
celebris martyris Dei
praesentat sollemnia.

2

Laudemus Regem gloriae
per quem habet victoriae
martyr Christi praeconia.
Corporeis spretis poenis,
spreta simul cum terrenis
tyranni saevitia ;

3

Firmum per te fundamentum
habens, intrat per tormentum
ad caeli palatia,
Armis praecinctus divinis,
nec terrore neque minis
victus, nec blanditia ;

4

Passione sua tutus
Salvatoris assecutus
est Christi vestigia,
Felix martyr usquequaque
vita clarus in utraque
dignitatis gratia.

5

Hic amator paupertatis
non terrenae dignitatis
quaesivit dominia ;
Infra caeli regionem
recepit hic portionem
et vitam in patria.

6

Precamur Te, Iesu Christe,
ut, fugata mundi peste,
perducas nos ad gaudia
Caeli, quibus martyr iste
devicto crudeli hoste
perfruitur in gloria.

2 c Ne faudrait-il pas corriger praemia ?

4 La seconde partie de cette strophe manque dans *Leodien. Xanctonen.*

5 c dominum *Andegaven.; Leodien.;* la rime exige dominia.

Plusieurs Proses ont le même début que celle que nous publions ici. Elles sont néanmoins différentes. (Cf. en particulier Kehrein, 486.)

26. DE SANCTO ANTONIO.

1
Antonius humilis,
sanctitate nobilis,
afflictorum gloria,

2
Cum sanctorum coetibus
fulget in caelestibus
sublimi victoria ;
Cari sui merito
more Christus solito
consolatur omnia.

3
Data sibi gratia
per saeculi spatia
facta est praenuntia.
Ferens eiulantibus
igne pereuntibus
exspectata gaudia ;

4
Felix eius anima
linquens orbis infima,
carne iam deposita,
Christum est intuita.

5
Nota sunt per saecula
ipsius miracula,
mortis solvit vincula
plenus Dei gratia ;

6
Nil terrenum ambiebat
quia vere diligebat
Iesum super omnia ;
Hunc peccator deprecetur,
ut per illum condonetur
quod mens timet conscia.

7
Laus et honor illi datur ;
satis ex se commendatur
operum per merita ;
Daemonia vincit iste,
et concedis illi, Christe,
semper esse subdita.

8
Veneretur hic patronus
quem caelestis habet thronus,
qui dando beneficia
mundum replet laetitia.
Hic divinum dans odorem
pestem pellit et languorem ;
velut rosae vel lilia
redolet in Ecclesia.

9
O Antoni, Dei verna,
mundi iubar et lucerna,
apud Christum
gregem istum
clementer concilia ;
Ut Fons summae pietatis,
nos mundatos a peccatis
ad supernae claritatis
perducat concilia.

10
Amen dicant omnia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 831, pièce ajoutée au xiv[e] siècle, *X*. Bibl. Mazar., 448, Prosaire des Célestins, xvi[e] siècle, *Z*.

1 b sanctificatus *Andegaven.*

2 d Patris tanti *Cameracen.* e Christi *Andegaven.*

3 Les deux parties de cette strophe sont interverties dans *Andegaven. Cameracen. Colonien. Leodien.*

3 d exaltantibus *Andegaven.*

4 a huius *Colonien.*, 1525.

6 d Hunc sanctum deprecemur *N.* precator *Andegaven.*

7 b satis et *Andegaven.* satus ex *Cameracen.* d vicit *Cenoman. Leodien.*, 1540.

8 b quem in caelestibus *Andegaven.* e ardorem *Andegaven.* g rosa *Colonien.*, 1525. *Leodien.*, 1540.

9 b innodatos *Andegaven.* d chorum *Z.*

10 manque dans *Cenomanen.* Haec det eius gratia qui regnat per omnia *Z.*

27. DE SANCTO REMIGIO.

1

Ecce dies praeoptata,
dies felix, dies grata,
dies digna gaudio;
Gens Francorum, plebs devota,
funde preces, redde vota,
congaudens Remigio.

2

Quem Deus de sene patre
et de veterana matre
pro te nasci voluit;
Tibi natus, tibi datus,
tibi sic pro te creatus
ut pater condoluit.

3

Per hunc tibi Wandalorum
hostiumque barbarorum
potestas subiacuit;
Per hunc error idolorum
necnon et haereticorum
fraus omnis evanuit.

4

Eius sacrum exordium
secretorum caelestium
vox Montanum docuit,
Ipsum vocans Remigium,
sed et pro te remedium
qui te Deo genuit.

5

Lacte matris oculos abluit
sui vatis;
Caecus erat, mox languor defuit
caecitatis.

6

Datus scholis parem non habuit
in doctrina
Hinc reclusus, specie floruit
columbina.

7

Defuncto Bennadio
praesule Remorum,
ad ipsum devotio
fertur singulorum,
Sed aetatis tenerae
diffisus et morum,
in se non vult tollere
pondus robustorum.

8

De responsis igitur
facta mentione,
rapitur, extrahitur
de reclusione.
Sed emissa caelitus
lux cum unctione,
terret eum funditus
de praesumptione.

9

Parere fidelium
promptus voluntati,
dat se sacrificium
Summae Trinitati.
Quem se caepit reddere
universitati
non est promptum pandere
nostrae parvitati.

10

Fugantur daemonia,
leprosi mundantur,
defuncti ad gaudia
vitae revocantur.
A quacumque gratia
nulli defraudantur;
rex et omnis Francia
in fide formantur.

11

O Remigi, speculum
omnium bonorum,
flos et gemma praesulum,
decus clericorum,
Munda tuum populum
faece vitiorum;
fac nos post hoc saeculum
cives angelorum.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 868, Missel d'Angers, xve siècle, *Z.*
6 a Datur *Andegaven.*
7 f diffusus *Z. Andegaven.*
9 g non promptum pandere *Z.* h pravitati *Andegaven.*
10 h firmantur *Andegaven.*

28. DE SANCTO SEBASTIANO.

1

Imperator maxime,
Christe benignissime,
Tibi laus et gloria.
Carmen hoc laetitiae
suscipe quod hodie
decantat Ecclesia.

2

Sebastiani pia
colendo sollemnia
egregii martyris ;
Instructus Lombardia,
sed Narbone patria
civis fuit nobilis.

3

Omnibus amabilis,
sermone affabilis,
iustus in iudicio.
In commisso fidelis,
moribus placabilis
fuit et consilio.

4

Gestis imperatorum
stetit more maiorum
Romae summa curia ;
Firmat hic cor tortorum,
spem promittens bonorum
caelesti hierarchia.

5

Poenis ne deficerent
nec eos seducerent
monita mulierum,
Sed terrena spernerent
et Deum aspicerent
largitorem munerum.

6

Quotidie sedulum
exhibens officium,
verus cultor fidei,
Omne servans praeceptum
lege gratiae scriptum,
fultus gratia Dei.

7

Os mutum aperuit,
tormenta sustinuit
armis lucis indutus.
Sagittis sutus fuit
et mortem non timuit
pro quo stat laureatus.

8

Pro nobis advocatus
nunc pellat vir beatus
pestem, famem, gladium.
Nostros quoque reatus
ignoscas nobis Deus
desque Tuum gaudium.

1 f promit haec *Engolismen.*
2 f fuit civis *Engolismen.*
4 d huc *Engolismen.*
7 d fixus *Engolismen.* e sustinuit *Engolismen.*
8 e ignoscat *Engolismen.* f qui regnat per saecula *Engolismen.*

29. DE S. IVLIANO EPISCOPO.

1

Laetetur Ecclesia
devotione pia,
celebrans sollemnia
cum gaudio,
Iuliani praesulis
fulgentis miraculis;
psallat novis modulis
haec concio.

2

Hunc morum nobilitas,
bonae vitae sanctitas
ornat atque claritas
suae gentis
Defensor et civitas
fontis clari novitas
et puellae sanitas
resurgentis

3

Iuliani precibus
dat Deus ardentibus
caeterisque omnibus
remedium.
Ad te suspirantibus
festum celebrantibus
devotis visceribus
da gaudium.

4

Vas misericordiae
et doctor egregie,
preces nostras hodie
fer in caelis.
Da ut frui gratia,
pace et concordia,
valeat Ecclesia,
praesul felix.

5

Bone pastor ovium,
saluti fidelium
subvenias omnium
ante Deum.
Sancte praesul nobilis,
nobis invisibilis,
custos amicabilis
sis in aevum.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 868, Missel d'Angers, xve siècle, *Z.*

La Prose est précédée dans *Z.* et dans les Missels imprimés d'Angers du verset alleluiatique suivant, qui n'en fait point partie :

Plaudat urbs Cenomanica
honore tanti praesulis,
per quem tanta miracula
fiunt diebus singulis.
Ignis, mors, daemon, caetera
cedunt ab aegrotantibus,
ac dantur eis munera
aeterna eius precibus.

2 c ornant *Z.*
3 e supplicantibus *Z.*
5 b salutis *Andegaven.* g amabilis *Andegaven.* fait un vers faux.

30. DE SANCTO LICINIO.

1

Zona castitatis in signum privilegii,

2

Praecinxit Christus egregii
praesulis lumbos Licinii ;
Pastoris ad laudem, socii,
sit chorus expers silentii.

3

Quem probat sanguis regius
ortum de stirpe maiorum Galliae;
Quem scholis Rex Chlotarius
aufert, ut consul sit Andegaviae.

4

Contra votum uxorari
cogitur spe prolis comes ;
Sed quam lepra negat dari
spernitur ducenda comes.

5

Hinc caelestis spe coronae
subit cum professione
clericales habitus.
Opes fugit temporales
sed thesauros aeternales
thesaurizat caelitus.

6

Esse mundo sic abiectus
vir elegit, sed electus
ad honorem trahitur.
Fit pastor Andegavensis
cuius spiritalis ensis
Christi ius exequitur.

7

Sancte confessor Licini,
fac ut splendoris divini
nos accendat radius
veri Solis nuntius.
Per te contra ius naturae
Divino favente iure
non habenti lumina
sunt creata gemina.

8

Per te caret infula
vetustatis macula,
indumenta singula
testantur miracula.

9

Ut exemplo tanti ducis
induamur arma lucis,
dele nubem caecitatis,
ut fruamur cum beatis
lucis perennis gloria
in qua Deus est omnia.

Manuscrits. Paris : Bibl. Nat. 868, Missel d'Angers, xv[e] siècle, *Z.*

3 d consulis *Andegaven.*

5 a spes *Andegaven.* b subiit *Andegaven.* e ut thesauros *Z.* f. thesaurizet *Z.*

7 h curata *Z.*

8 a Pro te *Z.*

9 c dele lumen *Andegaven.* e perenne *Z.* Cette strophe d'où le parallésme est absent peut-elle être considérée comme une finale ? Ne faudrait-il pas croire plutôt que deux vers sont tombés entre b et c ?

31. DE SANCTO GEORGIO.

1

Clara voce, pura conscientia,
Laetabunda iubilet Ecclesia,

2

Recolens celebria
martyris Georgii hac die festalia,
Qui pro Christo varia,
miles invictissimus pertulit sup-
[plicia.

3

Fuit ergo Georgius
ortus de Cappadocia,
Dignitate conspicuus
et morum excellentia.

4

Affabilis, amabilis
ut testatur historia
Quae passionem martyris
dignam tradit memoria.

5

Nam Daciano
quondam profano
ad libamina
compellente impia
Fide protectus
miles erectus
inter agmina
exclamavit media:

6

" Egenis et pauperibus erogata
[pecunia;
Deus noster caelos fecit: di gen-
[tium daemonia."

7

Male sanus
Dacianus
martyrem continuo
Comprehendi
et suspendi
iubet in equuleo.

8

Illius membra singula
acri rimantur ungula,
Et lampades cum ignibus
apponuntur lateribus.

9

Sic deponi iubet sanctum tyran-
[ni saevitia
Atque plagis cruentari urbis ex-
[tra maenia.

10

Interiora patent viscera
sale fricantur vulnera,
Sed miles, fretus Dei gratia,
illaesus stat per omnia.

11

Ardet insania
mens Daciania;
Iubet in carcerem
recludi martyrem.

12

Adductus ante iudicem
constanter bibit calicem
quem magus incantaverat.
Magus martyr efficitur,
Dacianus confunditur
qui magum advocaverat.

13

Rota paratur aenea
cum bis acutis gladiis,
quae laniare valeat
membra beati martyris.
Rotae martyr imponitur
et rota cito volvitur;
rota tota conteritur
et martyr nihil laeditur.

14

Sartago plumbo ferventi plena
Facta est sancto quies amoena.

15

Ubi nihil fit tormentis
tentat eum blandimentis
Dacianus;
Sed non magis blandimentis
superatur, quam tormentis
Christianus.

16

Hoc orante Christicola,
aras, templum et idola,
Et sacerdotes insuper
ignis consumpsit desuper.

17

Furit ergo Dacianus,
torquet ora, rodit manus;
Agonista iocundatur
et in Christo gloriatur.

18

Iussus tandem
capitalem
subire sententiam,
Sic adivit
quod cupivit,
beatorum patriam,

19

Angelis gaudentibus
et benedicentibus
Christum Regem gloriae,
Qui sibi Georgium
martyrem egregium
sociavit hodie.

20

O Georgi, miles egregie,
audi preces tuae familiae
die ista.
Ne nos mergat lacus miseriae,
posce Patrem misericordiae
die ista.

21

Sed laetemur, Solem iustitiae
contemplantes tecum in requie
sempiterna.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 1098, xive siècle, *V.*
5 d compellente mira *Andegaven.*
8 b acris *V.*
11 b Dacianica *Andegaven.*
20 a eximie *Andegaven.*

32. DE SANCTO MARCO.

1. Organicis canamus modulis [nunc Iohannis] sollemnia
2. Omnigenis Domino vocibus reddentes odas debitas.
3. Quique in suis sanctis mirabilis nimis, multiplici virtutum flore eosdem decorat ac mirifice adornat.
4. Nam et in ipsis, quasi quibusdam musicis instrumentis, digito proprio fides agitat, fides virtutum sonoras.
5. Has numerose percurrens, singula permiscet singulis, diatessaron mellifluam melodiam,
6. Quam generat virtutum mater illa, quae aliis decenter composita, reddit suavem symphoniam.
7. Qua sine cuncta fiunt dissona, nec non et frivola.
8. Quacum omnia fiunt consona, nec non utilia.

9. Qua iusti bene morati, rite petentes excelsa poli sidera,
10. Alacres decantant nova cantica in cithara treicia.
11. Quorum agentes festa annua recolenda,
12. Iungentes laudum vota consortium mereamur in caelesti patria.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *A ;* 1118, Idem, *D;* 1119, Idem, *E;* 1120, Idem, *F;* 1132, Idem, *G;* 1136, Idem, *H;* 1137, Idem, *I;* 1138, Idem, *K;* 9449, Tropaire de Nevers, xie siècle, *O;* 1139, Tropaire de Saint-Martial, xiie siècle, *P;* 1235 (nouvelles acquisitions), Missel de Nevers, xiie siècle, *Q;* 10508, Tropaire de Saint-Evroult, xiie siècle, *R;* 830, xiiie siècle, *U.* Cf. en outre 903, 1084 et 1338, xie siècle; 824, 904, 1105, 8885, 10502, 15615 et 17312, xiiie siècle ; 863, 1099, 8884 et 15105, xive siècle 865 A, 865 B, 868, 880, 905 et 17317, xve siècle ; et tous les Missels de Paris. Bibl. de l'Arsenal, 1169, Tropaire d'Autun, xie siècle, *N.* Cf. en outre : Bibl. S. Généviève, f^o BBL7, xiiie siècle ; f^o BBL1, f^o BBL5, xve siècle. LONDRES : Mus. Brit., 2 B IV, vers 1140, *LB;* Caligula A XIV, vers 1185, *LD;* Add. 12194, vers 1275, *LE;* Add. 30058, Missel de Sens, xive siècle, *LG;* Add. 11414, Missel de Lincoln, vers 1400, *LH.* Cf. en outre Add. 16905, xive siècle ; Nero E VIII, xve siècle ; et tous les Missels de Salisbury. OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA;* Barlow 5, Missel de Salisbury, vers 1370, *OB.* Cf. en outre les Missels de Hereford et de York. CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA ;* Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.*

Le titre que porte cette Prose dans le Missel d'Angers est un titre faux. En effet l'introduction du mot *Marci* dans la première clausule en rompt tout le parallélisme, et lui donne deux syllabes de moins qu'elle n'en doit compter. Cette pièce, qui primitivement était en l'honneur de Saint Jean l'Évangéliste, fut attribuée ensuite à un autre évangéliste, Saint Marc. Dans le Ms. *S.* on l'a employée à célébrer Saint Étienne, le premier martyr ; dans *U.* elle a pour titre : " De uno martyre " ; dans *LD.* elle sert à louer Saint Jacques le majeur, etc.

1 modulis canimus Iohannis *OA.* in Iohannis *K. L.* modulis Marci sollemnia *Andegaven.* in Stephani sollemnia *U. LF.* nunc Iacobi sollemnia *LD.* modulis Cyrici *O.* nunc Cyrici *Q.* nunc N sollemnia *R. LE. LH. OB. CA. CB. Herforden. Sarisburien.*

3 Qui in suis *N. Q. R. LB. LD. LE. LG. LH. OA. OB. CA. CB. Andegaven. Eboracen. Eduen. Hereforden. Sarisburien.* Cuius opera semper sunt mirabilia, qui sanctis *L.* Qui in sanctis *G.* eos decorat. *Aurelianen.* et *CB.* Atque *OB.* perornat *LE. CA.*

4 Nam in *OB.* et ipsis *Eboracen.* in quibusdam *LB. LD. LE. LH. OB. CA. CB. Hereforden. Sarisburien.* digitos proprios *R. LB. LD. LE. CA. CB.* digitis proprios *Hereforden.* fides agitat virtutum *G.* fide agitat fides *U.* fidis agitat *Eduen.* agitans *CA.* fidem virtutum sonoram *OA.* sonora *A. G. H. I. P. U. LB. LD. LE. LG. CB. Andegaven. Aurelianen. Hereforden.* sonorat (t gratté) *D.* sonorat *K.N.O.Q.*

5 Has innumerose *CA.* numerosa *N. O.* perstringens, et au-dessus percurrens *H.* perstringens *K.* percurrens singulas *H. I. R. LB. LD. LE. LH. OB. CA. CB. Eboracen. Eduen. Hereforden. Sarisburien.* singula permiscens *K.N. O.P.* per singula premiscens *OA.* diateseron *E. F. N.* diatesseron *K. OB.* melliflui melodia *N.* melliflua melodia *LD.*

6 Cette clausule manque dans *G.I.* Qua generatur *OA. Andegaven.* virtutem *OB.* compositam *OA.* dat suavem *A. D. E. F. H. K. P.* simphonia *N.*

7 fiunt eusona *Andegaven.* fiunt dissona *G.* nec non et *Andegaven.*

7, 8 dissona — fiunt manquent dans *N.*

9 iustus *Q.* morantur *CA.* poscentes *E.* potentes *I.* excelsa caeli *U. LD. LH. OA. Hereforden.* ex caelo poli *Sarisburien.*

10 traicia *E. G. K. Andegaven.*

11, 12. Quorum agentes festa consortium *O. Q. R. U. LB. LD. LE. LG. OA. Andegaven. Aurelianen. Hereforden.* festo consortio *N.* festa consortia *LH. OB. CA. CB. Eboracen. Eduen. Sarisburien.*

12 ingentes *I.* caelesti gloria *R. U. CB. Andegaven. Aurelianen. Hereforden.*

Cette Prose, très ancienne, qui se trouve dans un grand nombre de Missels Français et Anglais, se compose de huit clausules parallèles suivies d'une longue finale (9 à 12) d'où le parallélisme est absent. On lit un texte très différent dans le Tropaire de Fleury-sur-Loire. Nous le publierons plus tard.

33. DE SANCTO EVTROPIO.

1

Victima Christi victoris
factus Eutropius,
Herodis ut stetit oris
puer hic egregius.

2

Iesu vita dilecta
per famam intellecta ;
accedens
fit credens
et conversus.

3

Patrem petens precatur
hunc amet, hunc sequatur;
mox Deum
ad eum
est reversus.

4

— *Dic*, nosti qualia,
Eutropi, prodigia.

5

" Osanna Christo cantantes,
flores ac ramos vidi portantes."

6

— Et restant alia
plura mirabilia.

7

" De gemellis vidi piscibus
atque de quinque pastos panibus.

8

Credens et Christum secutus,
tot signis adiutus,
bonis Xanctonis passus sum vere."

9

Scimus, Christe sic fuisse ;
nobis quos praemissae
res dant gaudere, *Rex*, *miserere*.

2 d ut credens *Tornacen.*

3 c d Deum mox ad eum *Andegaven. Redonen. Tornacen. Xanctonen.*

5 a canentes *Andegaven. Redonen. Xanctonen.* Mauvais texte, contraire à la rime.

8 c sanctionis *Andegaven. Redonen. Tornacen.* n'offre pas de sens. Le vrai texte a été conservé par *Xanctonen.*

9 a Christum *Andegaven. Redonen. Tornacen.*

34. DE SANCTO YVONE.

1

Caelum sacrum Ecclesiae
emisit novum radium,
Yvonem, eius filium,
fontem lucis Britanniae.

2

Hic, speculum scientiae,
sacrum dilexit studium,
quo venit ad fastigium
Divinae sapientiae.

3

Viam latam lasciviae,
mundanum iter devium
despexit, et ad bravium
pervenit castimoniae.

4

Apicem poenitentiae,
praecipue ieiunium,
servavit, et sic praelium
vicit carnis discordiae.

5

Compatiens miseriae
pauperum mendicantium,
nil volens transitorium,
succurrit indigentiae.

6

Hic amator concordiae
iunxit corda discordium,
agens rectum iudicium,
reformator iustitiae.

7

Vis divinae potentiae
miraculorum omnium
dedit illi praeconium
praegrandis efficaciae.

8

Sibi aves et bestiae,
mors, morbi, fluctus marium
obediunt insignium
possidenti innocentiae.

9

Signo crucis eximiae
hic bis divisit fluvium,
et exstinxit incendium
efficacis saevitiae.

10

Caelestis pastu gratiae,
nullum sumens edulium,
septem dierum spatium
transit, gustator gloriae.

11

Morbum curat dementiae
et expellit daemonium
et coetui viventium
iunxit defunctos varie.

12

Fons fuit patientiae
et exemplar humilium,
contemnens vituperium,
tetragonus constantiae.

13

Pauperum amicitiae
intentus, patrocinium
dat eis et consilium
gratis, spretor pecuniae.

14

Sincerae conscientiae
sitit salutem plebium,
et per sacrum eloquium
dat viam indulgentiae.

15

Hic Sacrae Eucharistiae
salutis sacrificium,
cibum sanctarum mentium
offerebat quotidie.

16

Virginalis munditiae
cordis et carnis lilium,
deferebat cilicium
asperitatis nimiae.

17

Spreta vestis mollitie,
tunicam, epitogium
induit, et caputium
de panno grosso patriae.

18

Gentibus regis Franciae
praesulis equum, iurium
zelator spiritalium,
hic abstulit egregie.

19

Hic, in anno laetitiae,
caeli possedit solium :
tale Christi imperium
rosae tenent clementiae.

20

Cuius caelestis curiae,
sancte Ivo, solatium,
divinum stillicidium
nobis procura gratiae.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat. 868, Missel d'Angers, xv[e] siècle, *Z.* Cette pièce se trouve imprimée dans A. LE MOYNE DE LA BORDERIE, '*Monuments originaux de l'Histoire de Saint Yves*, Saint-Brieuc, 1887, p. 480.

2 d divitiae *Andegaven.*

4 d vincit *Z.*

8 d Malgré les textes, qui donnent *possidens*, nous rétablissons *possidenti* dont la dernière syllabe s'élide sur *innocentiae.* Autrement le mot à mot de la phrase est impossible.

9 c exstinguit *Andegaven.*

14 c ut *Z.* d det *Z.*

17 d de panno rudi *Andegaven.* L'éditeur, chargé de la révision du texte de la première édition imprimée du Missel d'Angers, aura probablement eu peur du terme *grosso* qui existe parfaitement en Latin vulgaire.

Cette Prose est un véritable tour de force où l'auteur s'est astreint à n'employer que les rimes *ium* et *iae.*

35. DE SS. PETRO ET PAVLO.

1. Laude iocunda melos, turma, persona,
2. Iugando verba symphoniae rythmica ;
3. Concrepans inclyta harmonia vera saecli lumina,
4. Luce qui aurea illustrarunt regna mundi omnia,
5. Vernant fortia iam quorum trophaea in caeli regia,
6. Quorum merita dissolvunt crimina hac die fulgida :
7. Nam alter crucis supplicia triumphans, alter ensis iugula, uterque nitet laurea ;
8. Super sublimia sidera, insignes victoria, caelica praelati sunt in curia.
9. Hinc, beate Petre, qui maxima reseras clausa verbo caeli limina,
10. Sume pius vota fidelia, peccati cuncta resolvendo vincula.
11. Sacra, Paule, ingere dogmata, illustrans plebis pectora,
12. Et quousque det Deus perfecta ultra fer mente sidera,
13. Dulcis qua resultat musica virtutum fidibus atque melis concinna,
14. In qua symphonia miscetur, est illa quae vera diatessaron prima,
15. Constans virtute et iustitia,
16. Temperantia et prudentia ;

17. Quibus supera agmina rite decusata Christo cantica psallunt en armonica,
18. Nostra sint quorum socia, illa dent lumina quis praeconia damus yperlirica.
19. Sublime dicant nunc omnia Amen redempta.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *A;* 1084, Idem, *B;* 1087, Idem, *C;* 1119, Idem, *E;* 1120, Idem, *F;* 1132, Idem, *G;* 1136, Idem, *H;* 1137, Idem, *I;* 1138, Idem, *K;* 1177 (nouv. acquisitions), Tropaire de Fleury-sur-Loire, xie siècle, *L;* 1240, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *M;* 9449, Tropaire de Nevers, xie siècle, *O;* 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, xiie siècle, *Q;* 10508, Tropaire de Saint-Évroult, xiie siècle, *R;* 13252, Tropaire de Saint-Magloire (?), Paris, xiie siècle, *S;* 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiiie siècle, *T.* Cf. en outre 903 et 1118, xie siècle ; 1139 et 10511, xiie siècle ; 1105, 10502, 13254, 16823, 17318, 17319, 17321 et 17329, xiiie siècle ; 904, 1106, 10513, 15105 et 16828, xive siècle ; 828, 864, 865, 867, 868, 879, 905, 1140 et 17317, xve siècle. Bibl. de l'Arsenal, 1169, Tropaire d'Autun, xie siècle, *N.* Bibl. S. Geneviève, Cf. f^o BBL7, xiiie siècle ; f^o BBL1 et f^o BBL5, xve siècle. LONDRES : Mus. Brit., Caligula A XIV, vers 1185, *LD.* Add. 12194, vers 1275, *LE.* Nero E VIII., vers 1440, *LI.* Cf. en outre Add. 30058, xive siècle. REIMS : Bibl. de la Ville, Graduel du monastère de Saint-Thierry, vers 1200, *RA.*

Peu de Proses ont été aussi souvent reproduites que celle que nous publions, dans les Missels du Moyen Age. Elle est évidemment très ancienne et devait être très populaire. Son texte est des plus difficiles à établir, car on l'a corrigée fréquemment à cause de son obscurité.

1 Gaude *T. Andegaven.* Cette mauvaise leçon s'est introduite dans un grand nombre de Mss. du Moyen Age. On la trouve en particulier dans les n°s 1139 et 904 de la Bibliothèque Nationale de Paris. Elle doit absolument être rejetée. tua persona *LE.* personet *C. Eduen. Cluniacen.* rompt l'assonance. personat *I. M. RA.*

2 Iungendo *LE. LI. RA. Andegaven. Atrebaten. Eboracen. Eduen. Hereforden. Sarisburien. Cluniacen.* La confusion s'est produite entre le verbe *iugare,* qu'emploient avec raison les plus anciens Mss., et le verbe *iungere,* beaucoup plus usité, mais moins expressif, qui est passé dans les textes imprimés. On lit iungando dans *G. N. Q. S.* Dans C le n de iungando a été effacé. Peut-être est-ce le désir de corriger ce barbarisme qui a amené la double leçon. symphonia *B. I. L. N. O. LE. Eduen.*

3 Concrepant *Cluniacen.* armoniae *Hereforden.* vera caeli *Eboracen. Sarisburien.*

4 illustrare *B. E. F. G. H. I. K. M.* mundi regna *LE. RA.*

5 Les clausules 5 et 6 sont interverties dans *T.* fortia sanctorum *C. LE. Cluniacen.* in caelis *A. I. K. O. Q. Andegaven.* in caelis gloria (non noté) regia *B.* in caelis gloria *S.*

6 dissolvant *T. LI. Eboracen. Sarisburien.* fulgida hac die crimina *O.*

7 supplicio...... iugulo *R. LD. LE. LI. Andegaven. Atrebaten. Eboracen. Eduen. Hereforden. Sarisburien.* Ici encore les plus anciens Mss. ont conservé la vraie leçon. L'assonance exige en effet une double finale en a. nitent *I.*

8 Et *RA. Andegaven.* Et super sublimes *C. F. I. N. O. Q. R. T. LD. LE. LI. Eboracen. Eduen. Hereforden. Sarisburien. Cluniacen.* Et super sublimes (première main ; après correction : super sublimia) *E.* sublimis *A.*

9 Les clausules 9 et 10 manquent dans *M.* O beate *RA.* beati prece *LE.* maxime *LD.* resera *K.* claudis *L. N. O. R. T. LD. LE. LI. RA. Atrebaten.*

Eboracen. Eduen. Hereforden. Sarisburien. clausis *B. C. K. Q. S. Andegaven. Cluniacen.* Même remarque que plus haut. Le fragment de clausule doit assonancer en a, et la bonne leçon est la moins claire. lumina *Q. S. LD. LE. LI. Andegaven.*

10 Summe *O.* vita *K.* fidelium *G. H. I.* resolvenda *Andegaven.* dissolvendo *R T. Eboracen. Sarisburien.* crimina *A. B. G. H. M.*

11 Sacre *E.*

12 Deus det *Eboracen.* perfectos *Atrebaten.* ferventes *LD. Andegaven.* fer mentes *C. N. R. S. LI. Atrebaten.* fer mentem *O.* fermentem *Q.* firmantes *Eduen.* cernentes *LE.* perfectas mentes fer ultra *RA.*

13 Pulchris qua *LI. Eboracen. Sarisburien.* quae *L.* resultet *G. H. O. Q. LE. LI. Andegaven. Hereforden. Sarisburien.* melos *L. N. O. Q. LE. Atrebaten.* mellis *Cluniacen.* concinat. *L. N. S. Atrebaten.* concina *A. B. C. E. F. H. I. K. M. R. T. LD. LE. RA. Andegaven. Eboracen. Hereforden. Sarisburien.* consciva *LI.*

14 nascetur *Eduen.* et illa *Q. LD. LE. LI. RA. Andegaven. Atrebaten.* quae vere *C. M. O. Q. R. S. T. LD. LE. LI. RA. Andegaven. Eboracen. Hereforden. Sarisburien. Cluniacen.* diatesseron *B. C. E. F. K. N. O. LI. Andegaven. Atrebaten. Eboracen. Eduen. Hereforden. Sarisburien.*

17 decantata *M.* decussata *Andegaven. Eduen.* decorata *LE. LI. RA. Atrebaten. Eboracen. Hereforden. Sarisburien.* psallant *A. B. E. F. G. H. I. K. L. Q. S. RA. Andegaven. Eduen.* concinunt *Hereforden.* in armonia *Eduen.* armonia *B. E. K. L. O. Hereforden.*

18 Nostro sint choro *LI. Eboracen. Sarisburien.* sunt *G. S. Eduen. Hereforden.* dant *Eduen.* quos *A. B. E. F. G. H. I. K. L. M.* La persistance des meilleurs Mss. à reproduire la leçon *quos praeconia* semble porter à croire qu'elle est la vraie et que l'auteur a considéré *damus* comme pouvant gouverner deux accusatifs. demus *Eduen.* yperlidica *A. B. E. F. H. I. K. L. S. RA.* Peut-être est-ce la vraie leçon. ypolirica *T.* experlidica *O. Q.* ypolidica *Atrebaten.*

19 nunc dicant *LE.* nunc (ajouté) *C. E. RA.*

36. DE S. PAVLO APOSTOLO.

1

Nero plange, Roma gaude,
quae nunc Pauli dignum laude
recolis martyrium.
Qui ut fuit baptizatus
mox potenter est mutatus
in virum contrarium.

2

Nam qui prius impugnavit
Christi fidem, praedicavit
illam palam gentibus,
Affirmans quod legis zelo
fideles poenarum praelo
dabat et tortoribus.

3

De Beniamin tribu natus,
lupus rapax est conatus
praedam mane rapere;
Sicut Iacob disposuit
escas, spolia studuit
vespere dividere.

4

Propter quae saepe vincula,
naufragia, pericula,
plura passus est graviter.
Tandem ense consummatus
nostros excuset reatus
apud Dominum dulciter.

4 f apud Deum *Briocen.*, rompt le parallélisme.

37. DE SANCTA MARGARETA.

1

Laudes dignas attollamus,
cuius festum celebramus,
Margaretae virginis.

2

Praesens coetus laetus esto,
multa crepent in hoc festo
organa cum tympanis.
Docta manus lyram tangat,
et conflictum lingua pangat
gloriosae Virginis.

3

Non est victa dum punitur,
imo vincit et potitur
laurea certaminis.
Cum nutricis hanc videns ovibus,
dum transiret, formam Olibrius
concupivit virginis.

4

Ad se ergo accersitur
et de fide convenitur
et cuius sit generis ;
Postquam fides patuit
hanc seductor statuit
vincere blanditiis.

5

Qua dum via non procedit,
superare saevis credit
saltem cruciatibus.
Iubet ergo ut caedatur
et, ni cedat, accendatur
fluidis lampadibus.

6

Virgo verae fidei
nec virgis, nec olei
fervore convincitur.
Sed cum magis angustatur,
sicut aurum dum probatur,
clarior efficitur.

7

Ungue saevo lacerata,
in vas aquae plenum strata
post se victa,
sed relicta
est a fundo libera
Devorata a serpente
quam constanti erat mente
dat agnosci, dum repente
rumpit imis viscera.

8

Insignita cruce sancta
tormentorum tot et tanta
passa demum, hostem planta
saevum calcat tenera.
Huius minas tormentorum
non formidat cor odorum,
licet duplet diversorum
tormentorum genera.

9

Hac in die Christo duce
praesignita Christi cruce
vitae vanae et caducae,
ensis ictu, ab hac luce
migravit ad supera.
Assistentes tuae laudi,
Virgo sancta, servos audi,
atque nobis deprecare
post hanc vitam exultare
in sanctorum gloria.

7 8 quae *Andegaven.* Nous rétablissons *quam* d'après *Redonen.*

38. DE SANCTO SERENEDO.

1. Spoleti claro sanguine natus, Serenedus Romae tandem dyaconus cardinalis ordinatur.
2. Illic per lustrum Deo serviens, a plurimis impensam gloriam aegre pertulit,
3. Quam calcare semper desiderans, monitu angelico, urbem celeriter dereliquit.
4. Ab Italiae Alpiumque nivosis collibus pervicacis Galliae fines citus ingreditur ;
5. Cuius sanctorum locis plurium visitatis, inde vico Salviae Cenomanico, Christo duce, moram traxit.
6. Ubi summa discretione, bonis vacans operibus, divinis colloquiis et angelicis fruebatur.
7. Quo quandoque super se raptus, clam facta multorum ac etiam cogitatus agnoscebat.
8. Edoctus veritatis spiritu, nullatenus falli, aut in eius conspectu quisquam mentiri poterat.
9. A populo suscepta dona charitatis, egentibus statim largiens, philargeriae statim damnavit vitium.
10. Peccatores erroribus atque vitiis irretitos aeternum devitare docuit supplicium.
11. In litteris doctissimus, idiotas et ignaros erudivit.
12. Discordes, pacis amator, in pace perpetua reformavit.
13. Sed, quod grandis approbatur meriti, Cenomanos liberavit peste, fame, gladio.
14. Leprosum restituit sanitati, coecis lumen acquisivit crucis ministerio.
15. Et cum tantis laboribus insudasset, vir beatus a Christo coronandus in proximo sentiit mortem.
16. Quam praedicens discipulis, mox doctrinae salutaris protexit documenta.
17. Et denique, Dominico praemunitus Sacramento, beatum in caelestibus tradidit spiritum.
18. Tunc in eius transitu, de sublimi, melodiae suavitas auditur angelorum,
19. Ac odoris insoliti vapor suavissimus replet nares spectantium.
20. O quam Tibi, Christe, carus confessor iste creditur,
21. Quo poscente ac merente, multis beneficia per Te conferuntur.
22. Ad quorum consortium, quaesumus, nos adiunge, et concede quod prostrati flagitamus :
23. Ut nil ergo nobis et patriae bellum, fames et pestis noceant, Serenedi meritis impetrantibus, gratis annuas, mitissime Iesu.
24. Et, de lacu foecis et miseriae, demum nos transferas et perducas ad regnum gloriae.

Il n'y a dans cette Prose aucune trace de rythme. Elle rappelle, à ce point de vue, les Proses attribuées à Sainte Hildegarde et publiées par le cardinal I. B. PITRA : « *Analecta Sanctae Hildegardis opera.* » Typis sacri Montis Casinensis. 1882.

39. DE SANCTO IACOBO APOSTOLO.

1

Ut Leonis testatur littera,
postquam Christus transcendit
[aethera,
victor Patris sedens in dextera,
in eadem carne, non altera
Qua passus est ob nostra scelera
opprobria, sputa et verbera,
mortem crucis quae sic est aspera
ut transcendat tormenta caetera,

2

Apostolus Christi egregius,
Zebedaei Iacobus filius
et Iohannis frater et socius,
fortis pugil et veri nuntius,
Ierusalem atque exterius,
(obsequium quod putat gratius),
impugnabat rebelles acrius
quanto Christo haerebat arctius.

3

Iudaica nefanda natio
quam non Christi convertit passio
id Herodi, Herodis filio
intimavit prece et pretio :
Ut Iacobum occidat gladio,
ne de Christo et evangelio,
praedicantis eius officio,
impleretur eius successio.

4

Sanctitatis illius aemuli
duo eius fideles famuli
ab Herodis posse et populi
Iopem trahunt corpus discipuli.
Navem intrant sanctus et baiuli
quae, secura omnis periculi,
transit alta aequoris Siculi :
id divini est adminiculi.

5

In extremis magnae Hispaniae,
iuxta portum veteris Iriae,
tangunt terram sanctae reliquiae;
per quattuor leucas Galiciae
Locus distat ab hac planitie,
illuc sine mora et requie
fert haec turba sanctum, et aliae
ibi ponunt ubi est hodie.

6

Voluntatis Dei indicia
instrumenta hic caementaria
inventa sunt sine custodia,
quibus super pignora dulcia
Componuntur, cum festinantia,
prius arcus, et post ecclesia,
ad quam mittunt orandi gratia
peregrinos climata omnia.

7

Antiquorum usus et veterum
dixit locum hunc donum liberum
hic idolum stabat horriferum,
sed Iacobo cessit in posterum.
Servientes, unus post alterum,
dormientes ordine funerum
(quod non est fas regum nec pro-
[cerum)
locum tenent duorum laterum.

8

Hic redditur infirmis sanitas,
moerentibus redit hilaritas,
visus redit et fugit caecitas,
lepra linquit facies obsitas ;
Non est dolor, non est adversitas,
quem non pellat Iacobi sanctitas,
ut credimus et ut est veritas;
nos perducat ad caeli semitas.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 868, Missel d'Angers, xve siècle, *Z.*
1 b et rediit Christus ad aethera *Z.*
1 h Après ce vers on lit, dans les Missels d'Angers imprimés, les trois vers suivants qui rompent le rythme et doivent être supprimés :

Postquam misit Spiritus munera
discipulis linguarum genera
qui docuit et pati aspera.

3 c Herodis Herodi *Andegaven.* h imputetur *Andegaven.*
4 b eius duo *Z.* c a conspectu regis *Andegaven.* g saeculi *Andegaven.*
5 h ibi sistunt *Andegaven.*
6 a indicia *Andegaven.* e componitur *Andegaven.* f artus ! *Z.*
7 d imposterum *Andegaven.* g quod non fas sit *Andegaven.* h loca *Andegaven.*
8 d lepra partes relinquit *Andegaven.*

40. DE SANCTA ANNA.

1

Mater Matris Domini,
felix felicissimi
Ioachim consocia,

2

Singulari studio
pauperum solatio
conferens subsidia.
Anna, diu sterilis,
apud Deum humilis,
propter virum anxia,

3

Qui turbatus nimium
triste per eloquium
datum ad altaria,
Propter verba praesulis
iuxta vicem exulis
fugit ad ovilia ;

4

Quem caelestis nuntius
pulcher et propitius
blanda per eloquia
solvit a miseria ;
Per exempla veterum
cor fovens, et miserum
reducens ad gaudia
veraci prophetia.

5

Confortavit
et monstravit
quod Mariam
egregiam
gigneret ex te, pia.
O parentes
quam gaudentes,
quam laudatos
et beatos
vos facit haec filia !

6

Haec est rosa
speciosa,
quae de spinis
et ruinis,
et truci invidia
Antiquorum
Iudaeorum,
fuit nata,
nobis data,
iuxta vaticinia.

7

O quam bene genuistis
et quam mundo profuistis
et quam sublimi gloria
vobis plaudunt caelestia.
Caeli arcem obtinetis
quo iam mortem non timetis,
sed habetis omnia
desiderabilia.

8

Quo trahatis nos laudantes,
nos et vobis famulantes,
licet rei
simus, Dei
confisos clementia.
Ut sit nobis coadiutrix
vestra nata, Dei nutrix,
quae nos ponat
et coronat
in caelesti curia,

9

In qua simus coronati
cum Christo in gloria.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, pièce ajoutée vers la fin du xive siècle, *Q;* 864, Missel de Sens, xve siècle, *R;* 865, Missel de Troyes, xve siècle, *T;* 865 A, Idem, *T*[1]*;* 865 B, Idem, *T*[2]*;* 871, Missel de Bordeaux, xve siècle, *U;* 873, Missel de Poitiers, xve siècle, *V;* 14448 Missel de l'abbaye de Saint-Victor, xve siècle, *W;* 17310, Missel de Chartres, pièce ajoutée au xve siècle, *X;* 17316, Missel d'Auxerre, xve siècle, *Y.* Cf. en outre 842, xve-xvie siècle. LONDRES : Mus. Brit., Add. 30058, Missel de Sens, *LG.*

Cette pièce a été publiée dans les : *Latinska Sänger fordom använda.* Piae Cantiones in Regno Sueciae olim usitatae : Sancti exteri, p. 24, d'après le Liber conventus insulensis ordinis Praedicatorum (Arosiae).

1 b felicissime *Q. R. T. T*[2]*. U. V. W. X. LG. Lingonen.* c consortia *T. T*[1]*. T*[2]*. LG. Andegaven. Cathalaunen. Eduen.*

2 a singularis *U.* b consolatio *Traiecten.* consorcio *Latinska Sänger.* c suffragia. *Andegaven.* solatia *Latinska Sänger.*

3 a turbatur *Latinska Sänger.* d verbum *Q. T. U. V. W. Latinska Sänger.* e vocem *W.* morem *Latinska Sänger.* f fudit *W.*

4 a Nunc *Latinska Sänger.*

5 e gigneris stirpe pia *R.* generat ex parte pia *Latinska Sänger.* ex se *Q. Y.* gigneres stirpe pia *Lingonen.*

5 h et laudantes *Cathalaunen.* quam laudantes *U. Andegaven.*

5 i quam beatos *Q. R. T. T*[1]*. T*[2]*. V. W. X. Y. LG. Latinska Sänger. Andegaven. Cathalaunen. Leodien. Lingonen. Traiecten.* k facit vos *Andegaven.* vos fecit *W. Traiecten. Latinska Sänger.* nos facit *U. LG. Leodien.* nos fecit *T*[1]*.*

6 b gratiosa *Q. U. V. W. X. Y. Latinska Sänger. Andegaven. Leodien.* gloriosa *LG. Eduen.* pretiosa *R.* h data *Andegaven.* i vobis *Cathalaunen. Lingonen.* nata *Andegaven. Eduen.*

7 a genuisti *U. Latinska Sänger.* b profuisti *U. Latinska Sänger.*

7 c O quam *Q. W. X. Y. Leodien. Traiecten.* d nobis *Q. T*[2] *U. Eduen.* nobis plaudent *Andegaven.* nobis pandunt *Latinska Sänger.* plaudunt voce *W.*

7 f per quam *W.* g h sed iam habetis omnia vobis delectabilia *W.*

8 a-e omis dans *Latinska Sänger.*

8 a trahitis *U.* vos *R. T. T*[2]*. W. Lingonen.*

8 b et nos vobis *Andegaven.* vos, et vobis *V. Eduen. Leodien.*

8 d sumus *T. X.* e confisi *Q. T. Andegaven. Cathalaunen. Eduen. Leodien. Traiecten.*

8 c g Ces vers sont remplacés dans *W.* par

atque pie supplicantes
ut sua clementia
Nobis fiat coadiutrix
pia Mater, Dei nutrix.

8 f Ut sis *Latinska Sänger.* g vestra omis dans *Latinska Sänger.* nostra data *Andegaven.* ista nata *Cathalaunen.* h donet *Q. Leodien.* locet (correction postérieure) *W.* ponet *Latinska Sänger.*

8 i et coronet *Q. R. T. T¹. T². U. V. W. Y. LG. Latinska Sänger. Andegaven. Cathalaunen. Lingonen. Traiecten.* Le sens veut le subjonctif; la rime exige l'indicatif. k patria *Q. T. T¹. T². W. Y. LG. Latinska Sänger. Cathalaunen. Leodien. Traiecten.* gloria *R. U. V.*

9 Cette finale manque dans *Q. U. V, Y. Cathalaunen. Eduen. Leodien.* On lit à la place de cette strophe : Amen dicant omnia dans *Q. V. Leodien;* Amen dicant omnia per aeterna saecula dans *T¹. T². U. V.* et In qua simus gloriati cum Christo in gloria dans *Latinska Sänger.*

41. DE S. GERMANO AVTISSIODORENSI.

1

Felix germen, O Germane,
nomen geris non inane
nam virtutis salvificae
germen profers magnifice.
Antissiodori natus
parentibus procreatus
fuisti nobilissimis
cultuque praeclarissimis.

2

Tu primitus oberrasti,
cum iuventam inclinasti
ad caduca et mundana,
illa sequens mente vana.
E vestigio adultus,
omni scibili suffultus,
suscepisti gubernandam
Burgundiam ac ducandam.

3

Regis interim maxime
Autritum quam tenerrime
prae caeteris diligebas
et praesentia ditabas
Sanctus huic erat Amator
praesul, fidei zelator,
qui te sibi successurum
dixit et pie victurum.

4

Inde ad Deum conversus
et a mundanis reversus,
presbyter ab eo factus
viam es perfectam nactus.
Mirum in modum uxorem
commutasti in sororem;
bona spargis in pauperes,
Deo ut dives fieres.

5

O quis quibit recensere
et quae carta continere
assiduas vigilias
et tuas abstinentias?
Nullum unquam condimentum,
non vinum, non salsamentum,
sumpsisti, neque legumen,
non vel corporis tegumen.

6

Brevi somno indulgebas
sed tunc mente vigilabas
superiacens cilicio
et stratu cinericio.
En saepius in lacrymas
resolvebaris maximas,
Crucifixum corde ferens
relliquias collo gerens.

7

Referre virtutes quaero
quas, maior effectus clero,
episcopus perfecisti,
imitator factus Christi.
Transis nempe in Angliam
ad pessimam Pelagiam
haeresim perabolendam,
et fidem doces tenendam.

8

Hospitium Parisius
habens semper mente pius
Genovefam sanctam nosti;
virginem Christo sacrasti.
Infirmatus hospitio
ignis flagrat colluvio;
domus per tua merita
qua stabas est custodita.

9

Et ecce cum transfretasti
Pictos Anglia fugasti
et Saxones ut signifer
Crucis quoque vexillifer.
Repente iubes clamare
Christianos et cantare,
sic hostes sine sanguine
vincuntur mersi flumine.

10

Ortum item pestiferum
dogma inibi haeresum
denuo illuc profectus
omnes corrigis defectus.
Regis Christi te famulum
monstras vocans discipulum
tumulo cum te affatur
esse bene se testatur.

11

Dum ad Anglos praedicares
ad bonumque provocares
regis Vaffri duriciam
concrepas et ignaviam.
Illum deiicis e throno
subulcum nutu divino
pro illo regem statuis
qui te pavit de pascuis.

12

Nam vitulum saginatum,
pro te neci destinatum,
prece fusa destinasti
matri suae redonasti.
Illud quoque quam mirandum,
quam magnum, quam praedi-
[candum,
recolens quis non stupescat
et mente sua dulcescat?

13

Sanctum vocas Cassianum
de tumulo Eduanum;
dicit se fruens quiete
cum Christo Iesu perpete.
Placida regina pia
te vocavit e Gallia,
delectata sanctitate
tua atque pietate.

14

Rusticum profectus portas,
cum fasce collo transportas,
torrentem dum pertransires,
charitatem ne nescires.
Exspectatum Ravennates
te suscipere magnates,
cum regina et populo,
obviavit Dei famulo.

15

Delatum tibi mortuum
asinum resuscitasti;
oblatum equum optimum
pauper Christi refutasti.
Instante vitae termino
finem tuum cognovisti,
et revelante Domino
caelum exultans petisti.

16

Cunctis mortem horribilem,
obis, sed venerabilem,
nam ad Deum recte pergis
dum vitia sub te mergis.
Ad dicendum non sufficit,
tempus quinimo deficit,
tua facta recitare
quae nullus quiret narrare.

17

Tres mortuos suscitasti
vivens adhuc in corpore,
egros, claudos relevasti
omni depulso torpore.
O quam magnum te praedicat
basilica consecrata
et beatum notificat
gleba tui reportata.

18

Repulsiones daemonum
sanitatesque hominum,
referre si decernerem,
sub onere deficerem,
Unum te precor, Germane,
qui, pie invocantibus
te, subvenis tam humane,
meis adesto precibus.

Le texte est identique dans *Redonen.*

42. DE S. PETRO AD VINCVLA.

1

Cor devotum vox sonora
promant laudes, sine mora,
  Petri, summi praesulis;
Memorando quid sit gestum,
quare fiat istud festum
  pro ipsius vinculis.

2

Dux Quirinus gutturnosam
natam habuit formosam
  quae Balbina nomine
Saepissime veniebat
ad carcerem et lambebat,
  pro sui salvamine,

3

Alexandri papae dura
vincla, quibus omni cura
  vinctus erat carcere;
Quam dulciter amovebat
et catenas admonebat
  Sancti Petri quaerere;

4

Quibus tactis, sanitatem
et integram sospitatem
  possit mox recipere.
Quae accurrens nuntiavit
patri, qui mox destinavit
  nuntium has quaerere

5

Solymam; quas osculata
postquam fuit, est sanata,
  pulso morbi pondere.
Ob hoc festum celebrari
papa iussit et servari,
  eductus de carcere.

6

Ergo Petro supplicemus
et devote flagitemus
  ut dissolvat vincula
Peccatorum, et purgatos
excipiat et mundatos
  in caeli caenacula.

Manuscrit : PARIS, Bibl. Nat. 1098, porté au catalogue comme Missel de Paris (!); probablement Missel Breton, à l'usage des religieux de Saint-Mélaine, xive siècle, *Y.*

3 b vincula quibus omnium cura *Leodien.* d removebat *Leodien.*

4 f eas *Y. Leodien.* Ce vers a une syllabe de trop, à moins de considérer nuntium comme disyllabique. Nous corrigeons : has.

5 a b On lit à la place de ces deux vers dans les Missels d'Angers et de Liége

Hierusalem, quas osculans,
sanitatem recuperans,
mox cessit morbus ab illa :
Postquam fuit osculata
ipsas haec fuit sanata

ce qui n'offre aucun rythme et très peu de grammaire.

5 d ab hoc *V*.

43. DE SANCTO EGIDIO.

1

Quando conscientia
respondet eloquio,
verbi valet gratia ;
Plebs sic cum laetitia,
laudes dans Egidio
celebret sollemnia.

2

Sanctus hic Egidius
Christi miles regius,
stirpe natus regia.
Mundum sprevit penitus
soli Deo deditus
Dei plenus gratia.

3

Mundus vixit hic in mundo.
Deo vivens corde mundo,
vitae vitans vitia.
Sese Deo dans thesaurum
sprevit opes, sprevit aurum,
sprevit transitoria.

4

Anguis morsus est mundatus
precibus Egidii.
Saevientis est sedatus
furor arreptitii.
Navem pene mersam rexit
ad portum consilii
quae post eum tute vexit
ad locum exilii.

6

Vir perfectus
mari vectus,
Arelatae
urbe natae
febres fugat viduae ;
Res vulgatur
plebs miratur ;
sanctum laedunt
quae procedunt
gentis voces mutuae.

7

Famam nolens
sed hic dolens,
hinc discedit
et se dedit
vitae solitariae.
Diu latet,
nulli patet ;
dono Dei
cerva ei
lac dat alimoniae.

8

Hic se celans non celatur
cum defunctus suscitatur :
adepta carta veniae
commissi regis Franciae.
Cartae fides attestatur,
quamvis crimen condonatur,
huius vocato nomine,
ultra non acto crimine.

9

Hinc Egidi, serve Dei,
supplicamus tibi rei
fac, vir mire,
nos transire
huius mundi vitia ;
Et fac preces nostras vehi
ante Deum, gratis ei
ut venire, die spei,
possimus ad gaudia.

10

Haec det Dei gratia.

4 a angue *Andegaven.*
6 c a relathe ! *Andegaven.* La correction Arelatae s'impose. Nous savons en effet que la personne ainsi guérie par Saint Gilles était d'Arles.
7 c descendit *Andegaven.* 1523. f Divi *Andegaven.*

44. IN NATIVITATE B. MARIAE VIRGINIS.

1. Alle caeleste, nec non et perenne luia,
2. Dic, paraphonista, cum mera symphonia,
3. Tuba et canora palinodias canta.
4. Nam omnis usia hanc Christi genitricem die ista,
5. Congaudet exortam, per quam sibi sublatam capit vitam.
6. Davidica stirpe sata, Davidis ad sceptra est regenda prole fecundata :
7. Nec gravidata viscera sunt tamen per ulla patris membra, sed ex fide sola.
8. Ab arce summa angelus adstat : Maria, inquit, alma, ave, plena
9. Gratia, sacra et benedicta, feminas inter omnes, paritura
10. Regem, qui dira mortis vincula damnabit mira cum potentia, suum plasma solvens sponte sua, atque beatam donans vitam.
11. Fit mox puella verbis credula, et puerperam stupet et castam, natum gestans speciosum forma, regentem cuncta orbis regna.
12. Haec est virga non irrigata, sed Dei gratia florigera.
13. Haec est sola cunctorum hera, materna obscurans piacula.
14. Velut rosa decorans spineta, sic quod laedat nil habet Maria
15. Virgo ; Eva quod contulit prima, Christi sponsa effugat Maria.
16. O virgo, sola mater casta, nostra crimina
17. Solve, dans regna, quis beata regnant agmina.
18. Potes enim cuncta, ut mundi regina, et iura
18a. Cum nato omnia decernis in saecla, et ultra subnixa es in gloria
19. Cherubim electa, Seraphim agmina ; nam iuxta
19a. Filium posita sedes in dextera rutilans virtus, lampas et socia.
20. Nativitas unde gaudia nobis hodie affert annua.
21. Et resonat camenis aula in laude tua, virgo Maria.
22. Gaudet per climata orbis Ecclesia
23. Dicens alleluia, quod et palatia
24. Caeli clamant dindima usque dantia praeconia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *A;* 1084, Idem, *B;* 1119, Idem, *E;* 1120, Idem, *F;* 1132, Idem, *G;* 1136, Idem, *H;* 1137, Idem, *I;* 1138, Idem, *K;* 9449, Tropaire de Nevers, xie siècle, *O;* 1139, Tropaire de Saint-Martial, xiie siècle, *P;* 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, xiie siècle, *Q;* 10508, Tropaire de Saint-Évroult, xiie siècle,

R; 13252, Tropaire de Saint-Magloire (?), Paris, xii[e] siècle, *S;* Cf. en outre 903, 1118, 1177 (nouv. acquisitions), et 1339, xi[e] siècle, 833, 9437 et 10511, xii[e] siècle ; 1086, 1105, 10502, 16823, 17318, 17319 et 17321, xiii[e] siècle ; 863, 904, 1098, 1101, 1106, 1107, 10513, 15105, 16828 et 17311, xiv[e] siècle ; 828, 864, 865, 865A, 865B, 867, 868, 871, 872, 879, 905, 1140, 1334, 17317 et 17320, xv[e] siècle; 832, 906 et 907, xv[e]-xvi[e] siècle. Bibl. de l'Arsenal, 1169, Tropaire d'Autun, xi[e] siècle, *N.* Bibl. Mazarine. Cf. 447, xv[e] siècle ; 448, xvi[e] siècle. Bibl. S. Geneviève, Cf. f° BBL7, xiii[e] siècle ; f° BBL1 et f° BBL5, xv[e] siècle. LONDRES : Mus. Brit., Caligula A XIV, xiii[e] siècle, *LD;* Add. 12194, vers 1275, *LE;* Add. 30058, Missel de Sens, xiv[e] siècle, *LG.* Nero E VIII, xiv[e] siècle, *LI.* REIMS : Bibl. de la Ville, Graduel du monastère de Saint-Thierry, vers 1200, *RA.* ROTH, *Lateinsche Hymnen*, n° 187, d'après un Ms. du xv[e] siècle.

Cette Prose porte pour titre dans *H.* " De Assumptione ". C'est une erreur ; elle a été composée pour la Nativité de la Sainte Vierge.

1 perenne alleluia *P.*
2 melodia *P.*
3 Turba *B. E. F. K. O. Q. RA.* Turma *N.* pallinodia *LI. Andegaven. Eboracen. Herefordem. Sarisburien.* pallinodian. *LD.* pallmodias (!) *ROTH.* palidonias *B.F.R.* pallidonias *A. E. G. H. I. K. N. P. Q.* psallinodias *O.* polidonias (!) *S.*
5 Cum gaudet *N.* Collaudat *Andegaven.* 1523 per quem *Andegaven.*
6 et regenda *Andegaven.* es regenda *LG. Lingonen.*
7 Nam gravidata *Andegaven.* sunt viscera *Eboracen.* per illa *A. Andegaven.* 1523. per nulla *Eduen.* sed ex fide sola omis dans *Eduen.*
8 adstans *Andegaven. Eboracen.*
9 summa et *Q. LG. Hereforden.* celsa et *RA.* femina *A.* après grattage ; *K. N. O. Q. LD. Andegaven.* 1523. domina *P.*
10 quid *N.* damnavit *P. LD. LI. RA. Andegaven.* 1523. *Eboracen. Sarisburien.* salvans *Andegaven.* beata donans vita *B. E. F. K. N. O. P. Lingonen.*
11 verbi *Andegaven.* puerpera *K. LG.* et puerpera stupet et casta *O. R. LD. LE. LI. Andegaven. Eboracen. Hereforden. Sarisburien.* se puerperam *RA. Andegaven.* 1523. *Lingonen. ROTH.* et puerpera se stupet castam *Eduen.* et puerpera se stupet casta *N.Q.* gaudet (corrigé en marge : stupet) *S.*
12 virgo *A.* gratiae *K.* florigena *LG. ROTH* intervertit l'ordre des clausules 12 et 13.
13 cunctarum *I. Andegaven.* 1523. paterna *P.* obscura *O.* observans *Andegaven.* macula *F.* miracula *K.* Cette clausule manque dans *N.*
14 si quod *B.* nil quod *O.* nihil *B.*
15 Mater Eva *LD. RA. Andegaven.* 1523. *Lingonen. ROTH.* attulit *O. Q. R. LD. LE. LI. RA. Andegaven.* 1523. *Hereforden.* poma (!) *P.* Cette clausule manque dans *Eduen.*
15, 16 Entre ces deux clausules on lit dans *P.* qui est d'ailleurs une mauvaise autorité :

Hinc per baptisma pellens nubila
Hanc induentes stola [m] candida [m]

16 vincula *S.*
17 Solvens *N.* Solvens da *P. LI.* quo beata *P. ROTH.* regnat *N.*
18 Potens *B. E. F. H. I. K. N. O. P. LI. Sarisburien. ROTH.* Poscens *LE.* ut caeli *LE. RA. Andegaven.* 1523. *ROTH.* et una *LE.*
18a discernis *LI. Eboracen.* decernens *Andegaven.* 1523. decernens et ultra in saecla *Eduen.* in saecula *ROTH.*
19 Seraphimque *E. F. G. I. S. LD. RA. Eduen.* Seraphimque clara agmina *N. O. Q. LE. LI. Andegaven. Eboracen. Hereforden. Lingonen. Sarisburien.*
19a posita est omis dans *Eboracen.* sedens *RA. Eduen. ROTH.* sedet *O. P. Lingonen.* in dexteram *Lingonen.* et mira virtus *Andegaven.* rutila *R. LD. RA*

rutilat *E. F. K. P. S. Andegaven.* 1523. *Eduen. Lingonen.* rutilans omis dans *N. Q. LE. LI. Hereforden. Sarisburien.* lampat (!) *E. K. O. RA.* et sophia *N. LI. Andegaven. Hereforden. Lingonen. Sarisburien.* ROTH. et sociat *A. E. K. P. Q. RA.* iam patet socia *S.*

20 confert *LI. RA. Andegaven.* 1523. *ROTH.* adest *B. K.* omnia *LD.*

20, 21 Entre ces deux clausules, on lit dans *P.*:

Concede tempora nobis felicia. Post, scandere alta, polique machina [m], gloriosa Genitrix domina.

21 En *Q.* resonant *A.* resonet *E. LE.* En resonat camoenas *Eduen.*

24 dindima in saecla usque *B. K.*

Cette Prose fut très populaire en France et en Angleterre pendant le Moyen Age ; on la trouve dans la plupart des anciens Missels manuscrits et imprimés.

45. DE S. MAVRICIO ET SOCIIS EIVS.

1. Adludat laetus ordo psallens pie dulcifluum nunc Alleluia.

2. Carmina concrepans tinnula, mellita iugans organa
3. Laudum Christo tymiamata vox canat liquide nostra.

4. O quam veneranda, colenda, tremenda Trinitas, adoranda et Deitas una.
5. Quam poli agmina nivea iubilant timpanizantes lyrica modulamina ;

6. Angelica et archangelica turma canit cui voce iocunda:
7. Sanctus, sanctus, sanctus et Dominus Deus omnipotens, regnans in saecla.

8. Apostolica laudat hunc harmonia, martyrum quoque cithara, confessorum ac virginum lyra.
9. Quibus sociata legio Thebaea, hodie pro Christo caesa, nunc laureata ovans hymnizat.

10. O dulcissima, O quam largiflua Domini clementia, tanta millia
11. Qui tam lucida salvans die una de ore Leviathan levat ad astra.

12. Gaudet phalanx caelica, lucra suscipiens tam beata ; exsultans tellus efflagitat ipsorum patrocinia.
13. Plangit turba picea ereptam praedam a sua poena; quid doles omnes non perire, O infelix invidia?

14. O Maurici, dux in curia, te poscentum errata pie excusa, virtutumque da monilia.
15. O Exuperi et Candide, Innocens atque Victor, cunctaque turma, laudantum audite precata.

16. Qui iam stelligerata meruistis palatia, nobis liliosa flagitate campestria;
17. Christo quo annuente, iubila symphoniaca pangamus aurosa in poli amen dindima.

18. Ave nunc iam legio alma, ovatizans saecula per cuncta: Alleluia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1084, Tropaire de Saint-Martial, xi[e] siècle, *B*; 1087, Idem, *C*; 1119, Idem, *E*; 1120, Idem, *F*; 1132, Idem, *G*; 1137, Idem, *I*; 1138, Idem, *K*; 9449, Tropaire de Nevers, xi[e] siècle, *O*; 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, xii[e] siècle, *Q*; 10508, Tropaire de Saint-Évroult, xii[e] siècle, *R*; 13252, Tropaire de Saint-Magloire (?), Paris, xii[e] siècle, *S*. Cf. en outre 10511. xii[e] siècle ; 863, xiv[e] siècle ; 868, 905 et 17317, xv[e] siècle. Bibl. de l'Arsenal, 1169, Tropaire d'Autun, xi[e] siècle, *N*. Bibl. S. Geneviève, f° BBL7, xiii[e] siècle, *T*.

2 concrepent *B. E. F. G. I. K. S.* ***Andegaven. Lingonen.*** mellica ***Andegaven.*** mellea *C. N. O. R. T.* ***Eduen. Cluniacen.*** iugans *G. I.* iungans *B. K. O. S.* ***Andegaven.*** iungens *N. Q. R.*

3 canat mensque placida *C. N. R. T.* ***Eduen. Cluniacen.*** liquido ***Lingonen.***

4 veneranda, tremenda, amanda *C. N. R. T.* ***Andegaven. Eduen. Cluniacen.*** et Deitas ***Andegaven. Eduen. Lingonen. Cluniacen.*** On ne lit que les quatre premières clausules dans *O*.

5 Qua *N*. Quo ***Lingonen.*** agmina unica ***Andegaven.*** timpanizando *N.* ***Lingonen.*** triumphantes ***Andegaven.***

6 turba *R.* ***Lingonen.*** cum voce ***Andegaven. Cluniacen.*** Le parallélisme exige *cui*, moins clair. D'ailleurs la mélodie a deux notes sur ce mot.

7 regnans *I*. per *T*. saecula *B. E. F.* ***Lingonen.***

8 nunc laudat ***Lingonen.*** nunc *R*. confessorumque *K. N. R. S.* ***Andegaven.*** confessorum et ***Eduen.*** confessorumque et *Q. T.* ***Lingonen. Cluniacen.***

9 odas hymnizat *C. K. N. Q. S. T.* ***Andegaven. Eduen. Cluniacen.*** odos hymnizat ***Lingonen.*** hymnizans *B. E. F.*

10 O quam dulcissima *T.* ***Lingonen.*** O quam dulcissima (quam ajouté par le rubricateur) *C*. O quam dulciflua, O ***Cluniacen.*** O quam dulcia, O *Q*. O quam maxima, O *R*. melliflua *N*.

11 Quid *F*. Quae *T*. die ista *I. S.* ***Andegaven.***

12 Gaude *E*. cantorum patrocinia ***Eduen.*** exaltans *K*. exsultat *N. Q.* efflagitans *Q*. efflagitans tantum *N*. eorum (corrigé en marge : ipsorum) patrocina *S*.

13 Clangit *K. S.* turma *N*. erectam *K*. a sua praeda quod dolent omnes perire ***Eduen.*** cur doles *N.* ***Lingonen.*** O felix ! ***Lingonen.*** O manque dans *B. F. G. I. T.* ***Eduen. Lingonen. Cluniacen.***

14 poscentem ***Andegaven. Eduen.*** virtutum quaedam ***Andegaven.*** dans ***Lingonen.***

15 turba ***Lingonen.*** laudantium audite praeconia ***Andegaven.*** donne une syllabe de trop.

16 Qui iam exhilarata *G. I.* Qui tam ***Lingonen.*** nobis gloriosa ***Andegaven.***

17 carmina ***Andegaven.*** iubilat ***Lingonen.*** symphonia qua *G. I.* in poli gloria amen ***Andegaven.*** in poli dindima ***Eduen. Lingonen. Cluniacen.***

18 O alma ***Andegaven.*** ovagizans ***Eduen.***

46. DE SANCTO MAGNOBODO.

1

Ecce dies celebris
Magnobodi praesulis
renovat sollemnia.

2

Multiformi gaudio
laudes reddat filio
mater Andegavia;
Quae pastorem genuit,
a quo regi meruit
ut a patre filia.

3

Hic est quem divinitus
dogma Sancti Spiritus
fovit ab infantia.
Non est onus iuveni
ferre iugum Domini,
virili constantia.

4

Pulsat famam sanctitas:
notum est quod civitas
supra montem posita
vix erit abscondita.
O grata legatio
quae Sancto Licinio
de Romana curia
affert sanctuaria.

5

A lectore,
novo more,
Christo duce,
sine luce,
consummatur lectio.
Tandem clerus:
" Hic est verus
pastor," clamat;
sed reclamat
duorum praesumptio.

6

Vir probatus
est duobus
reprobatus;
sed ambobus
nocuit invidia:
Dextro lumine
privatos
ut pro crimine
damnatos
notavit infamia.

7

Qualem pastor se gerebat
inter oves quas pascebat
vitae probat memoria
per virtutum indicia.
Irrisores Helisaei
dum derident virum Dei,
unum de turba misera
turbo rapit per aera.

8

Cadens totus laceratur
qui dum sancto praesentatur,
iussu solo,
mox a solo
surgit cum laetitia;
Praesul iuris, pater aequi,
fac nos in hac vita sequi
ius et aequum,
ut sic tecum
vivamus in gloria.

9

Ubi lux continua,
ubi dantur pascua,
ovibus perpetua.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 868, Missel d'Angers, xve siècle, *Z.*
2 b reddit *Andegaven.*
7 h rapiat *Andegaven.*, donne une syllabe de trop.
8 a laceratus *Andegaven.* b praesentatus *Andegaven.* h ut *Andegaven.*
9 b nobis dantur *Andegaven.*

47. IN TRANSLATIONE S. YVONIS.

1

Laus et honor Trècoriae,
decus et decor Galliae,
lux et splendor Britanniae,
beatus Yvo colitur.
Ergo laudes eximiae
dentur suae memoriae
ac praeimmensae gloriae
qua in caelo perfruitur,

2

Ubi ab ipso cernitur
Rex in serena facie,
et celsus thronus Mariae
qui Regis throno iungitur.
Illic sibi conceditur
subvenire propitie
humanae indigentiae
ut per orbem dignoscitur.

3

Claudis gressus revertitur,
lux caecis restituitur,
Aegris salus effunditur
mortuis vita redditur.

4

Mutorum lingua solvitur,
vinctorum funis rumpitur,
Aqua currens dividitur
postis longus efficitur.

5

Incendium exstinguitur,
maris tumor reprimitur,
hydropisis consumitur,
et paralisis tollitur.

6

Dum hostia sustollitur,
fulgor circum prospicitur ;
foetus in matre moritur,
sed incolumis oritur.

7

Pauper sordens suscipitur,
secum simul convescitur,
et, dum inde egreditur,
valde splendens conspicitur.

8

Vir a rota substernitur
et aqua fluens sistitur,
vir a subtus extrahitur,
et nihil mali patitur.

9

Archipraesul affligitur
febre, morique creditur :
pro quo Yvo deposcitur,
et vita sanus fruitur.

10

Daemonium eiicitur,
aeris pestis pellitur,
hostis furor refellitur,
stragis clades compescitur.

11

Plane quod pie petitur
ab Yvone tribuitur,
et completur plenarie
ex ubertate gratiae.

12

Qua ad aulam introitur
Regis summae potentiae,
cuius regnum non finitur,
Ille qui cuncta largitur
coadscribat nos curiae
quae curis non committitur.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 831, xiv[e] siècle, *X*; 857, xv[e] siècle, *Z*.
1 Les trois premiers vers sont ainsi intervertis dans *X*. et *Z*.

Decus ac decor Galliae,
lux et splendor Britanniae,
laus et honor Trecoriae,

3 Les quatre vers de cette strophe sont intervertis également dans les mêmes manuscrits.

Mortuis vita redditur,
aegris salus refunditur,
caecis lux restituitur
claudis gressus revertitur.

6 b fulgur *Andegaven.*
7 c regreditur *Z.*
9 d potitur *Z. Andegaven.*

Tous les vers de cette Prose finissent en *itur* ou en *iae* Nous avons déjà vu au n° 34 tous les vers d'une Prose en l'honneur de Saint Yves terminés en *ium* et en *iae*. L'auteur des deux pièces affecte ce procédé.

48. IN COMMEMORATIONE DEFVNCTORVM.

1

De profundis clamantes gemimus
et gemendo preces effundimus;
exaudi nos, Domine.
Miserere, misertus miseris,
Qui Salvator et Salus diceris,
competenti munere.

2

Sicut cervus ad fontes properat,
sic anima ad Te desiderat,
Fons misericordiae.
Fontis huius aquis nos abluas
nec secundum culpas retribuas,
Deus indulgentiae.

3

Nec mensuram observes scelerum
nec culparum numeres numerum
sed da locum veniae.
Non est opus reis iudicio,
sed afflictis detur remissio,
dono Tuae gratiae.

4

Tu dixisti : " Vos qui laboribus
pressi estis, atque oneribus,
Ego vos reficiam."
Ecce ad Te pressi confugimus,
a Te solo refici petimus,
per Tuam clementiam.

5

Nec facturam Tuam despicias,
sed clamantem pius respicias,
dans reis remedia.
Qui venturus es Iudex omnium
animabus cunctis fidelium
des aeterna gaudia.

1 e decoris *Andegaven. Redonen.* doit être changé en *diceris;* le sens et la rime l'exigent.

2 b considerat *Andegaven. Redonen.* Le vrai texte nous est fourni par *Cenomanen.*

5 f On trouve après ce vers la phrase suivante dans *Cenomanen.* :

Amen dicant omnia sanctorum agmina.

49. DE SANCTO RENATO.

1

Exsultemus congaudentes,
sacra sancti recolentes
Renati sollemnia ;

2

In hac die qua translatus
fuit iste vir beatus,
gaudet caeli curia.
Victor scandit ad superna ;
ob hoc, die hodierna,
gaudet caeli curia.

3

Iste sanctus dolum nescit,
insignitus effulgescit
lucis ex operibus.
Lingua silet, cor tremescit
et infernus obstupescit
de suis virtutibus.

4

Arcto clausus in tumulo,
infans caelesti pabulo
et Christi fotus ubere,
Pastum non habens alium,
post completum septennium,
resurrexit de funere.

5

Iste, inquam, est Renatus,
ex eventu sic vocatus
a sancto Maurilio ;
Dum eum resuscitavit
et ad vitam revocavit,
elapso septennio.

6

Res est mira cunctis nota
in Andegavia tota,
in Deum credentibus
Nam ipsius tumba crevit
quantum puer adolevit
intrusus lapidibus.

7

Iste sanctus in hac vita
vixit, velut eremita,
indutus cilicio.
Andegavis hunc pastorem
habuit et successorem
beato Maurilio.

8

Fons immensae pietatis
sic nos lavet a peccatis
per eius suffragia,
Ut in regno claritatis
habeamus cum beatis.
sempiterna gaudia.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 868, Missel d'Angers, xv[e] siècle, *Z.*

1 b sacrosancti *Andegaven.*

2 c f Les deux vers sont identiquement les mêmes dans le texte manuscrit et les Missels imprimés. Le texte est très probablement corrompu.

3 b insignia praesul gessit *Z.*

4 a Arctus *Z.*

50. IN RECEPTIONE BRACHII S. MAVRICII.

1

Clerus Andegavensium
psallat cum turba civium,
Quod Mauricii brachium
nobis misit Bizantium.

2

Constantinopolitana
civitas, diu profana
manserat,
Et duritia vesana
dogmata sacra Romana
spreverat.

3

Franci fortes accinguntur
Venetis associati ;
Urbem hanc aggrediuntur :
cadunt Graeci superati.

4

Archipraesul Philippensis,
genere Rothomagensis,
Francis opem praebuit,
Et de rebus civitatis,
ob mercedem probitatis,
opes multas habuit.

5

Qui prudenter perscrutatus
res quas erat hic lucratus,
hoc reperto brachio,
Nobis illud destinavit
et nos tanto decoravit
vir largus exenio.

6

Huius ergo causa rei
festum hoc ad laudem Dei,
cum sollemni gaudio,
celebrat haec concio.
Nos hoc festum veneremur,
ducem nostrum deprecemur,
ut virtutem proprii
manifestet brachii.

7

Et nobis utilia
conferat remedia
Quae solent per fortia
exerceri brachia ;

8

Ut sustentet nos cadentes
et defendat impotentes,
Benedicat, amplectatur,
sparsim dona largiatur ;

9

Tandem sua dextera
portet nos in aethera.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 868, Missel d'Angers, xve siècle, *Z.*

1 b turma *Andegaven.*

51. DE SANCTO GATIANO.

1

Frangatur mens vitiosa
ut sit Deo gratiosa
ad promenda gloriosa
Gatiani merita,
Terrena qui non cupivit,
sed mox ut Christum audivit,
loquente cum Eo ivit,
servans Eius monita.

2

Stetit Dominicae coenae
cum caeteris duodenae
turbae, ministrando poenae
officia debita.
Pharisaeorum errorem
vitavitque uvae florem
discipulorumque morem
sequens recta semita,

3

Nusquam territus cessavit
a verbo quod praedicavit;
Turonicis nuntiavit
primus legis credita.
Ventum mundi nec gloriam
quaesivit per memoriam
se ad caeli theoriam
vertens, mente addita.

4

Tristes iuvabat precibus
et mutos loqui vocibus
ac corpora daemonibus
liberavit subdita.
Fecit Deus miraculo
quod Martinus e tumulo
isti oranti sedulo
verba reddat placita.

5

Ista probata narrantur,
quod [quae] ei commendantur
ignota recuperantur,
si fuerint perdita.
Grates referendo ei
postulemus omnes rei,
ut et nos in aula Dei
collocet gratuita.

4 b et multos *Andegaven.* f Martino *Andegaven.* g iste *Andegaven.* mot à mot impossible. h perplacita *Andegaven.* donne une syllabe de trop.
5 b quod ei *Andegaven.* donne une syllabe de moins. Nous ajoutons [quae].

52. DE SANCTA BARBARA.

1

Fons virtutum, O Barbara,
dulcis, mitis, non barbara,
ancillaque Dei Patris,
Supplex Deum pro me ora,
omni die, omni hora,
ne cruciar locis atris.

2

Revera fateris esse
de virgula sancta Iesse,
unde Christus et Maria;
Hoc referunt hystoriae
multiplices et variae
de te, virgo tota pia.

3

Excellenter multum bene
docta es ab Origene
in fidei articulis ;
Hoc prudenter demonstrasti
dum paganos confudisti
theologorum regulis,

4

Res realis fuit ista
quod te Iohannes Baptista
baptizavit sacra unda ;
Post in turrim ascendisti
et idola confregisti
quae vana sunt et immunda.

5

Elevata tunc fuisti
dum latomo praecepisti :
"Fac in turrim tres fenestras."
Per tres doces Trinitatem,
per turremque unitatem
in divinis esse monstras.

6

Ista videns pater fremit,
ensem suum mox exemit,
cupiens te transfodere.
Sub lapide tam vallata
per pastorem accusata ;
pastor perit pro scelere.

7

Epistolam dum legeres
Origenis et cerneres,
tibi Christus apparuit.
Ac si esset nuper natus
demum cruci conclavatus
sicut pati voluit.

8

Haec omnia dum vidisti
evidenter cognovisti
nati pati mysteria ;
Hoc cernendo es armata,
corde, ore praeparata
ad omnia supplicia.

9

Abnegare Christum nolens
Marcianus multum dolens
te posuit in carcere,
Iubens tuum equuleis
corpus tundi cum malleis
atque mammas evellere.

10

Nervis, virgis laniata,
cilicio confricata,
lacerata pectinibus,
Super testas tu es versa
sale, aceto aspersa
et adusta fragminibus.

11

Ducta nuda tu per regnum
super calles, super coenum
atrocius mutilata.
Mox angelus affert byssum
divinitus tibi missum
unde virgo es ornata.

12

Et propter hoc rex tabescit
furit, frendet, modum nescit
dum te, virgo, decollavit.
Et hoc anno ducenteno
septimoque sexageno
virgo caelos evolavit

13

Regi summo in hac vita
impetrasti ut sit ita
nostrae labes relaxentur
Morte mori non subita
confessione habita
viatico recreemur.

14

Ultioneque divina
pater tuus rex maligna
morte non sic cernitur ;
Nam desuper venit ignis
corpus urens sicque cinis
nullo modo panditur.

15

Iesum ora virgo sacra,
pro hac urbe tam praeclara,
ut hanc servet a nocivis
Grana, vina atque loca ;
habitantes vero loca
caelo sursum ubi vivis.

Le Latin de cette Prose est d'une extrême faiblesse ; certaines strophes présentent de véritables solécismes qu'on ne peut pas attribuer à des fautes de texte. Ainsi, strophe 9 : *nolens* du premier vers est évidemment pour *nolentem*. De même strophe 13, tout mot à mot est impossible dans les trois derniers vers, etc. Les fautes de rythmique abondent, ou plutôt toute rythmique est absente. La critique de texte est impuissante en présence d'une pareille pauvreté.

1 b non amara *Cathalaunen.* f crucier *Turonen.*
3 b origine *Turonen.*
6 f periit *Andegaven. Cathalaunen. Eduen. Turonen.*
11 b foenum *Andegaven. Eduen.* scenum (!) *Turonen.* e sibi *Andegaven. Eduen.*
13 c nostrum *Andegaven. Eduen. Turonen.* f via viatico *Andegaven.*
15 c nocuis *Andegaven. Turonen.* d vero grata *Eduen.*

La seconde partie de cette strophe est très corrompue. Nous adoptons le texte du Missel de Châlons-sur-Marne, sauf la correction caelo pour caelum. On lit :

Grana, vina atque loca
conserva ad nostra vota ;
habitantes vero horum
trahe sursum ubi vivis. *Andegaven. Eduen.*

Le Missel de Tours fait un mélange des deux versions et donne un texte absolument incompréhensible :

habitantes vero horum
caelo sursum ubi vivis.

MISSALE SECVNDVM VSVM METROPOLITANAE ECCLESIAE AQVENSIS.

Lugduni, 1527.

1. In Nativitate Domini : in nocte, in Missa de luce, et in maiori Missa; in festivitate S. Stephani; in Natali B. Iohannis apostoli, ad maiorem Missam ; in octava Nativitatis Domini ad maiorem Missam; in die Epiphaniae; et Dominica prima post Epiphaniam, ad maiorem Missam, Sequentia : *Laetabundus exsultet.* K.13 et 28.
2. In die sancto Paschae, feria secunda et tertia : *Victimae Paschali.* K.83.
3. In die Ascensionis : *Rex Omnipotens die hodierna.* K.116.
4. In die sancto Penthecostes, feria secunda et tertia: *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
5. In festivitate Corporis Christi : *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
6. S. Anthonii abbatis : *Anthonius humilis.* 26
7. In Assumptione B. Mariae : *Sanctae Dei Genitricis.* 53
8. In Nativitate S. Mariae : *Nativitas Mariae Virginis.* K.194.
9. S. Hieronymi confessoris et Sanctae Matris Ecclesiae doctoris : *Ave, sacrum lumen clarum.* 54
10. In festo Omnium Sanctorum : *Supernae Matris gaudia.* K.338.
11. In festo S. Barbarae virginis et martyris : *Gaude, Barbara beata.* K.781.
12. De B. Maria ab octava Purificationis usque ad Adventum Domini : *Ave, Virgo virginum.* K.287.
13. In agenda pro mortuis, ad Missam : *Dies irae, dies illa.* K.879.
14. In Missa quinque Plagarum : *Coenam cum discipulis.* K.57.
15. In Missa de dulcissimo nomine Iesu : *Dulcis Iesus Nazarenus.* K.33.
16. In Missa Compassionis, Sabbato post Dominicam in Albis : *Stabat Mater dolorosa.* K.223.
17. In Missa Compassionis sive Lamentationis : *Moestae Parentis Christi.* K.229.
18. In Missa pro mulieribus praegnantibus : *O ancilla Christi.* 55

53. DE ASSVMPTIONE B. MARIAE.

1

Sanctae Dei Genitricis
festiva sollemnia
Qua sanantur peccatricis
morbus et infamia,

2

Nos invitant ad superna
post haec transitoria,
Ut sit nobis coaeterna
cum angelis gloria.

3

Stella maris exaltatur
Super caelos hodie,
Deus-homo mire datur
comes Matri-Filiae.

4

Hac optatum reseratur
nobis limen veniae
Et pax sacra reformatur
cum angelis gloriae.

5

Virga Iesse floruit,
virgo parit virginem,
Pater hunc quem genuit
Deum facit hominem.

6

Sic aeternum, miro modo,
temporali iungitur
Et fractura, sine nodo,
Dei posse suitur.

7

Flos de spina pullulat
rore Sancti Spiritus;
Draco victus ululat,
prole data caelitus.

8

Huius spinae flos fecundus,
ante saecla genitus,
Facit ut salvetur mundus
in maligno positus.

9

Hic est verus Helysaeus
aquas mundans steriles,
Quo vincitur Amorraeus
Ut sanentur humiles.

10

Ferrum lapsum revocatur
natans ad manubrium :
Virgo-Mater exaltatur
assumpta per Filium.

11

Cortex siccus distillavit
in sudore balsamum :
Virginalem subintravit
mire Deus thalamum.

12

Et sic vellus irrigatur,
misso rore caelitus,
Et caelorum reseratur
captivatis aditus.

13

Olla grandis praeparatur
plena coloquintinis;
Mors in olla; vita datur
propter partum Virginis.

14

Sic quod tegit umbra legis
in amaritudine
Virtus pandit nati Regis
ex Maria Virgine.

15

Qui de stella nascitur
iubar veri luminis
Carne nostra tegitur,
solus expers criminis.

16

Humanatus hominem
reducit ad patriam,
Assumendo Virginem
Matrem, nobis praeviam.

17

Haec assumpta nos assumat in caelis cum Filio,
ut antiqua sic assumptis reddatur possessio.

1 c salvatur *Dien.* sanatur *Massilien.* d insignia *Aquen.* insania *Lugdunen.* 1510.

2 a invitat *Aquen. Lugdunen. Massilien.* c Et *Aquen.* ad aeterna *Dien.*

3 b Super omnes caelos *Lugdunen.*, vers faux. c Homo-Deus *Dien.* d Matris *Aquen. Lugdunen.*

4 a Adoptatum *Aquen. Lugdunen.* Nam optatum *Massilien.* b lumen *Aquen. Lugdunen. Massilien.* Le mot *reseratur* appelle *limen.* c sacrae *Dien.*

6 a Hic *Dien.* d sumitur *Aquen. Massilien.*

7 à 15 manquent dans *Lugdunen.*

8 b saecula *Massilien.*, vers faux. c solvetur *Dien.*

11 à 17 manquent dans *Massilien.* On n'a pas compris le parallèle établi entre la naissance du Christ et l'Assomption de Sa Mère qui en est la contre-partie.

12 d captivitatis *Aquen.* Le sens et le rythme exigent captivatis.

13 a reparatur *Aquen.* L'allusion biblique réclame praeparatur; b coloquintidis *Aquen.* La rime exige coloquintinis. Le mot Italien et Espagnol est pourtant coloquintida.

14 a tetigit *Dien.*

15 c regitur *Lugdunen.*

16 b reduxit *Dien.*

17 b sic assumpta *Aquen. Massilien.*

54. DE S. HIERONYMO.

1

Ave, sacrum lumen clarum,
lucidator Scripturarum,
Hieronyme inclyte,
Ianitor Catholicorum,
vitam tenes perfectorum,
O doctor eximie.

2

Linguam Graecam et Hebraeam
tu fulcisti et Caldaeam
caeteraque studia:
(Quicquid in canone scitur
et sic omne quod hauritur)
corda irrigantia,

3

Tu fuisti qui dedisti,
lucidasti et fregisti
divino munere.
Augustinus de te fatur
quidquid latens dubitatur
posse per te solvere.

4

Tu es alter vir Baptista,
virgo, doctor, heremita,
martyr sine sanguine;
Tu leonem sauciatum
qui sanasti humanatum,
sana nos a crimine.

5

Tu purgator vitiorum,
malleatorque haereticorum
tu fuisti optime.
Procul pelle omne malum
dando nobis iubar clarum
in nostro pectore.

6

Iesus Christus totus laetus
ab angelis circumspectus
tibi pergit obviam.
Nunc ergo tuos devotos
recommenda, Iesu, laetos
duc eos ad patriam.

7

Cessent pestes, vadant irae,
cedant fames, et largire
dona sanctimoniae.
Pacem intus, pacem extra,
unitatem nobis praesta
nunc et omni tempore.

Le texte du Missel de Marseille, 1530, dérive de celui d'Aix. Cette Prose offre un assez grand nombre de fautes de versification. Latin très faible.

2 a b Lingua Graeca... Hebraea... Caldea. *Massilien.* L'accusatif est exigé par *fulcisti* et *caeteraque studia.*

3 c vers faux. Il manque une syllabe, d e f Incorrect.

5 b Ce vers a plusieurs syllabes de trop. Faut-il supposer : Malleus haereticorum ? f une syllabe manque.

55. PRO MVLIERIBVS PRAEGNANTIBVS.

1. O ancilla Christi, Maria, Mater Dei,
2. Pauperem exaudi peccatorem, ad te vere suspirantem, ne matrum in utero periclitentur infantuli,
3. Qui propter defectum baptismi, macula irretiti originali, in limbum condescendunt, qui pars est inferni.
4. Maria, itaque miseris succurre puerulis, qui, pro gravi Adae
5. Protoplastorum nebula, visione Dei ibi carent perpetua.
6. O iudicia Dei, abyssus multa ; qui licet sine culpa pereant, non tamen sine causa.
7. Quam igitur perniciosus pomi vetiti Evae fuit morsus, quo mors posteris sic concludebatur.
8. Sed, O quam felix fuit et laetabundus, O Maria, inter te et angelum dialogus, quo vita orbi toti oriebatur.
9. Prae caeteris autem tuus videtur splendescere beatissimus absque dolore partus.
10. Per quem Evae maledictio est soluta, nec minus benedictio mulieribus cunctis est condonata.
11. Ad quem ergo refugient desolatae praegnantes nisi ad te, cunctarum consolatrix, cum lacrymis gementes ?
12. Audi eas, Virgo immaculata, nec parentum aspiciat Unigenitus tuus ad peccata ;
13. Sed parvulorum ululatus clementer exaudi, ne in perenni subiiciantur inferni formidolosa adeo poena.
14. Eos denique post sacri baptismatis undam regeneratos perducere digneris ad aeterna gaudia.

1 Ancilla *Leodien.* Domini *Cenomanen. Virdunen.*
3 descendunt *Aquen.* est pars *Aquen.*
4 gravi adeo *Catalaunen. Cenomanen. Virdunen.*
5 protoplaustorum *Aquen. Aurelianen. Beluacen.*
6 quae *Leodien. Monasterien.*
10 benedictio est *Aquen Aurelianen. Monasterien. Sarisburien.*
11 Ad quam *Catalaunen. Cenomanen. Virdunen.* confugient *Aquen. Sarisburien*
13 a Deo *Cameracen. Catalaunen. Sarisburien.*

MISSALE SECVNDVM ORDINEM LEODIENSEM. Delf. c.1485.

1. In Nativitate Domini: in primo gallicantu, Prosa: *Natus ante saecula.* K.11.
2. „ „ in aurora, Prosa: *Salve, porta perpetuae lucis.* K.249.
3. „ „ in die, Prosa: *Ecce iam votiva festa.* K.16.
4. In die S. Stephani, Prosa: *Unus amor et una concordia.* K.717.
5. De S. Iohanne, Prosa: *Laus, gloria, virtus.* 56
6. In festo SS. Innocentium, Prosa: *Pura Deum laudet.* 57
7. In Circumcisione Domini, Prosa: *Eia recolamus laudibus.* K.10.
8. In die Epiphaniae, Sequentia: *Festa Christi.* K.24.
9. In die sancto Paschae, Sequentia: *Eia, dic nobis, quibus e terris.* K.103.
10. Feria secunda post Pascha, Sequentia: *Altissime Iesu Christe.* K.98.
11. Feria tertia post Pascha, Sequentia: *Sancta cunctis laetitia.* 58.
12. Feria quarta post Pascha, Sequentia: *Laudes Salvatori.* K.81.
13. In octavis Paschae, et Dominicis sequentibus, Prosa: *Victimae Paschali.* [1] K.83.
14. In festo Lanceae et Clavorum Domini, feria sexta post octavas Paschae, Sequentia: *Hodiernae festum lucis.* K.54.
15. In die sancto Ascensionis, Sequentia: *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
16. In die sancto Pentecostes, Sequentia: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
17. Feria secunda post Pentecosten, Sequentia: *Placatus quaesumus.* K.136.
18. Feria tertia post Pentecosten, et in octava Pentecostes, Sequentia: *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
19. Feria quarta post Pentecosten, Sequentia: *Amor Patris et Filii.* K.137.
20. De Sancta Trinitate, Sequentia: *Benedicta semper Sancta.* K.139.
21. De Venerabili Sacramento, Sequentia: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
22. De apostolis, Prosa: *Clare sanctorum senatus.* [2] K.369.

1 Item in die S. Ambrosii episcopi, S. Georgii martyris, S. Marci evangelistae, SS. Philippi et Iacobi, et S. Servatii episcopi.

2 In die S. Thomae apostoli.

3 In die S. Lucae evangelistae.
4 In die S. Hieronymi.
5 Item in Triumpho S. Lamberti.

47. In die sancto Iohannis Baptistae, Sequentia: *Christi Baptista.* 64
48. In die sancto apostolorum Petri et Pauli, Sequentia: *Petre, summe Christi.* K. 394.
49. In Commemoratione S. Pauli, Sequentia: *Doctori gentium.* 65
50. In Visitatione B. Mariae, Sequentia: *Ave, Verbi Dei Parens.* K. 211.
   In Translatione S. Martini, Sequentia: *Sacerdotem Christi.* K. 646.
51. In die S. Mariae Magdalenae, Sequentia: *Mane prima Sabbati.* K. 93.
   In die sancto Iacobi, Sequentia: *Clare sanctorum.* K. 369, vel:
52. *Gaudeat Hispania.* K. 415.
53. Annae viduae, Sequentia: *Mater Matris Domini.* 40
54. In festo Petri ad Vincula, si placet, Sequentia: *Gaude, Roma, caput mundi.* K. 381.
55. In Transfiguratione Domini, Sequentia: *Laetetur hodie.* K. 39.
56. In die S. Laurentii, Sequentia: *Stola iocunditatis.* K. 625.
57. In die sancto Assumptionis B. Mariae Virginis, Sequentia: *A rea virga primae matris.* K. 255.
58. In octava Assumptionis, Sequentia: *Hodiernae lux diei celebris in.* K. 202.
59. In die sancto Bartholomaei, Sequentia: *Eia, Christo cantica.* K. 424.
60. In festo S. Augustini, Sequentia: *Interni festi gaudia.* K. 502.
61. In Decollatione Iohannis Baptistae, Sequentia: *Psallite Regi nostro.* K. 352.
62. Egidii abbatis, Sequentia: *Flos Egidi confessorum.* 66
   In die Nativitatis Mariae, Sequentia: *Ave, mundi spes, Maria.* K. 289, vel:
63. *Ave, praeclara maris stella.* K. 254.
64. Theodardi martyris, Sequentia: *Urbs Legia, laeta plaude.* ... 67
   In Exaltatione Sanctae Crucis, Sequentia: *Laudes Crucis attollamus.* K. 60, vel:
65. *Salve, Crux sancta, arbor.* K. 64.
66. In octava Nativitatis Mariae Virginis, Sequentia ad placitum: *Alle caeleste.* 44
67. In die sancto Lamberti episcopi, Sequentia: *Christi laudem praedicemus.* 68
68. Sancti Materni, Sequentia: *Sion, gaudens flore verno.* 69
   In die sancto Matthaei, Sequentia: *Iocundare, plebs fidelis, cuius pater.* K. 427, vel: *Clare sanctorum senatus.* K. 369.
69. Michaelis archangeli, Sequentia: *Ad celebres, Rex caelice.* K. 168.
70. Dionysii episcopi, Sequentia: *Gaude prole, Graecia.* K. 546.

56. DE S. IOHANNE EVANGELISTA.

1. Laus, gloria, virtus ac gratia, salusque aeterna,
2. Christe, Tua sint atque maneant bona quaeque cuncta.
3. Qui carnem de Virgine assumpseras, integritatis aulam, matrem quoque servaveras incontaminatam ;
4. Iohannem custodieras virginem verbi huius arcana reserare apostolum et evangelistam.
5. Nam nuptiarum hic sponsalia spreverat iam coepta,
6. Dehinc secundo navim, retia, et iura paterna,
7. Cum transmutatae faciei Tuam ipsis angelorum choris reverendam ostendisti gloriam,
8. Et supra pectus Tuum, infra coenam pausans, unde larga, quae sparsurus erat, epotavit mystica ;
9. Et Matrem in Cruce Tuam accepit tuendam,
10. Felix, quem sic volueras, donec advenias, manere ;
11. Qui Pathmos insula exsulaverat.............
12. Dum ei plurima revelaveras inibi mysteria ;
13. Pollebat diu multa operans miracula,
14. Pro quibus, Christe, nostra iubilet melodia :
15. Semper sit laus Tibi summa.

Manuscrit. STONYHURST: Collège des Jésuites, IV, Missel de Liége, 1472, *ST.*

Cette Prose se trouve imprimée dans G. MILCHSACK, *Hymni et Sequentiae, cum compluribus aliis et Latinis et Gallicis, nec non Theotiscis Carminibus, medio aevo compositis.* Halis Saxonum, 1886, p. 15, d'après : "*Sequentie et Hymni per totum annum secundum usum insignis ecclesie Leodiensis.*" Antwerpie, apud Henricum Eckert de Homborch, 1509.

1 et *MILCHSACK.*
6 navi (!) *MILCHSACK.*
11 exulaveras *Leodien. MILCHSACK.* exulaverat *Leodien.* 1523 et 1540. Cela paraît être la vraie leçon. Sept syllabes sont tombées de cette clausule. Milchsack croit qu'elles précédaient *exulaverat ;* nous croyons, au contraire, qu'elles suivaient ce mot. Le parallélisme semble l'indiquer.
15 Tibi laus *Leodien.* c. 1485.

57. DE INNOCENTIBVS.

1. Pura Deum laudet innocentia, innocens Christus Sua quam sacrat infantia.
2. Parvulorum et morte martyrum pretiosa,
3. Quos saevitia Herodis dare neci iusserat,

4. Cum exstinguere nititur illum qui vitam dare advenerat ; natum namque regem audierat ;
5. Quem succedere sibi posse inani pavore formidabat, quia non caeli Regem noverat.

6. Mox invidia accensus et ira fervida, infantes a bimatu et infra
7. Occidi iubet in tota Davidis Bethleem et eius per cuncta confinia.

8. Statim militum pergunt agmina,
9. Et tyrannica complent iussa, mactantes millia innocentum inter dulcia matrum ubera.
10. O impietas, O saeva nimium feritas, O nunquam audita crudelitas.

11. Insontes culpa non est quae noxios faciat crudelitas aliqua, et mortis subeunt discrimina;
12. Christi miranda semper et in istis gratia pro Se passis aeterna quibus est largitus praemia.

13. Ipsi laus sit nunc et in saecula.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1101, Missel de Saint-Amand, xiv[e] siècle, *B.* OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA.* STONYHURST : Collège des Jésuites, IV, Missel de Liége, 1472, *ST.*

Cette Prose se trouve imprimée dans MILCHSACK, *Hymni et Sequentiae*, p. 17

1 laudat *Leodien.* c. 1485.
2 ex morte *B.*
4 Dum *OA. ST. Tornacen.* venerat *OA. B. Leodien. Tornacen. MILCHSACK.* Une syllabe manque au rythme.
7 totam *Leodien.* c. 1485. Bethleem pariter et eius *OA. B. ST. Leodien. Tornacen. MILCHSACK. Pariter* rompt le rythme.
8 Le parallélisme cesse jusqu'à la clausule 11.
9 Ac *OA. B. ST. Leodien.* c. 1485. *Tornacen.* innocentium *Leodien.* c. 1485.
10 O invidia *B.*
11 culpas *B.* faciat aliquos *OA.* crudelitas manque dans *B. ST. Leodien.* 1523, 1540. *Tornacen.*
12 O Christi *OA. B. ST. Leodien.* 1499-1540. *Tornacen. MILCHSACK.*
13 nunc sit et *Tornacen.*

58. FERIA TERTIA POST PASCHA.

1. Sancta cunctis laetitia festa sunt celebranda.

2. En pia luce clarescit Regis aula ;

3. Angelica simul resultat caelitus vox gloriosa,
4. Quod Dominus Iesus surrexit, lege mortis triumphata,

5. Et oracula renitent prophetica fide puriter ventilata ;
6. Quorum meritis pullulans Ecclesia per hoc saeculum est diffusa.

7. Ideoque nostra iubilent pectora, et in aures Domini munera dent pervenire laudum Sibi grata.
8. Cuius ope sumus de domo lutea liberati patriae, et aeterna iam meremur esse digni vita.

9. Ipsum metuit, cum nascitur, pestifera Herodis olim regis aula;
10. Ipsum metuunt, cum moritur, Iudaica resurgere perfida corda.

11. Sed nos quibus illam praebuit gratiam ut esse mereamur simili gloria, profuit credere quod cum Patre creata regit universa.
12. Et tunc, quando nasci voluit, debita et nunc resurgentem veneremur oda, ut Eum iugiter in patria videre queamus aeterna.

13. Aromata feramus ad sepulchrum Eius ubi laudat
14. Hunc gemina Maria luce resurgentem solis orta.

15. Ut voce angelica visus iam mundi gaudeat per saecula.

Manuscrits. LONDRES : Mus. Brit., Reg. 8 C XIII, xiie siècle, *LC*. STONYHURST : Collège des Jésuites, IV, Missel de Liége, 1472, *ST*. BRUXELLES : Bibl. Roy., 18125, Missel de Maastricht, vers 1500, *BC*.

Cette Prose se trouve imprimée dans MILCHSACK, *Hymni et Sequentiae*, p. 17.

2 Et *LC*. clarescet *Leodien*. c. 1485.

3 resultet *ST*. resultet simul *Leodien*. 1499-1540. resultat simul *MILCHSACK*. vox in caelis *LC*.

5 Et hac regula retine (!) *LC*. a regula renitet *ST*. *BC*. *Leodien*. retinet *Leodien*. c. 1485. a regula renident *MILCHSACK*. puniter *LC*. pariter *Leodien*. c. 1485.

7 iubilant *LC*. *Cameracen*. dant *LC*. laudem Sibi gratam *LC*. Tibi *Leodien*. 1499, 1502.

8 Huius *LC*. patria *Leodien*. 1502. aeterna iam mereamur *LC*. non meremur (!) *Leodien*. c. 1485. digni esse *MILCHSACK*.

9 Ipsum timuit *LC*. *Leodien*. c. 1485. *Cameracen*. *MILCHSACK*.

10 metuit *Leodien*. c. 1485. cum moritur metuunt *LC*. surgere *Leodien*. 1523, 1540.

11 illa praebuit gratia *LC*. *Leodien*. illa praebita gratia *MILCHSACK*. Il faut adopter le texte du Missel de Cambrai. ut esse — gloria manque dans *LC*. perfrui credere qua *LC*. Creator *LC*. egit *LC*. *ST*. *BC*. *Cameracen*. La fin de la clausule 11, depuis *quod cum Patre*, manque dans *Leodien*. c. 1485. Il en est de même de presque toute la clausule 12 dont on ne lit que les deux derniers mots.

12 Et nunc *LC*. veneramur *LC*. *ST*. *BC*. *Leodien*. *MILCHSACK*.

13 sepulchra *Leodien*. c. 1485. sibi laude (!) *LC*.

14 Nunc *Cameracen*. lucem *Leodien*. c. 1485. Cum germine Mariae veneremur a solis orta (!) *LC*.

15 Ut manque dans *LC*. Et *ST*. *Leodien*. c. 1485. mundi iam gaudia *LC*.

Cette Prose a un double début et une finale.

59. DE S. BARBARA.

1

Psallat cum laetitia,
vocum consonantia,
die hac Ecclesia.

2

Omnis nostra concio
psallat cum tripudio
ad tanta sollemnia ;
Diem festum agimus,
Barbarae recolimus
sacra natalitia.

3

Haec secundum saeculi
dignitatem, nobili
nascitur prosapia ;
Videns transitoria
quod sit mundi gloria,
haec spernit connubia.

4

Mente Deum concipit,
duas in domo conspicit
fenestras, sed praecipit,
ut iam fiat tertia.
Crucis facit signaculum,
sed erit ad miraculum
hoc omne per saeculum
in domo patria.

5

Planta pura
fit figura,
nova fons iura
sumit, plura
dans aegris remedia.
Virgo deos,
spernens eos,
detestatur ;
iam culpatur
de fenestra tertia.

6

Trinitatem profitetur ;
dolet pater, commovetur ;
evanescit filia ;
Grex pastoris fit locustae ;
capta virgo, caesa fuste,
clauditur in cellula.

7

Iam praesidi praesentatur,
Deum verum protestatur,
verberatur ac damnatur
iam carceris custodia.
Carcer resplendet lumine,
sanat Deus plagas in virgine
absque fine in certamine
haec devovet sculptilia.

8

Isti latus aperitur,
ardens lampas apponitur,
plus punitur,
nam tunditur
caput, truncantur ubera.
Iam nudata agitatur,
Dei stola iam velatur,
decollatur,
deportatur,
ad regna caelestia.

9

Hinc aeterna sint nobis gaudia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Mazarine, 433, Missel de Liége, xv[e] siècle, *B.* STONYHURST : Collège des Jésuites, IV, Missel de Liége, 1472, *ST.* BRUXELLES: Bibl. Roy., 18125, Missel de Maastricht, vers 1500, *BC.*

Cette Prose se trouve imprimée dans *Le Beffroi* (d'après le Missel de Liége de 1486), tom. IV, p. 29, Bruges, 1872, ainsi que dans *MILCHSACK*, *Hymni et Sequentiae*, p. 16.

3 e sint mundi gaudia *Leodien.*

4 a Une syllabe manque à ce vers. h Une syllabe manque à ce vers.

5 Cette strophe est corrompue, et il nous est impossible de la rétablir.

5 c donne une syllabe de trop. d sinit *Leodien.* c. 1485. sumit iura *Leodien.* 1523-1540. h protestatur *BC.*

7 a Nam *Leodien.* b verum Deum *ST. BC. Leodien.* 1486. MILCHSACK. c arta damnatur (!) *ST. BC. Leodien.* c.1485-1540. h denovet MILCHSACK. supplicia *BC.* La fin de cette strophe est corrompue.

8 a Eius *Leodien.* 1523-1540. d iam *BC.* tonditur *ST. Leodien.* 1502-1523. MILCHSACK. f Nam *Leodien.* 1502-1540. h decollata *ST. Leodien.* 1486.

60. DE SANCTA AGATHA.

1

Exsultemus, gaudeamus,
concordi laetitia,
Victor Sponsus collaudetur
in sponsae victoria,

2

Cuius cruce
nova luce
mundi nitent climata,
Cuius dono
de maligno
triumphavit Agatha.

3

Expers sordis
et immunis
ab omni lascivia,
Tuo recens
vultu decens
nitet pudicitia.

4

O quam beata
cui fuit in agone
virtus Christi socia;
Per quam triumphans
ad caelorum sublimatur
excelsa fastigia.

5

Erat in eius animo
stabilis constantia,
et adversa sufferebat
multa patientia.
Furit in eius corpore
iudicis vesania;
tamen in tormentis, Christi
levatur clementia.

6

Deos spernit et deorum
ridet sacrificia;
saevitiam impiorum
mente calcat non soluta.
Mammam tradit in tormentis,
dat maxillam alapis,
et corporis spernens poenas,
fide vicit omnes una.

7

O beata quam ad portum,
quam ad lucis duxit ortum
Christus in custodia;
Carcer micat nova luce
et curatur Christo duce
in Petri praesentia.

8

Dum oraret, nec in vanum,
ecce quidam profert manum
ad eius praesidia;
Statim salus datur grata,
cedunt umbrae, luce data,
luctum mutant gaudia.

9

Ex ipsius tumba manat
sanitatis copia
Quae furentes sedat rogos
per eius suffragia.

10

Nos qui sumus in hoc calle
lacrymarum in convalle
perpessi naufragia,
Gloriosa sponsa Christi
quae iam Sponso placuisti,
duc ad pacis gaudia.

11

Ipsam nobis mansionem
impetres a Domino
prece pia
Ad quam ducit omnes pios
post mortis excidium
vitae via.

12

Tuum festum celebrantes
gaudeant per saecula,
Et coronet eos Christus
post vitae curricula.

Manuscrit. STONYHURST : Collège des Jésuites, IV, Missel de Liége, 1472, *ST.*

Cette Prose a été imprimée par *MILCHSACK*, Hymni et Sequentiae, p. 20. Les strophes y sont mal distribuées.

1 d Sponsi *ST.*

3 b et manque dans *Leodien.* c. 1485.

4 b fit *Leodien.* c. 1485. d quem *Leodien.* c. 1485. e sublimatur ad caelorum *ST.*

5 f insania *Leodien.* c. 1485. g cum in tormentis *Leodien.* c. 1485. h levatur Christi *ST. Leodien.* 1499-1540. sed Christi clementia *Leodien.* c. 1485.

6 a sprevit *ST. Leodien.* c d *MILCHSACK* a cru devoir modifier entièrement cette clausule rythmique. Il imprime :

Mente calcat impiorum
non soluta saevitiam

C'est une erreur. Le texte des Missels doit être conservé. Le parallélisme en effet ne doit pas exister avec 6 ab mais avec 6 gh. Il est parfait.

7 b tam ad *Leodien. MILCHSACK. Tam* n'offre aucun sens; il faut rétablir *quam.*

8 a nec inanum (!) *MILCHSACK.* f metum *ST. Leodien.* 1499-1540. *MILCHSACK.* Le mot *gaudia* appelle le mot *luctum* donné par *Leodien.* c. 1485.

10 a in hac valle *Leodien.* c. 1485. *MILCHSACK.* c suffragia *Leodien.* 1499-1540 amené par la clausule précédente.

11 d ducat *ST.* duce *Leodien.* 1502-1540

61. DE S. MENGOLDO.

1

Chorus iste iocundetur
et Mengoldus commendetur
sollemni melodia ;
Quem Hoyum veneratur,
cuius sacri decoratur
corporis custodia.

2

Filius regis Anglorum
fuit, et victor bellorum
ab adolescentia,
Ubi plures interfecit :
unde Christo satisfecit
dira poenitentia ;

3

Illicitos actus luxit,
angelicam vitam duxit,
tritus abstinentia ;
Mundus illi displicebat,
in quo mundi clarescebat
cordis innocentia.

4

In Hoyo decollatur,
claris signis revelatur
eius sanctimonia ;
Per hunc caecis visus datur,
claudis gressus reparatur,
fugantur daemonia,

5

Angelorum dulce melos
auditur, dum intrat caelos,
cum palmae victoria.
Amen dicat iste chorus,
ut corona sit decorus
in caelesti patria.

6

Chorus iste dicat Amen,
ut iocundum post examen
decantet Alleluia
in gloria.

5 c Le texte porte : *cum palma victoriae*. Toutes les demi-strophes de cette Prose étant terminées en ia, la correction : *cum palmae victoria* est nécessaire.
5 e et *Leodien.* 1502-1540.
6 c d Ne faut-il pas lire : decantet in gloria : Alleluia. La finale ainsi modifiée serait plus régulière.

62. DE S. LAMBERTO.

1

Laetabunda laus beato
detur martyri Lamberto
cum mera symphonia.
Illi merces est perennis
Angelorum lux sollennis
et dulcis armonia.

2

Hunc moribus Deo dignis
divinus replevit ignis
ab adolescentia ;
Miris quoque fulsit signis,
sanctitate vir insignis
et virtutum gratia.

3

Taxandriam illustravit,
idolorum quam mundavit
ab omni spurcitia,
Et Landradam tumulavit,
quam translatam revelavit
Divina Potentia.

4

Detestans adulterium
praesul subit martyrium,
orans in ecclesia ;
Sic ad aram immolatur,
sic cruore consecratur
grata sibi Legia,

5

In qua concessa caelitus
Lambertus, martyr inclytus,
ostendit miracula ;
Cuius suffulti precibus
iungamur caeli civibus,
felices per saecula.

6

Amen dicat chorus iste,
semper psallat Tibi, Christe,
iocundus in patria.
Amen dicat plebs devota,
et collaudet mente tota
tanti patris merita.

Manuscrits. STONYHURST : Collège des Jésuites, IV, Missel de Liége, 1472, *ST.* BRUXELLES : Bibl. Roy., 3782, Missel, xve-xvie siècle, *BB.*

Cette Prose se trouve imprimée dans MILCHSACK. *Hymni et Sequentiae* p. 25, et dans ROTH, *Lateinische Hymnen des Mittelalters*, p. 132.

1 c vera *BB. Leodien.* c. 1485 et 1502.
3 a Taxandrinam *Leodien.* c. 1485. Tarandriam *ROTH.*
5 d suffultu (!) *ROTH.* e iunguntur *Leodien.* c. 1485.
6 e collaudat (!) *ROTH.*

63. DE S. DOMITIANO.

1

Confessorum Regi Christo
grex iustorum die isto
laudum det praeconia ;
Domitorem vitiorum,
domus civem supernorum
celebret Ecclesia.

2

Qui Gallorum doctor sanus
dictus est Domitianus
mundi domans vitia,
Clara stirpe procreatus,
vita, fide decoratus,
Christi fulsit gratia ;

3

Ad honorem praesulatus
est Traiecto postulatus,
functus sacerdotio ;
Terram lustrat vir insignis,
gentem salvat, splendet signis,
novae lucis radio.

4

Turbam pascit egenorum,
pius pater orphanorum,
probatus per omnia ;
Deo preces offert iuges,
fundit imbres, confert fruges,
vitae victualia..

5

Ex virtute Deitatis
reddit tutae sanitatis
languidis remedia ;
Visitans Aurelianum
perversorem, dogma vanum
depulit a patria.

6

Emendatos Christianos,
confirmatos, fide sanos
durat ex perfidia ;
Horum mundum disciplina
docens replet et divina
spiritus clementia.

7

Anguem fugat venenatum,
vulnus sanat vulneratum
daemonis astutia,
Fontem facit salutarem,
laudem fugit saecularem,
humilis constantia.

8

Servus prudens et fidelis
consolatus est de caelis
Dei providentia ;
Pane vivo confortatus,
carne liber est translatus
ad sanctorum gaudia.

9

Corpus digne tumulatur,
salus aegris reparatur
peste pressis varia.
Hic in cunctis clemens, bonus
pastor gregis et patronus
colitur cum gloria.

10

Sancte praesul et confessor,
haeres Christi et consessor,
sis pro nobis intercessor
ad aures clementiae ;
Plebis decus Christianae,
nostra spes, Domitiane,
fac nos vitae pasci pane
cum colonis gloriae.

Le P. CH. CAHIER dans son ouvrage sur les *Caractéristiques des Saints dans l'Art populaire*, p. 318, en note, cite quelques vers de cette Prose, d'après le Missel de Liége, imprimé en 1499. Ce sont st. 3 **a b c**; st. 5 **d e f**; 7 **a b**.

5 **d** Visitat *CAHIER*. **e** perversorum *CAHIER*.
10 **b** confessor *Leodien.* faute d'impression amenée par le dernier mot du vers précédent.

64. DE S. IOHANNE BAPTISTA.

1. Christi Baptista permaxima mundi dona
2. Natali suo accumulat gaudiis celebranda.
3. Sterilem matrem reddens fecundam,
4. Patris et linguae solvens vincula;
5. Sanctorum merita et superorum cuncta
6. Qui solus indicat nomine et gratia.
7. Quem nondum viscera materna profuderant
8. Et Christum in aula materna praesenserat;
9. Archangelus, angelus, patriarcha,
10. Vates, propheta, ac plus quam propheta;
11. Vox, index et praeco, sacerdos, praecursor et baptista,
12. Necnon apostolus, eremi cultor, anachoreta;
13. Sponsi ad gaudia collaetabundus amicus, vota votis ingeminans pia,
14. Evangelistaque, virgo, confessor et paranimphus, ardens lucensque lucerna,
15. Et virtutum schola, sanctitatisque forma,
16. Poenitentum via, peccatorum venia;
17. Ideoque voce maior e Dominica
18. Stirpe progenitus exstat de feminea,
19. Iohannes auctus in cuncta.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat. 833, porté par erreur au Catalogue comme Missel de Paris, xiie siècle, *A*. STONYHURST : Collège des Jésuites, IV, Missel de Liége, 1472, *ST*. BRUXELLES : Bibl. Roy., 18125, Missel de Maastricht, vers 1500, *BC*.

Cette pièce est imprimée dans MILCHSACK, *Hymni et Sequentiae*, p. 18.

5 supernorum *ST. Cameracen. Leodien. MILCHSACK.*
8 praesenserant *A*.
10 Les textes portent *atque* qui fait une syllabe de trop.
11 iudex *MILCHSACK*.
12 cultor et *ST*. eremique *A. ST. BC. Leodien.* eremi quod cultor *MILCHSACK*.
16 Poenitentium *BC. Leodien.* 1502-1540.
17 maior ex *A. BC.* maior de *ST.* maiore *Cameracen.* maior est *MILCHSACK.*

65. DE S. PAVLO APOSTOLO.

1

Doctori gentium
gentes applaudite,
votaque mentium
voce depromite.
Pastori gregibus
curam impendere,
pastorem ovibus
incumbit colere.

2

Electum vasculum,
honoris ferculum,
timoris vacuum
iure percolitis,
qui veri quaeritis
fontis irriguum.
Exempli gratiam,
laudis materiam,
in hoc exsilio
confert et gaudium
doctoris gentium
sacra conversio.

3

Rapax mane,
sero munificus,
non inane,
Beniamin typicus,
tulit auspicium.
Parit mater
doloris filium,
vocat pater
dextrae suffragium,
doctus mysterium.

4

Quod Saulus rapuit
Paulus distribuit,
Divisit spolia
legis in gratia.

5

Quem Annas statuit
ducem malitiae
Christus exhibuit
ministrum gratiae,

6

Dum vacat caedibus
caecatus corruit ;
Lapsa de nubibus
vox eum arguit :

7

" Cur Me persequeris,
Saule, nec sequeris ?
Cur in aculeum
vertis calcaneum ?

8

Cum Me persequeris
praestare crederis
Mihi obsequium,
In Meis fratribus,
cruentis manibus,
versando gladium ?

9

Excessit littera,
cesserunt vetera :
praeconem gratiae
Te nunc constituo ;
surge continuo ;
locum do veniae. "

10

O plena gratia,
de cuius cumulo
Arenti copia
redundat saeculo.

11

Felix vocatio,
non propter meritum,
Larga donatio,
sed praeter debitum !

12

Per aquae medium,
per ignem, spiritus
Ad refrigerium
transit divinitus.

13

Mutato nomine
mutatur moribus,
Secundus ordine,
primus laboribus.

14
Par est Apostolis
vocatis primitus,
Praeest epistolis
vocatus caelitus.

15
Ter virgis caeditur,
semel lapidibus,
Ter mari mergitur
nec perit fluctibus.

16
Ad caelum tertium
raptus in Spiritu,
Dei mysterium
mentis intuitu
intuetur nec loquitur,
quia nec loqui sinitur.
O pastor inclyte,
pastorum gloria,
felici tramite
tua ovilia
deduc, perduc, constitue
perennis loco pascuae.

Manuscrits. STONYHURST : Collège des Jésuites, IV, Missel de Liége, 1472, *ST.* BRUXELLES : Bibl. Roy., 18125, Missel de Maastricht, vers 1500, *BC.*

Cette Prose est imprimée dans MILCHSACK, *Hymni et Sequentiae*, p.19.

1 a Victori *MILCHSACK.* Cette variante doit disparaître. S. Paul est l'apôtre des Gentils; il faut lui conserver son titre.
2 c tumoris *BC. Leodien.* 1499-1540. *MILCHSACK.* d praecolitis *ST.*
4 d legit *ST. Leodien.* 1499. gloria *BC.*
5 b militiae *Leodien.* 1499.
8 a Dum *MILCHSACK.*
14 c apostolis *ST. Leodien.* 1499 et 1523. *MILCHSACK.* Répétition d'un mot qui se lit deux vers plus haut.
16 m perenni *BC.*

66. DE SANCTO EGIDIO.

1

Flos, Egidi, confessorum,
clemens tibi devotorum
acceptes obsequia ;
Quem illustri stirpe natum
vere clamant illustratum
virtutum praeconia.

2

Tu discentis
rudimentis
doctores aequiparas ;
Tu per vestem
sedas pestem,
pro Christo te pauperas.

3

A serpente saucium
sanas arrepticium
mundans in ecclesia ;
Naufragantes liberas,
dum famae deliberas
vitare suffragia.

4

Hospitatus Arelatae
natam reples sospitate,
domum matris gaudio ;
Terram fetas infecundam,
morbis curam dans fecundam,
iunctus Veredimio.

5

Cuius lacte vivis solitarie
Cervam canum eruis iniuriae.

6

Gaudens molestia,
oras pro venia
te vulnerantium.
Crucis potentia
de crucis curia
fugas daemonium.

7

Tu Francorum crimen regis
Dei scriptum manu legis,
et reformas gratiae.
Tu defunctum das viventem,
tuae praescis imminentem
iacturam ecclesiae.

8

Tu cypressina ostia
sola ducis per maria;
das contracto remedia.
Tuum prophetas obitum,
chorus resultat caelitum
dum ad caelum das spiritum.

9

Vita frui te beata
probat virtus frequentata,
In qua tecum nos locari
supplicamus te precari.

Cette Prose a été imprimée d'après le Missel de Liége, édition de 1502, dans E. Rembry, *Saint Gilles, sa vie, ses reliques, son culte.* Bruges, 1882, tom. II, p. 482.

2 a dicentis *Leodien.*
3 c mundas *Leodien.* 1502. *Colonien.* 1520. d naufragia *Colonien.* 1520.
4 b hospitate *Leodien.* c.1485. e das *Leodien.* 1502-1540. *Colonien.* 1520.
5 b eripis *Colonien.* 1520.
6 a Gaudes molestiis *Colonien.* 1520. b vitiis *Colonien.* 1520.
7 c tu reformas veniae *Leodien.* La proximité du mot *venia* (6 b) nous fait préférer la leçon du Missel de Cologne. d preci (!) *Colonien.* 1520.
8 b nautas ducis *Colonien.* 1520. c dans *Leodien.* d Tu *Leodien.* e caelicum. *Leodien.* f caelos *Colonien.* 1520.
9 b virtus probat *Colonien.* 1520. d deprecari *Leodien.*

67. DE SANCTO THEODARDO.

1

Urbs Legia, laeta plaude,
lauda virum dignum laude,
sanctum ab infantia,
Laudabilem Theodardum,
superantem thus et nardum
virtutum fragrantia.

2

Nobili stirpe claruit,
sed clarior apparuit
moribus, scientia;
Mores pravos exstirpavit,
praesul factus, gregem pavit
omni diligentia.

3

Dum arguit transgressores
quosdam viros, invasores
bonorum Ecclesiae,
Tunc ad regem properantem
insequuntur, iam intrantem
silvam Elizatiae.

4

Mox ab illis sicariis
plagis conscissus variis,
innocens occiditur.
Sic sanguine laureatus,
Paradisi vir beatus
ianuam ingreditur.

5

Ad tumbam huius sepulti
aegri liberantur multi
a morbi molestia;
Huius interventu precum,
nos perducat Christus Secum
ad regna caelestia.

6

Amen dicat omnis homo
ut cantet in caeli domo
iocundum Alleluia.

Manuscrit. STONYHURST : Collège des Jésuites, IV, Missel de Liége, 1472, *ST.*

Le P. CH. CAHIER, *Caractéristiques des Saints*, p. 365, cite la strophe 3, et les trois premiers vers de la strophe 4, d'après le Missel de Liége de 1486. Le tout est imprimé dans MILCHSACK, *Hymni et Sequentiae*, p. 21.

3 f Elisaiae *Leodien.* 1499. Elizantiae *Leodien.*
4 b conscisus *ST. Leodien.* concisus *Leodien.* 1502-1540. *MILCHSACK.*
6 b in caelesti *Leodien.* 1499-1540. *MILCHSACK.*

68. DE SANCTO LAMBERTO.

1

Christi laudem praedicemus,
Christi quidem qui gaudemus
insigniri nomine ;
Felix nomen, felix omen
illi cedit qui se credit
dignum hoc cognomine.

2

Hoc Lambertus consecrari
et se studens decorari
sub annis infantiae,
Christi iugo se subiecit
mundi fastum a se iecit
donis pollens gratiae.

3

Signa multi dans provectus
arbor ista germinat,
cuius odor longe vectus
mundo se disseminat.
Hic in sancta sublimatur
sede Traiectensium
et optatum plene datur
populo praesidium.

4

Hunc a sede cathedrali
pellit hostis invidus,
valde fremens quod a tali
salvus fiat languidus.
Monachorum subit aedem
praesul Deo deditus,
post in primam redit sedem
suo iuri redditus.

5

Sed confracta dum relocat
et dispersa dum revocat
ad ovile Domini,
Scelus ingens et enorme
videt obstans Christi normae
et excelso nomini.

6

Nam Pippinus, dux Francorum,
qui legalem fugit thorum,
fractor legum, spretor morum,
adhaeret adulterae.
Preces fundit et frequenter
instat praesul, et patenter
illum monet, et clementer
vult eum inducere

7

Ut contempto nexu tali
et amota causa mali,
sub amplexu coniugali
motus carnis dirigat,
Ut perversum mutet morem,
caste vivens, et uxorem,
(cedit enim ad honorem),
non incestam diligat.

8

Alpaydis, his acceptis,
flagrescit medullitus;
non aspirat suis coeptis
dator pacis spiritus.
Verbis usa venenatis
Dodonem aggreditur
illum urget, arctat satis;
sic sanctus perimitur.

9

Hinc hostia salutaris
immolatur, et in aris
sacer sanguis funditur,
Sed redemptor protoplausti
vespertini holocausti
odore reficitur.

10

Vervex pelle rubricata
super nivem dealbata
tegens tabernaculum,
Passione rubricatum,
castitate candidatum,
gessit habitaculum.

11

Qui torcular sic calcavit
et qui vestem dealbavit
Agni veri sanguine,
A peccatis absolutos
caelo iungat et ablutos
nos reddat a crimine.

Manuscrits. PARIS, Bibl. Mazarine, 433, Missel de Liége, XV[e] siècle, *B.* STONYHURST : Collège des Jésuites, IV, Missel de Liége, 1472. *ST.* BRUXELLES : Bibl. Roy., 18125, Missel de Maastricht, vers 1500. Le Père C. CAHIER, *Caractéristiques des Saints*, p.498, en note, cite d'après le Missel de Liége de 1499, quelques strophes de cette Prose qui se trouve en entier dans MILCHSACK, *Hymni et Sequentiae*, p.22.

2 c ab *BC.*

3 a multis *B. Leodien.* 1502-1540. profectus *B. ST. BC. Leodien.* 1523-1540. *MILCHSACK.* d discriminat *B. ST. Colonien.* 1520. disterminat *Leodien. MILCHSACK.* e Sic *Tornacen.*

4 a chatedrali *MILCHSACK.* d fiat salvus *BC.*

5 e vidit *B. Leodien. MILCHSACK.* obstat *BC.*

6 a rex *Leodien.* 1502. *Tornacen.*

7 e Et *B. ST.* f vivat *MILCHSACK.*

8 a At Alpais *Leodien.* 1499. Et Alpais *Leodien.* 1523. Et alapis acceptis *Leodien.* 1502. *MILCHSACK.* Et alapis his acceptis *Leodien.* 1540. Bien étrange variante. c votis *Colonien.* 1520, contraire à la rime. f Dodo rem *MILCHSACK.*

9 a Sic *B. Leodien. MILCHSACK.* Huic *Tornacen.* d protoplasti *BC. MILCHSACK.* Cette variante est une correction qui doit être rejetée à cause de la rime. L'auteur a évidemment employé (à tort) *protoplausti.*

69. DE SANCTO MATERNO.

1

Sion, gaudens flore verno,
flore vernans in aeterno,
laeta psallat hodie ;
Sertum vitae dum Materno
coetu confert in superno
caelestis militiae.

2

Viris tribus charitatis
in amplexu copulatis,
fidenter in Galliam
A beato destinatis
Petro, fide Trinitatis
implent et Germaniam.

3

Instant dum officio
tollitur de medio
citius Maternus ;
Romam cum Euchario
reverso Valerio,
planctus fit fraternus.

4

Redeuntes ad humatum
corpus, Petri sibi datum
superponunt baculum
Et diebus vita functum
quaterdenis, sibi iunctum
vivum gaudent socium.

5

In salutem populorum
fit profectus Treverorum
ac Coloniensium
Clarae gentis et Tungrorum
archipraesul, norma morum
factus est et speculum.

6

Mira res, pro singulo
quietis in tumulo
die, sibi datur
Annus in officio
laboris ab otio
postquam suscitatur.

7

Cursu tandem adimpleto,
dies claudit fine laeto
sed, cum sub certamine
Hinc et inde repetatur
corpus, quibus conferatur
probatur in flumine.

8

O res mira, contra cursum
Rheni, corpus tendens sursum
miliaris spatium
Signo monstrat in aperto
locum petat quod pro certo
urbem Treverensium.

9

Tungros ergo quos corpore
privas, precatus, munere
pater fove,
Ut ceteris cum filiis
Ierusalem in liliis
vernent novae.

10

Eia, pater, in amplexu
requiescens firmo nexu
Rachelis in patria,
Nos, solutos nexu Liae,
tecum frui vero die,
prece fac in gloria.

Manuscrits. STONYHURST : Collège des Jésuites, IV, Missel de Liége, 1472, *ST.* BRUXELLES : Bibl. Roy., 3782, Missel, xve-xvie siècle, *BB.* Le Père Ch. CAHIER, *Caractéristiques des Saints*, p. 300, en note, cite d'après le Missel de Liége imprimé en 1499, quelques strophes de cette Prose qui se trouve en entier dans MILCHSACK, *Hymni et Sequentiae*, p. 23.

1 d in Materno *ST. BB. Leodien.* 1502-1540. *MILCHSACK.* e coetum *BB. Leodien.* 1502-1540. profert *ST.*

2 f implevit et *ST. Leodien.* 1499, 1502. La construction grammaticale de cette strophe laisse fort à désirer.

4 d ita *MILCHSACK.* f *gaudere* gouvernant l'accusatif produit un singulier effet.

4, 5 Les rimes *baculum* et *socium*, *Coloniensium* et *speculum* semblent indiquer une interversion.

5 b profectum *ST. BB. Leodien.* 1502-1540. provectus *MILCHSACK.* f es *ST.*

6 e in otio *ST.*

8 b tendit *Leodien.* 1502-1540. *MILCHSACK* e loco *ST. BB. Leodien.* 1502-1540. petatque (!) *MILCHSACK.*

9 a Tongris *ST. Leodien.* 1502. *MILCHSACK.* d Et *Leodien.* 1502-1540. *MILCHSACK.* Et ceteros cum filios *ST.* e cum liliis *ST.* f vernant *ST.*

10 f pacem fac *MILCHSACK.*

70. DE S. ODA.

1

Spiritalis turma plaude,
Odam lauda iugi laude,
celebri melodia;
Ancilla Christi fidelis
Oda praemisit in caelis
opes et allodia.

2

Haec de mundi primoribus
orta, ditavit moribus
nobile coniugium;
Flagrans igne charitatis,
viduata castitatis
elegit fastigium.

3

Eius mentem non turbavit
nec ad lapsum inclinavit
rerum affluentia,
Quam demonstrabat macies
et angelica facies
tinctam abstinentia.

4

Conculcavit mundi florem,
eius sprevit et livorem,
quaerens caeli gaudia;
Odam Christus concupivit
illi namque deservivit
inaurata fimbria;

5

Amanium decoravit,
ubi casta militavit
Christo totis viribus;
Illic Oda sepelitur
atque claris insignitur
signis et virtutibus.

6

Haec virago generosa,
Paradisi vernans rosa,
fulget in caelestibus;
Et cum Christo gloriatur,
quae nos suis tueatur
meritis et precibus.

7

Amen dicat iste chorus,
ut cum Oda sit decorus,
in caelesti patria;
Chorus iste dicat Amen,
ut cum Oda, post examen,
decantet Alleluia.

Manuscrit. BRUXELLES: Bibl. Roy., 3782, Missel, xve-xvie siècles, *BB.*

5 a Emanium *BB. Leodien.* 1502.

71. DE SANCTO RVMOLDO.

1

Iubilemus salutari
nostro Christo, voto pari
pro sancti memoria,
Quem decorat sanguis fusus
et virtutum frequens usus
cum caelesti gloria.

2

O Rumolde, martyr sancte,
aurem praebe laudi tantae
servis patrocinia,
Qui liquisti facultates
et regales dignitates
paupertatis gratia.

3

Iustis fetum desperatis
a te verbis veritatis
  filius promittitur ;
Idem natum baptizasti
quem post mortem revocasti
  flumine dum mergitur.

4

Manum diu dissolutam
mulieris restitutam
  tuo scimus munere.
Miles pene suffocatus
turba daemonum stipatus
  per te cepit vivere.

5

Capta tristis dum causatur,
frigus nescit, sed velatur
  veste nundum habita ;
Non est leve declarare
quos et quantos decorare
  solent tua merita.

6

Ergo consors angelorum
sis patronus servulorum
  in Christi praesentia,
Et adiutos tua prece
muni a perenni nece
  impetrata venia.

Manuscrits. STONYHURST : Collège des Jésuites, IV, Missel de Liége, 1472, *ST.* BRUXELLES : Bibl. Roy., 3782, Missel, xve-xvie siècles, *BB.* MALINES : Missel appartenant au Rév. W. van Caster, xve-xvie siècles, *MA.* UTRECHT : Musée archiépiscopal, Missel, vers 1510, *UA.*

1 b nostro Deo *MA.* patri pari *UA.* c in Rumoldi gloria *MA.* f gratia *MA.*

2 Entre les strophes 1 et 2, on lit dans *MA :*

2

Qui regali stirpe natus
et ad regnum evocatus
  dereliquit omnia.
Mundi fastum a se iecit,
paupertatem praeelegit,
  spernens transitoria.

3

Ad honorem praesulatus
est Dublinae *postulatus,*
  functus sacerdotio ;
Terram lustrat vir insignis,
gentes salvat, splendet signis,
  decoratus Angelo.

4

Ex virtute Deitatis
reddit tutae sanitatis
  languidis remedia ;
Deo preces offert iuges,
fundit imbres, confert fruges,
  vitae victualia.

5

Quid loquamur quae cernuntur ?
per se satis eloquuntur
  ubique miracula.
Daemon cedit, mors obedit,
desperatis salus redit,
  fugit leprae macula.

6

Quem hic pagus *veneratur,*
cuius sacri decoratur
  corporis custodia,
Miris ille fulget signis,
sanctitate vir insignis
  et virtutum gratia.

Deux de ces strophes (3 et 4) sont empruntées à la Prose de S. Domitien, cf n° 63; les trois premiers vers d'une autre (6) viennent de la Prose de

S. Mengold, cf n° 61. La rime *iecit* et *praeelegit* de la strophe 2 trahit d'ailleurs une interpolation. Nous rejetons le tout.

2 b aures *UA*.
3 a fetu *ST. BB. Leodien.*
4 e curatus *ST. BB. Leodien.* f cessit *MA*.
5 b noscit *BB. Leodien.* 1502-1540. e quod et quantas *MA*.
5 Entre les strophes 5 et 6, on lit encore dans *MA* :

6

Tu, constructo Dei templo,
verbo doces et exemplo,
coruscas miraculis;
Turba credit, error cedit,
fides crescit et clarescit
nomen tanti praesulis.

7

Detestatus adulterium
praesul subiit martyrium
a duobus sicariis
Qui Rumoldum occiderunt
et occisum demerserunt
corpus sancti martyris.

8

Super corpus iam in aquis
oritur de nocte ignis
fulgens lucis radiis;
Fuit quasi Patris verbum
de caelo dicens ad Rumoldum
Tu es meus filius;

9

Tu nunc es meus dilectus,
es electus et acceptus,
in te mihi complacui;
Per te gentes salvabuntur,
multi morbi curabuntur
meritorum intuitu.

10

O Rumolde, gregem istum
apud verum Regem Christum
pie reconcilia,
Ut valeant obtinere
et obtenta possidere
sanctitatis gaudia.

Ces strophes aussi doivent être rejetées. La sixième est d'Adam de Saint-Victor (Prose de S. Denys). La huitième où *radiis* correspond à *filius*, la neuvième où *complacui* alterne avec *intuitu*, dénotent chez l'auteur une ignorance complète des règles rythmiques. Les strophes du Missel de Liége au contraire sont bien rythmées.

6 d adiutor *MA*.

72. DE SS. SIMONE ET IVDA.

1

Hac in die
laetetur
chorus fidelis
Alleluia
Qua cum Iuda
sit Simon
adiunctus caelis,
res miranda.

2

Simon fidem docuit
quae per orbem splenduit
quasi *stella;*
Iudas hanc asseruit
et per ipsum patuit
semper clara.

3

Arfaxat et Zaroes
suas monstrant haereses
pari forma.
Nostra nec credulitas
horum per versutias
fit corrupta.

4

Zerses rex convertitur,
illi dum discernitur
fides *nostra ;*
Ad baptismum curritur,
populus abluitur,
fide *sumpta.*

5

Licet Magis patuit
quod fides praevaluit,
nunquam tamen defuit
his mens *coeca.*
Furor illos incitat
ac uterque cursitat,
incredulis recitat
haec praedicta.

6

Dicens : Tu *propera,*
ut non lex altera
iam te praevertat *gens misera ;*
Nova fert littera
quae regit aethera
quod hunc *genuit puerpera.*

Manuscrits. HAARLEM : Bibl. de la Ville, Graduel du Saint-Sépulcre, xve siècle, *HA.* Imitation du *Laetabundus.*

1 c fidelis chorus *BB. Leodien.* détruit la rime.
2 d O Iudas *BB. Leodien.* 1502.
3 b ostendunt *BB. Leodien.* donne une syllabe de trop.
4 a Xerxes *Leodien.* 1502. Xerses *BB. Leodien.* 1523-1540.
5 a placuit *HA.* c desinit *Leodien.* réminiscence malheureuse du *Laetabundus ;* elle détruit la rime. d his martyres (!) *HA.* f ut uterque *HA.* g resecat *Leodien.* 1502. h praeclara *BB. Leodien.*
6 a Impropera *BB. Leodien.* c pervertat *BB. Leodien.*

73. DE S. HVBERTO.

1

Gratuletur chorus iste
sitque procul omne triste
ab isto collegio ;
Die sanctus hodierna
transmigravit ad superna
Hubertus cum gaudio.

2

Comes erat Palatinus,
cum crudelis Ebroinus
opprimebat Franciam ;
Illam prorsus deseruit
quia ferre non potuit
tyranni malitiam.

3

Ad Lambertum hic perrexit,
postquam mores intellexit
ipsius et merita ;
Hunc Lambertus instruebat,
hic instructus adimplebat
sui patris monita.

4

Mundi fastum detestatur,
Christi legem amplexatur
toto desiderio ;
Militarem rem abiecit
atque totum se subiecit
Lamberti consilio.

5

Post haec Romam est profectus,
in doctrinis iam provectus
Lamberti solertia ;
Apostolos visitavit,
quibus suos mancipavit
actus et officia.

6

Tunc Lamberti magnifici
mortem summo pontifici
angelus aperuit
Qui divino miraculo
cum pastorali baculo
eidem apparuit.

7

Mox defuncto subrogatur
et in eius collocatur
Hubertus regimine;
Sic Tungrorum plebem rexit,
a luporum hanc protexit
mordaci voragine.

8

Mortem sciens adventuram
praeelegit sepulturam
in Petri basilica;
Dum animam exsufflabat,
sese Deo commendabat
sacra canens cantica.

9

Carlamanno fuit curae
extra locum sepulturae
Hubertum eximere;
Hunc in altum sublimavit
et regali praeditavit
locum illum munere.

10

O Huberte, gregem istum
apud verum regem Christum
pie reconcilia
Ut valeat obtinere
et obtenta possidere
sempiterna gaudia.

Manuscrit. Bruxelles, Bibl. Roy., 9786-90, xv[e] siècle, *BA*; 3782, Missel, xv[e]-xvi[e] siècles, *BB*.

Cette pièce est imprimée dans MILCHSACK, *Hymni et Sequentiae*, p. 24, et dans les *Acta Sanctorum Novembris*, I, 851.

1 d sancta *Colonien.* 1525.
2 b Ebronius *Leodien.* 1502. *MILCHSACK.*
3 c illius et *BA.* et ipsius *Colonien.* 1525. e hinc *MILCHSACK.*
4 c tuo *Leodien.* 1523-1540.
5 b perfectus *Leodien.* 1523-1540.
7 d Hic *BA. BB. Leodien.* 1502-1540. *Colonien.* 1525. *MILCHSACK.* e a labore *Colonien.* 1525.
8 c Petri in *Colonien.* 1525. d exsufflavit *Colonien.* 1525. e commendavit *Colonien.* 1525.
9 b lucum *BA.*
10 b apud Deum *Colonien.* 1525. c nunc concilia *Colonien.* 1525. reconsilia (!) *MILCHSACK.*

MISSALE PRO VSV TOTIVS REGNI NORVEGIAE SECVNDVM RITVM SANCTAE METROPOLITANAE NIDROSIENSIS ECCLESIAE. — Haffniae, 1519.

1. In Adventu Domini, Sequentia : *Salus aeterna.* K. 1.
2. In die Nativitatis Domini, ad primam Missam, Sequentia : *Grates nunc omnes.* K.6.
3. „ „ ad secundam Missam, Sequentia : *Caeleste organum hodie.* K.7.
4. „ „ ad summam Missam, Sequentia : *Laetabundus exsultet.* K. 13.
5. In Circumcisione Domini, Sequentia : *Eia recolamus laudibus.* K. 10.
6. In Epiphania Domini, Sequentia : *Epiphaniam Domini.* K. 27.
7. Dominica post octavas Epiphaniae, Sequentia : *In sapientia disponens omnia.* K. 32[a].
8. In die Purificationis Virginis Mariae, Sequentia : *Concentu parili.* K. 217.
9. In tempore Paschali, Sequentia : *Victimae Paschali.* K. 83.
10. In die Ascensionis, Sequentia : *Rex omnipotens die hodierna.* K. 116.
11. De Sancto Spiritu, Sequentia : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K. 124.
12. „ „ *Veni, Sancte Spiritus.* K. 125.
13. De Sancta Trinitate, Sequentia : *Benedicta semper Sancta.* K. 139.
14. „ „ *Voce iubilantes magna.* K. 148.
15. „ „ *Iubilemus cordis voce.* K. 145.
16. „ „ *Quicunque vult salvus esse.* K. 147.
17. De Corpore Christi, Sequentia : *Hodiernae lux diei Sacramenti.* K. 160.
18. In Dedicatione, Sequentia: *Sanctae Sion adsunt encoenia.* K. 877.
19. De apostolis, Sequentia : *Alleluia nunc decantet.* K. 374.
20. „ „ *Clare sanctorum senatus.* K. 369.
21. De evangelistis, Sequentia : *Laus devota mente.* .... 74.
22. De uno martyre, Sequentia : *Adest nobis dies alma.* K. 438.
23. De martyribus, Sequentia : *Agone triumphali.* K. 443.
24. De martyribus, Sequentia : *O beata beatorum.* K. 445.

25. De uno confessore, Sequentia: *Pangat nostra concio.* K.458.
26. De una virgine, Sequentia : *Laudes debitas Deo.* K.476.
27. In commemoratione Sanctae Crucis, Sequentia: *Veneremur Crucis lignum.* K.68.
28. In commemoratione Sanctae Crucis, Sequentia : *Salve, Crux sancta, arbor.* K.64.
29. De S.Ioanne Baptista, Sequentia: *Sancti Baptistae Christi.* K.351.
30. In festo S. Mariae Magdalenae, Sequentia : *Mane prima Sabbati.* K.93.
31. De S. Olavo, Sequentia : *Lux illuxit laetabunda.* K.679.
32. „ „ *Postquam calix Babylonis.* K.680.
33. In Assumptione B. Mariae Virginis, Sequentia : *A rea virga primae matris.* K.255.
34. In festo Nativitatis B. Mariae Virginis, Sequentia : *Nativitas Mariae Virginis.* K.194.
35. De Angelis, Sequentia : *Ad celebres , Rex caelice.* K.168.
36. In festo Omnium Sanctorum, Sequentia : *Christo inclita gaudia.* K.336.
37. Dominica infra octavas Omnium Sanctorum, Sequentia: *Supernae matris gaudia.* K.338.
38. De Beata Virgine in Adventu, Sequentia : *Missus Gabriel de caelis.* K.200.
„ tempore Nativitatis, Sequentia: *Laetabundus exsultet.* K.13.
39. „ tempore Paschali, Sequentia : *Virginae Mariae laudes intonant.* K.234.
40. „ Sequentia: *Ave, praeclara maris stella.* K.254.
41. „ Sequentia: *Hodiernae lux diei celebris in.* K.202.
42. „ Sequentia: *Caelum Deus inclinavit.* K.296.
43. In Missa de tribus Magis pro itinerantibus, Sequentia : *Magi dicta sibi complentes.* K.27.

74. DE EVANGELISTIS.

1

Laus devota mente
choro concinente
Christo sit cum gloria,
Qui Evangelistas
veri dogmatistas
insignivit gratia ;

2

Quique suo more
lucem ex fulgore
dat per orbis climata,
Tales dum elegit
per quos iam subegit
haereses et schismata.

3

Hi bis bini fontes
valles atque montes
irrigantes flumine,
Orti paradiso,
mundum in diviso
illustrantes famine.

4

Illos per bis bina
visio divina
signat animalia,
A quibusdam visa,
formis tunc divisa,
gestu sed aequalia.

5

Pennis decorata,
terris elevata
cum rotis euntia ;
Facie serena
oculorum plena
verbi Dei nuntia.

6

In his possunt cerni
annuli quaterni
quibus archa vehitur,
Quibus dogma sanum
per Samaritanum
circumquaque seritur

7

Tali quali plaustro
mulier ab Austro
Salomonem adiit,
In hac ceu quadriga
Agnus est auriga
qui pro nobis obiit.

8

Istis in bis binis
caput est et finis
Christus complens omnia ;
Horum documentis,
horum instrumentis
florens stat Ecclesia.

9

Ad eorum laudem
caveamus fraudem,
immo quaeque vitia ;
Horum ut doctrina
virtus nos divina
ducat ad caelestia.

Manuscrits. PARIS : Bibl.Nat., 904, Graduel de Rouen, xiiie-xive siècles, *N;* 905, Idem, xve siècle, *R;* 17317, Missel de Rouen, xve siècle, *S;* Bibl. S. Geneviève, Cf. BBL f° 5, xve siècle, et en général les Missels et Graduels de Rouen. LONDRES : Mus. Brit., Add. 12194, vers 1275, *LE;* Nero E VIII, xive siècle, *LI.*

1 e vere *Nidrosien.*

2 b cum *Rothomagen.* refulgere *Nidrosien.*, contraire à la rime ; c dant *N.* e tam subegit *N.* et subegit *S.*

3 f flamine après correction *S.*

6 d Quorum *Sarisburien.*

7 a Tali quasi *LE. LI. Herefordeи. Rothomagen. Sarisburien.* Tali namque *S.* d *O quadriga* (!) *S.*

8 f felix stat *N. Rothomagen.* florescat *Nidrosien.*

9 Entre les deux clausules de cette strophe on lit dans *Herefordeи.*

Horum nos precatu
mortis a reatu
solvat Christi gratia

Ces trois lignes remplacent la première clausule dans *LI.* et dans *Sarisburien.* Toute la strophe manque dans *LE.* qui la remplace par

Illos dum laudamus
bonis insistamus
devitantes vitia.
Horum ut doctrina
virtus nos divina
ducat ad caelestia.

MISSALE IVXTA ORDINEM ET VERAM RVBRICAM HALBERSTATENSEM. c. 1504.

1. In Nativitate Domini: in primo gallicantu, Sequentia: *Eia recolamus laudibus.* K. 10.
2. „ „ in aurora, Sequentia: *Grates nunc omnes.* [1] K.6.
3. „ „ ad summam Missam, Sequentia: *Natus ante saecula.* K. 11.
4. In die S. Stephani protomartyris, et in octava, Sequentia: *Hanc concordi famulatu.* [2] K. 711.
5. In die S. Iohannis apostoli et evangelistae, et in octava, Sequentia: *Iohannes, Iesu Christo.* K.402.
6. In die Innocentium, et in octava, Sequentia: *Laetabundus exsultet.* [3] K. 13.
   In Circumcisione Domini, Sequentia: *Natus ante saecula.* K. 11.
7. In die sancto Epiphaniae Domini, et in octava, Sequentia: *Festa Christi.* K. 24.
   Dominica infra octavas, Sequentia: *Anno hominis.* K. 24.
8. In die sancto Paschae, et feria secunda, Sequentia: *Laudes Salvatori.* K.81.
9. Feria tertia, Sequentia: *Agni Paschalis esu.* K.79.
10. Feria quarta, Sequentia: *Victimae Paschali.* [4] K.83.
   In octava Paschae, et quinta Dominica post Pascham, Sequentia: *Agni Paschalis esu.* [5] K.79.
   Aliis Dominicis tribus intermediis, Sequentia: *Illuxit dies.* K.81.
11. In die sancto Ascensionis Domini, et in octava, Sequentia: *Summi triumphum Regis.* K. 114.
   Dominica infra octavam, Sequentia: *Celebret ergo populus.* K. 114.
12. In die sancto Penthecostes, et feriis secunda, tertia et quarta, Sequentia: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K. 124.

1 Item Dominica infra octavas Nativitatis Domini; in vigilia Epiphaniae, si Dominica die evenerit; et Dominicis diebus post octavas Epiphaniae usque ad festum Purificationis.

2 Item in Inventione S. Stephani.

3 Item in die S. Silvestri papae, et S. Vincentii mar.

4 Item in die S. Ambrosii, et S. Georgii, si tempore Paschali evenerint; in festo Spineae Coronae Domini; in octava Philippi et Iacobi; in adventu reliquiarum S. Stephani; in Translatione S. Andreae; in die S. Servatii, S. Yvonis, et S. Bonifacii et sociorum, si tempore Paschali evenerint.

5 Item in die S. Marci evangelistae, si tempore Paschali evenerit.

13. De Sancta Trinitate, Sequentia : *Benedicta semper sancta.* K.139.
14. In festo Corporis Christi, et in octava, Sequentia : *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
    Dominica infra octavas, Sequentia: *Ecce panis angelorum.* K.150.
15. De apostolis, Sequentia : *Clare sanctorum senatus.*[7] K.369.
16. De martyribus, Sequentia : *Agone triumphali.*[8] K.443.
17. „ „ *O beata beatorum.*[9] K.445.
18. De uno martyre, Sequentia : *Spe mercedis et coronae.* K.729.
19. De uno confessore, Sequentia : *Ad laudes Salvatoris.*[10] K.465.
20. De confessore laico, Sequentia : *Dilectus Deo et hominibus.* K.460.
21. De virginibus, Sequentia : *Exsultent filiae Sion.*[11] K.474.
22. In die sancto Andreae, et in octava, Sequentia : *Deus, in Tua virtute.* K.398.
23. In festo S. Nicolai, Sequentia : *Hodierne gloriosi.* K.672.
24. In festo Conceptionis B. Mariae Virginis, Sequentia : *Hodiernae lux diei celebris in.* K.202.
25. In octava Conceptionis, Sequentia: *Salvatoris Mater pia.* K.182.
26. In Conversione S. Pauli, Sequentia : *Dixit Dominus : Ex Basan.*[12] K.384.
27. Karoli regis, Sequentia : *Urbs Aquensis, urbs regalis.* K.617.
28. In sancto die Purificationis Mariae, si ante Septuagesimam venerit, Sequentia : *Concentu parili.* K.217.
29. In Inventione Sanctae Crucis, Sequentia : *Laudes Crucis attollamus.*[13] K.60.
30. Iohannis ante Portam Latinam, Sequentia : *Verbum Dei, Deo natum* K.408.

6 Item in Transfiguratione Christi.

7 In die SS. Philippi et Iacobi et S. Barnabae, in octava SS. apostolorum Petri et Pauli, ad Vincula S. Petri, in die S. Matthaei et SS. Simonis et Iudae.

8 In die S. Bonifacii et sociorum, si post Trinitatis evenerit ; in die S. Viti, SS. Iohannis et Pauli, et S. Sixti.

9 In die SS. Fabiani et Sebastiani, Decem milium martyrum, S. Affrae et sociorum, et S. Cyriaci et sociorum ; in commemoratione SS. patronorum ; in die S. Mauricii et sociorum, SS. Cosmae et Damiani, S. Dionysii et sociorum, et S. Eustachii et sociorum ; in Missa precaria de XIV sanctis in necessitate succurrentibus.

10 In die S. Antonii, S. Blasii mar., et S. Valentini mar., si ante depositionem Alleluia evenerint ; in die S. Yvonis et S. Erasmi, si post Trinitatis evenerint ; in die S. Augustini, S. Egidii, S. Lamberti, S. Hieronymi, S. Livini, S. Bernwardi et S. Clementis.

11 In die S. Barbarae, S. Luciae, S. Agnetis, S. Agathae, S. Dorotheae et S. Apolloniae, si ante depositionem Alleluia evenerint : in die S. Margaritae, S. Eufemiae, et S. Ceciliae.

12 Item in Commemoratione S. Pauli.

13 Item in Exaltatione S. Crucis.

In Translatione S. Nicolai, Sequentia : *Agni Paschalis esu.* K.79 ; vel *Victimae Paschali.* [14] K.83.

31. In die sancto Iohannis Baptistae, Sequentia : *Sancti Baptistae Christi.* K.351.
32. In die Petri et Pauli apostolorum, Sequentia: *Petre, summe Christi.* K.394.
33. In die Visitationis Mariae, Sequentia : *Ave, Verbi Dei Parens.* K.211.
34. In die Translationis S. Thomae apostoli, Sequentia; *Adest beata sollemnitas.* K.431.
35. S. Thomae episcopi et martyris, Sequentia: *Ad honorem Summi Regis.* K.730.
36. In octava Visitationis Beatae Mariae, Sequentia : *Illibata mente sana.* K.208.
37. In festo Divisionis Apostolorum, Sequentia: *Caeli enarrant.* [15] K.368.
38. S. Mariae Magdalenae, Sequentia : *Laus Tibi, Christe, qui es Creator.* [16] K.846.

S. Brigittae viduae, Sequentia: *Gaude, Sion, quod egressus.* K.800.

39. S. Annae venerandae, Sequentia : *Luce lucens in aeterna.* K.771.
40. S. Marthae virginis, hospitae Christi, Sequentia : *Ave, Martha, gloriosa sponsa.* K.783.
41. In die S. Laurentii, Sequentia: *Laurenti David.* K.623.
42. In die Assumptionis B. Mariae Virginis, et infra octavam, Sequentia : *Congaudent angelorum chori.* K.247.
43. In octava Assumptionis B. Mariae, Sequentia : *Ave, praeclara maris stella.* [17] K.254.
44. In Decollatione S. Iohannis Baptistae, Sequentia : *Psallite Regi nostro.* K.352.
45. In die Nativitatis Sanctae Mariae, Sequentia : *Stirpe Maria regia.* K.192.
46. In die S. Michaelis archangeli, Sequentia : *Summi Regis archangele.* K.172.
47. In die S. Lucae evangelistae, Sequentia : *Iocundare plebs fidelis, cuius pater.* K.427.
48. Undecim millium virginum, Sequentia : *Iocunda Deo laudatio.* K.455.
49. In die Omnium Sanctorum et in octava, Sequentia : *Omnes sancti Seraphim.* K.335.
50. In die S. Martini episcopi et confessoris, et in octava, Sequentia : *Sacerdotem Christi.* K.646.

14 Item in die S. Erasmi, si ante Trinitatis evenerit.
15 Item in die S. Iacobi apostoli, et S. Bartholomaei.
16 Item in Translatione S. Mariae Magdalenae.
17 Item in octava Nativitatis, et in Illatione B. Mariae Virginis.

51. In die S. Elisabeth venerandae, Sequentia : *Gaude, Sion, quod egressus.* K.803.
52. In die S. Katherinae virginis et martyris, Sequentia : *Sanctissimae virginis.* K.813.
53. In Dedicatione ecclesiae, Sequentia : *Psallat Ecclesia.* K.866.
54. In festo Compassionis sive Transfixionis B. Mariae Virginis, Sequentia : *Compassa Filio Mater.* .... 75.
55. De Spiritu Sancto, Sequentia : *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
De Beata Virgine, a Nativitate Domini usque ad Epiphaniam, Sequentia : *Gaude, Dei Genitrix.* K.11.
56. De Beata Virgine, post Epiphaniam Domini usque ad Purificationis festum ante depositionem Alleluia, Sequentia : *Verbum bonum et suave.* K.268.
57. De Beata Virgine, a Purificatione usque ad Pascha, ante depositionem Alleluia, Sequentia : *Ave Maria, gratia plena.* K.264.

De Beata Virgine in depositione Alleluia, Sequentia : *Ave, praeclara maris stella.* K.254.

„ post Pascha usque Ascensionem, Sequentia : *Victimae Paschali.* K.83.

„ post Ascensionem usque Pentecosten, Sequentia : *Ave Maria, gratia plena.* K.264.

„ post Trinitatis usque ad Adventum, Sequentia : *Ave Maria, gratia plena.* K.264; vel *Ave praeclara maris stella.* K.254.

In Missa precaria de Angelis, Sequentia : *Audi nos, Michael.* K.172.

58. In Missa de Corona Domini, Sequentia : *Diadema salutare.* K.47.
59. In Missa de Quinque Vulneribus Iesu Christi, Sequentia : *Coenam cum discipulis.* K.57.
60. In Missa de Septem Gaudiis B. Mariae Virginis, Sequentia : *Gaude, Virgo Mater Christi.* K.242.
61. In Missa de Compassione Beatae Mariae Virginis, Sequentia : *Stabat Mater dolorosa.* K.223.
62. In Missa de Lancea Domini, Sequentia : *Hodiernae festum lucis.* K.54.

75. DE COMPASSIONE B. MARIAE.

1. Compassa Filio Mater Maria veneratur hodie, quamvis semper sit digna laudibus ;

2. Haec Virgo sine macula, nec in radice infecta, crimine actuali neque foedata,

3. Genuisti sine vae quod nuntians paranymphus Gabriel : " Tecum Dominus, plena gratia."

4. Fungebaris obsequio placide cum peperisti angelico ; quem genuisti Filius tibi applausit vultu hilaris ;

5. Symeonis praesagio, hodie orbata Mater solatio, cum dulcissimam gladius tuam pertransivit animam.

6. Quam Mater anxia stetisti quando passionem innocentis Filii conspexisti inclyti Cruci affixi !

7. Cor Matris lancea Filio mortuo transfixit, passionem Filius dum gustavit corpore, Mater anima ;

8. Nunquam sensit aliquis martyr ut Mater Domini, propter quod plus quam martyr anxie sustinuit Mater id quod suus Filius.

9. *O quam tristis et afflicta fuit illa benedicta !* moerebat et dolebat Mater Unigeniti ; perpendat hoc quaevis genitrix.

10. Audi nos, tuum nobis placa Filium, O Maria ; nostri causa passus est, ne quis pereat frustratus morte sua.

11. Salva nos, namque aegri : confer medelam, Iesu bone, Tu novisti omnia, Tuo Sanguine cura mentis vulnera.

12. Eia Mater nobilis, quam vehementem dolorem gustaveras tamen hunc tua fide temperans !

13. Filii mysterium passionis tibi nunquam latuit, nam in te sola fides patuit.

14. Laus Patri gloriae qui Suo Filio non pepercit, sed tradidit pro omnium nostrum criminibus ;

15. Laus Eius Filio qui Suo Sanguine nos Patri conciliat ; laus sit quoque Sancto Spiritui ;

16. Laus quoque Matri quae condolet Crucifixo.

1 Le Missel de Halberstadt coupe la première clausule après *veneratur.*

2 Nec virgo *Halberstaten.* 1511 ; la première édition porte *ec virgo.*

5-9 Le souvenir des strophes du *Stabat Mater dolorosa* est évident sous toutes ces clausules. Le début de la clausule 9 est textuel.

15 concilians *Halberstaten.* Le verbe est nécessaire ; nous le rétablissons au lieu du participe.

MISSALE MIXTVM SECVNDVM ORDINEM ET REGVLAM SANCTAE ECCLESIAE TOLETANAE, HISPANIARVM PRIMATIS. Burgis, 1512.

76. DE CORPORE CHRISTI.

1

De Christi Corpore
tanta sollemnia
sollemni decore
colat Ecclesia,
mundoque pectore
solvatur gloria
tam mundo corpori.
Hoc est Cibarium
vere reficiens,
Panis caelestium
de caelo veniens,
Christi martyrium
infigi faciens
devoto memori.

2

Hic Panis gloriae,
hoc vitae Pabulum,
perennis patriae
dans habitaculum ;
sic cibo gratiae
saginat famulum
quod non esuriet.
Hic Cibus caelicus
sub lege latuit,
sed iam angelicus
Panis enituit ;
iam Rex pacificus
Se panem praebuit
ut pace satiet.

3

Haec carens carie
Caro dignoscitur
cuius munditiae
munda mens alitur.
Agnus quotidie
mundus hic oritur
mundans a vitio;
Qui, licet iugiter
fiant mysteria,
sua totaliter
stat in substantia
totus aequaliter
in caeli regia,
totus altario.

4

Esus a pluribus
semel vel saepius,
unus est omnibus,
idem non alius,
de tot edentibus
nullus est amplius,
sed quisque pariter.
Quod clausum tenuit
manna iam reserat,
nam plus non habuit
qui plus collegerat:
aeque distribuit
quod aeque dederat
aeternus Arbiter.

5

Sane per omnia
non est res similis
manna post spatia
res erat labilis,
sed Christus hostia
incommutabilis
manet in saecula;
Cuius perpetui
Panis et Sanguinis
sic mensa perfrui
nos det Fons luminis,
ut stolis indui
possimus geminis
post haec curricula.

2 1 emicuit *Toletan.* o pacem faciat *Toletan.*

Le Missel de Tolède renferme seulement les deux premières strophes.

LIBER MISSALIS PRO VERA INSTITVTIONE ET CONSONANTIA BRIXINENSIS ECCLESIAE.

Augustae Vindelicorum, 1493.

1. In Nativitate Christi: in gallicantu, Sequentia: *Grates nunc omnes.* K.6.
2. „ „ in primo mane, Sequentia: *Eia recolamus laudibus.* K.10.
3. „ „ ad publicam Missam, Sequentia: *Natus ante saecula.* K.11.
4. Stephani protomartyris Sequentia: *Hanc concordi famulatu.* K.711.
5. Iohannis apostoli et evangelistae, Sequentia: *Iohannes, Iesu Christo.* K.402.
6. De Innocentibus Sequentia: *Laus Tibi, Christe, Patris optimi nate.* [1] K.341.
7. In die sancto Epiphaniae, Sequentia: *Festa Christi.* K.24. Dominica infra Epiphaniam, Sequentia: *Anno hominis.* K.24.
8. In die sancto Paschae, Sequentia: *Laudes Salvatori.* K.81.
9. Feria secunda, Sequentia: *Pangamus Creatori.* K.84.
10. Feria tertia, Sequentia: *Agni Paschalis esu.* [2] K.79.
11. Feria quarta, Sequentia: *Grates Salvatori.* K.104.
12. Feria quinta, Sequentia: *Victimae Paschali.* K.83.
13. Feria sexta, Sequentia: *Haec est sancta sollemnitas.* [3] K.82.
14. Sabbato, Sequentia: *Çarmen suo dilecto.* K.111.
15. In die sancto Ascensionis Domini, Sequentia: *Summi triumphum Regis.* K.114.
16. In die sancto Pentecostes et per totam hebdomadam, et in octava, Sequentia: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
17. De Sancta Trinitate Sequentia: *Benedicta semper Sancta.* K.139.
18. De Corpore Christi Sequentia: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
19. In die unius apostoli, Sequentia: *Clare sanctorum senatus.* [4] K.369.

1 Dicitur etiam si non est dies Dominicus.

2 In die S. Georgii, et in Translatione S. Albuini.

3 In Inventione S. Crucis.

4 In die S. Thomae, in Commemoratione S. Pauli, in octava apostolorum Petri et Pauli, in die S. Iacobi, S. Petri ad Vincula, in die S. Bartholomaei, S. Matthaei, et SS. Simonis et Iudae.

20. De martyribus Sequentia: *Agone triumphali.* [5] K.443.
21. De martyribus Sequentia: *O beata beatorum.* K.445.
22. De uno confessore et pontifice, Sequentia: *Ad laudes Salvatoris.* [6] K.465.
23. De uno confessore non pontifice, Sequentia: *Dilectus Deo et hominibus.* [7] K.460.
24. De virgine et martyre Sequentia: *Exsultent filiae Sion.* [8] K.474.
25. In die S.Andreae apostoli,Sequentia: *Deus in Tua virtute.* K.398.
26. Nicolai confessoris et pontificis, Sequentia: *Laude Christo debita.* K.666.

Agnetis virginis, Sequentia: *Exsultent filiae Sion.* K.474, vel:

27. » » » *Laus sit Regi gloriae.* K.760.
28. In Conversione S. Pauli, Sequentia: *Dixit Dominus: Ex Basan.* K.384.
29. In Purificatione S. Mariae Virginis, Sequentia: *Concentu parili.* K.217.
30. Ingenuini et Albuini episcoporum Brixinensium, Sequentia: *Innoventur hac in die.* K.492 et 411.

Marci evangelistae, Sequentia: *Illuxit dies.* [9] K.81.

31. Iohannis ante Portam Latinam, Sequentia: *Verbum Dei, Deo natum.* K.408.
32. In die Nativitatis Iohannis Baptistae, Sequentia: *Sancti Baptistae Christi.* K.351.
33. In die sancto Petri et Pauli apostolorum,Sequentia: *Petre, summe Christi.* K.394.
34. In Visitatione B. Mariae Virginis, Sequentia: *Veni, praecelsa Domina.* K.206.

Margarethae virg., Sequentia: *Exsultent filiae Sion.* K.474, vel:

35. „ „ *Regi Psalmistae.* K.838.
36. In Divisione Apostolorum, Sequentia: *Caeli enarrant.* K.368.
37. In festo S. Mariae Magdalenae, Sequentia: *Laus Tibi, Christe, qui es Creator.* K.846.
38. De Transfiguratione Domini, Sequentia: *Fulget mundo celebris.* K.37.
39. Affrae martyris, Sequentia: *Grates Deo et honor.* K.753.
40. In die S. Laurentii, Sequentia: *Laurenti David.* K.623.
41. Cassiani martyris, Sequentia: *Gloriosa fulget dies.* K.699.
42. In die sancto Assumptionis Mariae, Sequentia: *Congaudent angelorum chori.* K.247.

5 In die S. Sebastiani, SS. Viti, Modesti et Crescentiae, S. Achacii et sociorum eius, SS. Iohannis et Pauli, S. Dionysii et sociorum eius, et SS. XI millium virginum.

6 In die S. Udalrici, in Translatione S. Rudperti, in die S. Brictii, et S. Virgilii.

7 In die S. Alexii.

8 In die S. Agathae, et S. Ceciliae.

9 In die SS. Philippi et Iacobi.

In die S. Augustini episcopi, Sequentia : *Ad laudes Salvatoris.* K.465, vel :

43. „ „ „ *Illuminare, illuminare.* K. 508.

44. In Nativitate S. Mariae Virginis, Sequentia : *Stirpe Maria regia.* K. 192.

45. In Exaltatione S. Crucis, Sequentia : *Laudes Crucis attollamus.* K.60.

46. In festo S. Michaelis archangeli, Sequentia : *Summi Regis archangele.* K. 172b.

47. In die sancto Omnium Sanctorum, Sequentia : *Omnes sancti Seraphim.* K. 335.

48. Martini episcopi confessoris, Sequentia : *Sacerdotem Christi.* K. 646.

49. Elisabeth, Sequentia : *Gaude, Sion, quod egressus.* K. 800.

50. Katherinae virginis, Sequentia : *Hac in die laudes piae.* 77
„ „ „ *Exsultent filiae Sion.* K.474.

51. In Dedicatione ecclesiae, Sequentia : *Psallat Ecclesia.* K. 866.

52. De Sancto Spiritu, extra Septuagesimam, Sequentia : *Veni, Sancte Spiritus.* K. 125.

53. Sabbato in commemoratione S. Mariae Virginis, Sequentia : *Ave, praeclara maris stella.* K. 254.

54. *Salve, Mater Salvatoris.* K. 248.

55. *Verbum bonum et suave.* K. 268.

56. *Astra caeli dum transcendo.* 78.

57. In Adventu Domini, de Beata Virgine Maria, Sequentia : *Mittit ad Virginem.* [10] K. 199.

58. De B. Virgine, infra Nativitatem et Purificationem, Sequentia : *Laetabundus exsultet.* K. 13.

59. De B. Virgine, tempore Paschali, Sequentia : *Virgini Mariae laudes.* K. 234.

60. De patronis : Cassiano, Ingenuino et Albuino, Sequentia : *Exsultet polus.* K. 411.

10 In choro non canitur.

77. DE SANCTA KATHERINA.

1

Hac in die mentes piae
caeli iungant armoniae
plausus et tripudia,
Qua conscendit ad divina
Christi sponsa, Katherina,
sublimi victoria.

2

Virgo dolens Christianos
a prophanis ut prophanos
subiici martyrio,
Christum palam confitetur
neque super hoc veretur
opponi Maxentio.

3

Cuius victus documentis
et conclusus argumentis
quaerit adiutoria;
Graecos quaerit oratores,
et in Graecis meliores:
hinc surgunt litigia.

4

Ad certamen locus datur
accersitur, disputatur,
succumbit rhetorica.
Virgo gaudet, rex inflatur;
credit et martirizatur
turba philosophica:

5

"Virgo, decus puellare,
virgo, proles regia,
formae conprovinciales
vincens elegantia,
Tua stet in ditione
res imperatoria:
tantum diis ne detrectes
dare sacrificia."

6

Ad haec virgo: "Quid Maxenti,
quid dixisti, bestia?
Nescit verus declinari
Deus per pluralia:
Unde diis plura tuis
dans articularia,
miser, a divinitate,
transis ad daemonia.

7

Resipisce, resipisce,
veritatis viam disce,
Christo te concilia;
Caecus caeca veneraris,
falsus falsa deprecaris,
similis similia."

8

Rex ad ista perturbatur,
furit, frendet, stomachatur,
latrat, exit hominem.
Rota fieri mandatur;
paganorum dum rotatur
sternit multitudinem.

9

"Hinc, hinc, maga rapiatur,
hinc venefica trahatur
ad squalorem carceris!"
Adsunt mox apparitores,
mox lanistae, mox tortores,
iussa complent sceleris.

10

Luce carcer perlustratur,
angelorum deputatur
virgini solatium.
Visitatur a regina,
Christi datur disciplina,
subitur martyrium.

11

Virgo caput et mamillas
offert, comitatur illas
insigne prodigium :
Nam mamilla dat cruorem
caput lactis sudat rorem
commutando proprium.

12

Virgo constans decollatur,
pro cruore derivatur
lac ab eius corpore ;
Sponsa Sponso sic unitur,
corpus Syna sepelitur
angelorum opere.

13

Tibi, Christe, laus perennis,
decus et imperium ;
Tu, beatae Katherinae
nobis da consortium.

1 a laudes pie *Augusten. Brixinen.* b iungunt *Brixinen.* d Dum *Atrebaten.* e sponsa Christi *Atrebaten. Augusten. Cameracen.*

2 b et prophanos *Brixinen.*

3 b conclusis *Cameracen.* d adiutores *Atrebaten.* f insurgunt *Atrebaten.*

4 a accersitur *Augusten.* provocatur *Atrebaten. Cameracen. Virdunen.* b datur locus, disputatur *Atrebaten. Cameracen. Virdunen.* locus datur, disputatur *Augusten.* d Gaudet virgo *Atrebaten.*

5 e dictione *Augusten.* g non *Brixinen.* detractes *Atrebaten. Augusten. Brixinen. Cameracen.* h dari *Atrebaten.*

6 a Dic Maxenti *Brixinen.* e Unde si diis *Brixinen.* Quare diis *Virdunen* tuis plura *Augusten.* f das *Brixinen.*

7 L'ordre des deux demi-strophes est interverti dans *Atrebaten.*

7 b protinus a diis hisce *Atrebaten. Cameracen. Virdunen.* c consilia *Cameracen.* d e intervertis dans *Cameracen.*

9 b et venefica *Atrebaten.*

10 manque dans *Augusten. Brixinen.* f subditur *Virdunen.*

11 manque dans *Atrebaten.* d e f manquent dans *Brixinen.*

11 a haec mamillas *Cameracen. Virdunen.*

12 manque dans *Atrebaten. Augusten. Cameracen. Virdunen.*

13 manque dans *Atrebaten.*

13 a laus et honor *Cameracen. Virdunen.* b virtus et *Cameracen. Virdunen.*

78. DE SANCTA MARIA.

1

Astra caeli dum transcendo,
mente pura dum perpendo
quae sit pax secura, Maria.
Velum templi clam despexi
pacis arcam te conspexi,
dulcis creatura, Maria.

2

O res laeta moestis grata,
nostrum genus et cognata,
dispensatrix pacis, Maria,
Turbulentos consolaris,
fluctus sedas feri maris,
tu tranquillum facis, Maria.

3

Eia caeli lumen clarum,
de thesauro facis parum
caelica inclina, Maria.
Servi tui fluctuamus,
veni, iuva, supplicamus,
tempus est, festina, Maria.

Manuscrit. LONDRES : Mus. Brit., Add. 24680, xv[e] siècle, *LK*.

2 a lata *Brixinen.* messis *LK. Augusten. Brixinen.* moestis s'impose e sedans *Brixinen.* saevi maris *Augusten.* Les clausules sont interverties dans le Missel d'Augsbourg.

3 b vers incompréhensible. theuzaro *LK.* e veni, veni *LK. Augusten.*

MISSALE SECVNDVM VSVM ECCLESIAE LINGONENSIS. c. 1491.

1. Dominica prima Adventus Domini, Prosa : *Salus aeterna.* K.1.
2. Dominica secunda, Prosa : *Psallat Ecclesia.* K.866.
3. Dominica tertia, Prosa : *Qui regis sceptra.* K.4.
4. Dominica quarta, Prosa : *Salve, porta perpetuae.* K.249.
5. In Natali Domini, ad maiorem Missam, et in Circuncisione Domini, Prosa : *Laetabundus exsultet.* K.13.
6. In die Epiphaniae Domini, Prosa : *Laetabundus exsultet.* K.13 et 28.
7. In octava Epiphaniae Domini, Prosa : *Epiphaniam Domini.* K.27.
8. In die sancto Paschae, Prosa : *Fulgens praeclara.* K.95.
9. Per octavam, Prosa : *Victimae Paschali.* K.83.
10. In die Ascensionis Domini, Prosa : *Rex Omnipotens die hodierna.* K.116.
11. In die sancto Pentecostes, Prosa : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.

Feria secunda, Prosa : *Spiritus alme illustrator.* K.124, vel :
12. „ „ *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
Feria tertia, Prosa : *Tu, purificator omnium.* K.124.

13. In die Sanctae Trinitatis, Prosa : *Benedicta semper Sancta.* K.139.
14. In festo Eucharistiae, Prosa : *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
15. In Dedicatione Ecclesiae, Prosa : *Clara chorus dulce pangat.* K.868.
16. In die unius apostoli, Prosa : *Clarc sanctorum senatus.* [1] K.369.
17. Unius martyris, si fiat duplex, Prosa : *Adest namque dies alma.* [2] K.438.
18. Plurimorum martyrum, Prosa communis omnibus sanctis : *Supernae matris gaudia.* [3] K.338.

1 Haec Prosa dicebatur in die S. Andreae et S. Thomae, in Conversione S. Pauli, in die S. Marci evangelistae, SS. Philippi et Iacobi, et S. Barnabae, in Commemoratione S. Pauli, in die S. Iacobi, S. Petri ad Vincula, S. Bartholomaei, S. Matthaei evangelistae, S. Lucae evangelistae, et SS. Simonis et Iudae.

2 In die S. Thomae archiepiscopi, in Translatione S. Desiderii episcopi, in die S. Gengulphi, et S. Leodegarii episcopi.

3 In die S. Eligii, S. Gregorii Lingonensis episcopi, SS. Fabiani et Sebastiani, S. Anatholii episcopi, S. Ambrosii, S. Georgii, S. Theobaldi, S. Alexii, S. Margaretae virginis, SS. Nazarii et Celsi ; in festo Reliquiarum ; in die S. Bernardi abbatis, S. Augustini, S. Hieronymi, et S. Martini.

19. S. Nicolai episcopi, Prosa : *Congaudentes exsultemus.* [4] K.665.
20. In Conceptione B. Mariae Virginis, Prosa : *Dies festa celebretur.* K.186.
21. Gatiani episcopi, Prosa : *Dona decus praelatorum.* 79
22. „ „ tempore Paschali, Prosa : *Sancti Gatiani laudes.* 80
23. S. Stephani prothomartyris, Prosa : *Magnus Deus in universa terra.* 81
24. S. Iohannis, apostoli et evangelistae, Prosa : *Exsultemus solventes deorum Deo.* [5] 82
25. SS. Innocentum, Prosa : *Laus Tibi, Christe, cui sapit.* K.342.
26. SS. Geminorum, Prosa : *Adest iam festa dies.* 83
27. S. Vincentii martyris, Prosa : *Victori Deo laudum.* 84
28. In Purificatione B. Mariae, Prosa : *Hac clara die turma.* Morel 134.
    Per octavas, si Missa fiat sub officio duplici, puta in Sabbato, Prosa : *Laetabundus exsultet.* K.13 et 28.
29. In Annunciatione Dominica, Prosa : *Ave Maria, gratia plena.* K.264.
30. Gerardi episcopi, Prosa : *Agrippinensis plantula.* 85
31. In Inventione S.Crucis, Prosa : *Laudes Crucis attollamus.*[6] K.60.
32. S. Desiderii, Lingonensis episcopi et martyris, et sociorum eius, Prosa : *Pange caterva melos.* 86
33. In Nativitate S. Iohannis Baptistae, Prosa : *Gaude caterva diei praesentis.* K.357.
34. In die SS. apostolorum Petri et Pauli, Prosa : *Petre, summe Christi pastor.* K.394.
35. In sollemnitate B. Mariae Magdalenae, et in die octava, Prosa : *Mane prima Sabbati.* K.93.
36. In sollemnitate B. Annae, matris B. Mariae Virginis, Prosa : *Mater Matris Domini.* 40
37. Germani episcopi, Prosa : *Candida concio melos concrepat.* [7] ... 87
    In Transfiguratione Domini, Prosa : *Benedicta semper Sancta.* K.139.
38. In die S. Laurentii martyris, Prosa : *Stola iocunditatis, Alleluia.* K.625.
39. In Translatione Sacrae Coronae Domini nostri, Prosa : *Florem spina coronavit.* K.52.
40. In die Assumptionis B. Mariae Virginis, Prosa : *Area virga primae matris.* K.255.
41. In natali beatissimi Mammetis martyris, patroni cathedralis ecclesiae Lingonensis, Prosa : *Voce, corde, iubilemus.* 88

4 Item in Translatione S. Nicolai.
5 Item in die S. Iohannis ante Portam Latinam.
6 Item in Exaltatione S. Crucis.
7 Item in die SS. Remigii et Germani.

8 Item in die S. Benigni martyris.

79. DE SANCTO GATIANO.

1

Dona, decus praelatorum,
pacem in Ecclesia;
Tiro fortis Turonorum,
agens tirocinia;

2

Reprobator idolorum,
effugans daemonia,
Restaurator perditorum,
probis praestans praemia;

3

Gatiane, nos caelorum
Regi reconcilia,
Qui det nobis in sanctorum
coetu caeli gaudia.

Manuscrits. Tours : Bibl. de la Ville, 186, Missel de Tours, xv[e] siècle, *TA;* 191, Idem, *TD;* 194, Idem, *TE.*
3 c Ut det *TD.*

80. DE SANCTO GATIANO.

1. Sancti Gatiani *laudes* intonant *Christiani.*
2. Iste primo Turonenses Altissimo fideles *reconciliavit peccatores.*
3. Praesul fuit castitatis et doctor veritatis; nunc in caelestibus *regnat vivus.*
4. Restaurat perdita hunc poscenti *in via.*
5. Gaudet et regnat in caelis, *et gloriam* videt *resurgentis.*
6. Adorant fideles corpus eius *et vestes.*
7. Cum Christo parvus, revera, perrexit iste *in Galilaea.*
8. Gatiane, tu nos audi, primus praedicasti qui Turonorum *turbae fallaci.*
9. Precibus cuius concede paradisum, Christe, et victor nobis *Rex miserere.*

Manuscrits. Tours : Bibl. de la Ville, 187, Missel de Tours, xv[e] siècle, *TB;* 188, Idem, *TC.*

81. DE SANCTO STEPHANO.

1. Magnus Deus in universa terra;
2. Magna sunt Eius ubique omnia in caelo atque in terra opera;
3. Qui est Rex regum, Dominus omnium, a Patre genitus ante saecula;
4. Cuius caritas vera caelo sublevat Stephanum de terra,
5. Atque perenni vita ornat candida dignantér corona.
6. Plenus etenim Stephanus Deitate atque gratia,
7. Magna dabat prodigia, docens verissima dogmata.

8. Cum autem praedicaret iam praesentia
9. Nostrae redemptionis nova gaudia,
10. Intento in superna caeli patet ianua ;
11. Dixitque circumstanti plebi voce publica,
12. Sacra plenus gratia : " Ecce Dei video admirabilem gloriam,
13. Claritate fulgida, atque Iesum stantem in virtutis Dei dextera."
14. Cum hoc audisset impia gens Iudaica, dans fremitum concita, quassat lapidibus Stephani membra.
15. Sed stat fortiter patiens martyr et orat : " Ne his, Christe, noxam statuas, sed iam accipe animam meam."
16. Et cum hoc dixisset in Domino obdormivit, pace aeterna.
17. Tu et nobis martyr, O Stephane, sempiterna impetra gaudia!

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 9449, Tropaire de Nevers, xie siècle, *A;* 10508, Tropaire de Saint-Evroult, xiie siècle, *C;* 1134, Tropaire de Saint-Martial, pièce ajoutée au xiie siècle, *D;* 1136, Idem, *E;* 1137, Idem, *F;* 1177, (nouv. acquisitions), Tropaire de Fleury-sur-Loire, xiie siècle, *G;* 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, xiie siècle, *H;* 833, Missel, xiie siècle, *I;* 1139, Tropaire de Saint-Martial, xiie-xiiie siècle, *K;* 830, Missel de Paris, xiiie siècle, *M.* Cf. en outre : 10511, xiie siècle; 1105, 8885, 9442, 13254, 15615, 16823, 17318, 17319, 17321, xiiie siècle ; 1099, 1101, 1106, 1107, 8884, 10513, 16828, 17316, xive siècle; 832, 845, 863, 864, 865A, 865B, 880, 905, 1140, 15105, 17317, xve siècle, et tous les Missels de Paris. Bibl. de l'Arsenal, 1169, Tropaire d'Autun, xie siècle, *B.* Cf. en outre : 595, xive siècle. Bibl. S. Geneviève, BBL f° 7, Missel, xiiie siècle, *N.* Cf. en outre : BBL f° 1, BBL f° 5, xve siècle. LONDRES : Mus. Brit., Caligula A XIV, xiiie siècle, *LD;* Add. 30058, Missel de Sens, xive siècle, *LG.* Cf en outre : Add. 16905. OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA;* Barlow 5, Missel de Salisbury, vers 1370, *OB;* University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC;* Missel de York, vers 1390, *OD.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA;* Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.* Sidney Sussex Coll., Missel de York, xive siècle, *CSS.* Cf. en outre : REIMS : Bibl. de la Ville, Graduel du monastère de Saint-Thierry, vers 1200. LIMOGES : Bibl. de la Ville, 17, xive siècle.

Cette Prose a été publiée par W. G. HENDERSON, dans l'édition du Missel de York, imprimée aux frais de la Surtees Society, Leeds, 1874. Elle se trouve aussi dans un Missel Écossais manuscrit de 1491. Ce Missel a été imprimé avec le titre : Liber ecclesie Beati Terrenani de Arbuthnott ed. A. P. FORBES. Burntisland, 1864.

2 ubique opera ... in terra omnia *D.E.F.K.*

3 Qui es *A.H.LD.* Patri *FORBES.* omnium, caelorum, infernorum *A.B.H.* atque terrestrium *B.* et terrestrium *A.H.* Cette variante doit être rejetée, malgré l'ancienneté des manuscrits où elle se trouve. Elle rompt l'assonance.

4 caelos *A.* caelum *H.* in caelo *L.G.* Stephane subleva (!) *A.* Stephanum sublevat *B.H. Eduen.*

5 candida de caelo *N.* digniter *F. LD. CA. CB. CSS. Cameracen. Eboracen. Herforden. Rothomagen. Sarisburien. Virdunen. FORBES.* vita stola candida digniter adornat *Eduen.*

6 enim *HENDERSON.* veritate *OA. CSS. Cameracen. Virdunen.* atque gloria *G.* veritate prodigia *Eboracen.* 1517.

7 Multa dabat *Briocen.*

9 Nostra redemptioni (!) *A*. Toute cette clausule est ajoutée en marge par une main postérieure, du xii[e] siècle probablement. vera *Forbes*.

10 Intentus (!) *A. CSS*. Intentum (!) *B*. Intentio (!) *Briocen*. *Eduen*. in supernos *Cameracen*. ad superna *Lingonen*. patet caeli *LD. CB. Rothomagen. Virdunen.*

11-14 Henderson fait commencer les clausules par les mots : Dixitque... Ecce Dei...... Atque Iesum ... Et cum ... Dans : ce qui rompt le rythme.

12. *Sacra plenus gratia* manque dans *Lingonen.*, a été ajouté en marge, au xii[e] siècle, dans *A*.

13 Claritatem fulgidam *LD*. fulgidam *C.I. LG. Briocen. Virdunen. Fontisebralden.* ad.... dexteram *CB. Briocen.* On lit à la suite de cette clausule, dans le Missel de Langres : *magna cum potentia*. Cette interpolation, absente de tous les manuscrits importants doit être rejetée.

14 Et cum *Eboracen*. Cum audisset *LG*.

15. Exstat *A.H*. adorat (!) *A*. et orans *B.D.E.F.I.* Ne eis *CSS. Eboracen. Rothomagen.* noxiam *LG*. noxas *A.B.C. Lingonen.* suscipe *G*. spiritum meum *LG. CSS. Beluacen. Cameracen. Catalaunen. Eboracen.* contraire à l'assonance.

16 obdormivit in Domino *LG. Beluacen.*

17 O vere nobis martyr *D.E.F.K.* Cette variante a le tort de rompre le rythme. Tu es *A.H.M.* Tu nobis *Eboracen.* 1517. martyr Stephane *A*. Après cette clausule on lit dans *Lingonen.* : Amen dicant omnia.

82. DE S. IOHANNE EVANGELISTA.

1

Exsultemus
solventes
deorum Deo
pia vota ;
Quem Iohannes
dilexit,
manens in Eo
mente tota.

2

Omnis homo studeat
ad Iohannis gaudia
celebranda,
Cuius apud Dominum
nobis sunt auxilia
postulanda.

3

Hic post Christum abiit,
derelictis retibus,
navi spreta;
Linquens sponsam, Dominum
castitate sequitur
praeelecta.

4

Hic est qui recubuit
supra pectus Domini,
dum fit coena;
Hic est qui perhibuit
Christo testimonia
quae sunt vera.

5

Inter huius alia
virtutum insignia,
quanta fuit gratia,
quam miranda !
Huic enim homini,
ex praecepto Domini,
virgo datur virgini
conservanda.

6

O felix aquila,
volans ad caelica,
dona suscipis angelica ;
Caelorum abdita
prius abscondita,
tuo dogmate sunt cognita.

7

Tu Verbi Dei Patris
reserans sacramenta,
Aedificas in nobis
fidei fundamenta.

8

Quae facis plurima
signa miratur
plebs Ephesina.
Quod vincis oleum
fervens testatur
porta Latina.

9

Tibi seni
Christus apparens
invitat, dicens ita :
" Veni, care,
et epulare
cum sancta fratrum turma. "

10

Audiens haec Iohannes
vivus intrat sepulcra ;
Et requirentes corpus
nil vident nisi manna.

11

O Iohannes inclyte,
apud Deum obtine
ut nos, flamma scelerum
superata,
Invitare placeat,
ad illa convivia,
quae sunt suis filiis
praeparata.

12

Haec Domino laus sit grata.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 9442, Missel de Langres, xiiie siècle, *L.* AVALLON : Bibl. de la Ville, 1, Missel de Langres, 1419, *AM.*

4 e Christus (!) *AM.*
10 a hoc *AM.* b vivens *Lingonen.* intra sepulcra *AM.*

83. DE SANCTIS GEMINIS.

1. Adest iam festa dies et praeclara, caeli in qua resultant agmina.
2. Gaudeat nunc caterva, beatorum Geminorum colens sollemnia.
3. Quam sancta mater gratia, geminos pariens, nova infantia !
4. Felix proles dignissima, nati sunt pariter, caelum scandunt una.
5. Vobis, O sancti Gemini, Rex magnalia per visum prius ostendit quam sancta perciperetis fontis lavacra.
6. Speosippe, lactis munera praebens avia monebat sacris monitis, ut constans pro Christo esses ad certamina.
7. Eleosippe, Dominum cum magna vidisti gloria in sede clara dicentem tibi : " Nolito timere, coronaberis pro victoria. "
8. Meleosippe, tibi Rex plurima conferens famina, promisit regna, Germanos tecum ornatos balteis ordinans clara per palatia.
9. Sic, ex visione consona, mox instructi in fidei gratia, tres cognovistis fratres trinum Deum in una substantia.
10. Fides virtutum regina, iam edoctos divina militia, vos ad agones paravit, fundatos in patientia.

11. O veneranda Deitas, una fratres gemellos tulit arbor, una quos victores fecit Trinitas alma.
12. O admiranda caritas illa : Christus in ligno factus est hostia, servi quoque Christo reddunt debita.
13. Post immensa supplicia, passi estis incendia, sicut tres pueri in Chaldaea.
14. Adest Verbum Patris una, grata ferens praesidia, pugnantum solamen et diadema.
15. Tandem, donati laurea, ab angelis ad caelorum regna, hoste devicto, translati estis cum palma.
16. Salvator ipse munera repromissa concedendo, clara Deo Parenti vos obtulit super astra.
17. Nunc petimus, vestra ut nos emundent iam precata, graviter quos accusant delicta.
18. In domo superna, nobis parate lucis loca, una cum sancta Leonilla ;
19. Ubi ante thronum Dei decantemus : Alleluia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 9442, Missel de Langres, xiii[e] siècle, *L.* 879, Missel de Dijon, xv[e] siècle, *P.* AVALLON : Bibl. de la Ville, 1, Missel de Langres, 1419, *AM.*

3 Qua sancta *AM. Lingonen.*
5 sancta parte petitis *P.*
7 Nolite *AM.* cum victoria *P.*
10 nos (!) ad agones *AM.*
14 pugnantium *P. AM.*, rompt le rythme.
16 munerare promissa *P.*
18 Parallélisme imparfait à la fin de cette clausule.

84. DE SANCTO VINCENTIO.

1. Victori Deo laudum praeconia referat gaudens Ecclesia,
2. Cum dies celebris annua revehit mundo gaudia.
3. Sonoris vocibus dulcia concinat chorus cantica.
4. O quam recolenda instant sollemnia; exsultat nunc omnis ordo, mira laetitia.
5. Vivis lapidibus e terris edita iungitur gemma splendida in poli regia.
6. O Vincenti, sacri parta tibi pretio sanguinis donatur laurea.
7. Cum sanctorum choro spirituum victor gloriaris in stola rosea.
8. Quam digna geris martyris insignia, praemia tui laboris; poenis succedunt aeterna gaudia.
9. Ad illa milites tendunt certamina, talibusque bellatores ornant trophaeis et tanta gloria.

10. O quanta, supera Regis in curia, merces militantibus datur post praelia!
11. In Christo credula sit mens intrepida: brevis quidem labor est, dona perennia.
12. Fragilis materia pulveris haeres et transitura, ut vivas Deo moriaris, sic scandens ad sublimia.
13. Martyris supplicia si paulo tibi videntur dura, respice quid sit promereri pro terrenis caelestia.
14. O Vincenti, Sancti Spiritus flamma, purgans omnia cordis intima, devicit ignis incendia.
15. O divinae dux militiae, tibi phalanx caelica sistit obvia, iubilans laude dulciflua.
16. Fortis belligerator, paradisi gaudia, quaesumus, nobis implora, quo gaudeamus tecum per saecula.
17. Felix, felicitatis aeternae praecipua munera tuis deposce, Regis aeterni frui praesentia.
18. Ave, martyr semper colende, tibi sit laus, temporis ulla sine meta.

Manuscrits. PARIS: Bibl. Nat., 9442, Missel de Langres, xiii[e] siècle, *L.* AVALLON: Bibl. de la Ville, 1, Missel de Langres, 1419, *AM.*

Cette Prose a été publiée par M. PELLECHET, *Notes sur les livres liturgiques des diocèses d'Autun, Chalon et Macon*, Paris-Autun, 1883, p. 495.

2 provehit *Lingonen.*
5 aetheris *L. Lingonen.*
7 gloriari *AM.*
10 dantur *AM.*
12 scandes *AM.*
15 laude dulcissima *PELLECHET.*
16 gaudemus *AM.* saecla *L. Lingonen.*

85. DE S. GERARDO.

1

Agrippinensis plantula
floruit in Ecclesia,
Cuius odor in saecula
fragrat in caeli curia.

2

Hic vir Gerardus nomine,
praeclarus ex origine,
Orbem replevit lumine
fulgenti sanctitudine.

3

Hic litterarum studia
secutus non inania,
Ad virtutum insignia
spiravit ab infantia.

4

Fervens eius devotio
in virginali pectore
Non latuit sub modio,
sed fulsit omni tempore.

5

Nam Dei providentia
mundus a labe criminum,
Ascendit per humilia
sacrorum gradus ordinum.

6

Quam felix Leucha civitas,
in qua grandis iocunditas
Tam reverendo praesule
adepto Deo consule.

7

Dum suscepit hic solium
Tullense crevit gaudium.
Dei domus hospitium
fundavit, dans edulium.

8

Oves gregis Dominici,
deducens corde simplici,
Pascebat cibo duplici
panis et verbi caelici.

9

Collatum tribus pabulum
recepit per miraculum,
Pro aqua vini poculum
gustans arguit famulum.

10

Suae plaudunt praesentiae
campanae simul curiae.
Templum purgat ingluvie,
ad se natant reliquiae.

11

Absens vidit incendium,
praesens novit daemonium,
Divinumque collegium
consecrans oratorium,

12

Hinc farina non defuit
vel far cum fames irruit ;
Dum pauper unus abfuit,
pro fratre Christus adfuit.

13

Hunc sanctum Pater luminum
Sua fovens clementia,
Post notum vitae terminum
Secum traxit ad gaudia.

14

Coruscant adhuc hodie
pastoris mirabilia
Dum calculosis anxie
subvenit eius gratia.

15

Nos, Gerardi memoriam
agentes cum laetitia,
Christus ducat ad gloriam
per ipsius suffragia.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 11592, Missel de Toul, xv[e] siècle, *R.*

1 d et in caelicia (!) *Lingonen.*
9 c pro lympha *Tullen.*
13 c Post votum *Tullen.*

86. DE S. DESIDERIO.

1. Pange, caterva, melos laudum Regi Christo, modulatis vocibus.
2. Qui est robur oppressorum, pugnantum victoria ;
3. Per quem laude triumphali exsultat Ecclesia,
4. Quam exornat, in hac die, sacra Desiderii martiris laurea,
5. Cuius festa praeclara celebrat laetabunda in stola rosea.

6. Dulcis amor Christi facit firma praecordia ;
7. Pro te miles non veretur mortis supplicia.

8. Fervens igne charitatis, pro plebe subdita, cursum vitae capitali complet sententia.
9. Dans exemplum quo sit firma gregis constantia Lingonicae plebis multa ceduntur millia,

10. Quae sacrarat Deo digna fides Catholica.
11. Quo praecessit pastor, pia sequuntur agmina.

12. Quam felix, O martyr, conscendis ad astra, cum turba plurima;
13. Decurrit eunti, trophaea ferenti, phalanx angelica.

14. Quam dulcissonis resonant vocibus caeli palatia, cum tot bellatorum millia offeruntur regnanti supra sidera !
15. O quantus honor, quanta militibus pensantur munera, cum pro vanis certa gaudia, pro terrenis redduntur dona caelestia.

16. Urbs Lingonica, exsultans iubila, tantorum patrociniis martyrum splendida ;
17. Horum sollemnia devote celebra, culparum poscens veniam, per tanta merita.

18

Hi sunt qui redolent in Christi area,
flores quos colligit mater Ecclesia,
medelam languidae inferens animae,
mira fragrantia.

19

Horum Te meritis qui regis sidera
precamur, criminum dissolve vincula
et nos cum superis iunge perenniter,
saecla per omnia.

Manuscrit. AVALLON : Bibl. de la Ville, 1, Missel de Langres, 1419, *AM*.

1 Cette clausule est la seule qui ne se termine pas en a. Christo Regi *AM*.
4 Les clausules 4 et 5 qui devraient être parallèles, ne le sont pas. Le nom de Saint Didier (ou Dizier) rompt le rythme. La Prose n'a pas dû primitivement être chantée en l'honneur de ce Saint.
5 celebrat praeclara *AM*.
11 processit *AM*.
12 conscendens *AM*.
13 Occurrunt *Lingonen*.
14 Qua *AM*. agmina offerentur *AM*.
14-15 La clausule 14 compte une syllabe de moins ou la clausule 15 en compte une de trop. Faut-il, pour rétablir le rythme, lire *dona caelica ?*
16 Le mot *Lingonica* rompt le rythme de cette clausule, comme le mot *Desiderii* celui de la clausule 4. Dans la Prose primitive le nom de la ville avait une syllabe de plus, et le nom du Saint une syllabe de moins. Il nous a été malheureusement impossible de découvrir un autre texte. exulta *AM*.
18 d flagrantia *AM*.

19 b dissolvans *AM.* On lit dans *AM.* à la fin de cette Prose : Amen dicant omnia.

Il y a dans cette Prose des clausules accentuées qui la rendent fort remarquable. Ainsi : 2 et 3, (où l'on trouve le rythme régulier des morceaux de la seconde époque), 8 et 9, 10 et 11, mais surtout 18 et 19. Ces deux dernières clausules forment chacune trois vers alexandrins parfaits, suivis d'un petit vers de six syllabes : c'est une des strophes Françaises les plus usitées.

87. DE SANCTO GERMANO.

1. Candida concio, melos concrepa,
2. Tinnula cantibus iugans organa.
3. Germanum resultet casta liquido sonore symphonia,
4. Artifici plectro perita syllabatim stringere pneumata ;
5. Fluxerat quondam sopor immanior praesulis fessa per membra ;
6. Cui praebens sacra Christus viatica, intulit grata famina :
7. " Care quid haesitas ? non est quod metuas, dulcem mox petiturus patriam ;
8. Te poscunt sidera civem ad supera, quo manent sine fine gaudia."
9. Diva monita comes excipit aegrimonia, membra carpens languida.
10. Die septima supera sequens caeli convexa felix scandit anima.
11. Plaudens Gallia funus excipit, ac inclyta servat in aula ;
12. Cuius per sacra, Christe, suffragia, nostra guberna tempora.
13. Amen dicant omnia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *A;* 1118, Idem, *B;* 1119, Idem, *C;* 1120, Idem, *D;* 1338, Idem, *E;* 9449, Tropaire de Nevers, xie siècle, *F;* 13252, Tropaire de Saint-Magloire (?), à Paris, xie siècle, *G;* 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, xiie siècle, *K.* Bibl. de l'Arsenal, 1169, Tropaire d'Autun, xie siècle, *H.* LONDRES : Mus. Brit., Reg. 8 C XIII, xiie siècle, *LC.* OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA.*

Cette Prose a été publiée par W. G. HENDERSON dans l'édition du Missel de York, imprimée aux frais de la Surtees Society, Leeds, 1874.

1 concrepat *F. Lingonen.*

2 Tinnula cantibus iunges organo *OA.* Tinnulum iungens organo *HENDERSON.* cantantibus *LC.* iungas, corrigé en iungens *A.* iungas *B. LC.* iungans *D. F. G. H.* iugas *E.* iungens *K. Lingonen. Virdunen.*

3 Marcialem et Martinum resultet *A.* Martinum *E. LC.* Silvestrum *F. K.* resultent castra liquida sonora (!) *OA. HENDERSON.* resultet lyra *D.* resultat *H.* symphoniam *E. LC.*

4 Artificis *A. E. F. H. K. OA. HENDERSON.* Artifico *Lingonen.* syllabarum *OA. Virdunen. HENDERSON.* neumata *E. F. H.*

5 Fluxerant *B.* Fulserat *F. Virdunen.* Fuxerat (!) *LC.* Lux erat (!) *C. D.* immanis *HENDERSON.* immania (!) *G. OA. LC.* praesuli *LC.*

6 sacra praebens *A.* Christus sacra *Lingonen.* Christus colloquia *B.* grata intulit affamina *H.* intulit diva, corrigé en ditia *B.*

7 Quare, quid *A. E. F.* Cara *OA.* excitas (!) *H.* petiturus gratiam *D.*
8 Deposcunt *A.* Reposcunt *B. C. D. F. Virdunen.* cives *H.* qua *OA.* *Henderson.* quam (!) *LC.*
9 Divina *LC.* comis *E.* calpens *LC.* *Lingonen.*
10 supera caeli *B. G.* caeli sequens *OA.* *Henderson.*
11 Plaudit *LC.* *Lingonen.* fumus (!) *LC.* excepit ad inclyta *Virdunen.* in alva (!) *B.*
12 Huius *B. F.* gubernat *B. F. K.*
13 dicunt *H.*
On voit par les variantes de la clausule 2 que cette Prose se chantait en l'honneur de Saint Martin, de Saint Martial, de Saint Silvestre, et probablement d'autres Saints encore.

88. DE SANCTO MAMMETE.

1

Voce, corde iubilemus,
iubilantes exsultemus
sollemni laetitia;

2

Ut laus Christi decantetur
et beati celebretur
Mammetis victoria,
Qui spe certa confirmatus
non expavit cruciatus
nec mundi supplicia.

3

Puer adhuc duodenis
non humanae, sed perennis
vitae quaerens gaudia,
ne colantur idola
hortatur Christicola,
ratione praevia.
Fervens zelo caritatis,
rebus suis erogatis,
oppressus inopia
Christum Deum praedicat,
quem signis magnificat
et virtutum gratia.

4

Quod ut novit dux prophanus,
in hunc sanctum iecit manus
ducis inclementia;
Dumque sanctus sic tenetur,
nomen Christi confitetur,
constanti fiducia.

5

Martyr enim firmae mentis
exsultabat in tormentis
dans Christo praeconia;
sed tyrannus debacchatur
quando sibi nuntiatur
certantis constantia.

6

Ergo sibi praesentatum
donis mulcet, dignitatum
praetendens insignia;
Nunc minatur, nunc blanditur,
sed vir sanctus invenitur
invictus per omnia.

7

A parentum disciplinis,
neque prece, neque minis,
tyranni vesania
Illum valet amovere,
neque possunt hunc terrere
tam dura flagitia.

8

Devorandus feris datur,
sed in agnum commutatur
ferarum saevitia;
Haec submissa pedes lambit,
haec amplexu collum ambit,
pia dans obsequia.

9

Inde sancto quae parantur
circa corpus applicantur
lampadum incendia ;
Sed per illa nec doloris
ulla signa, nec ardoris
apparent vestigia.

10

Videns iudex nec tormentis
hunc, nec flecti blandimentis,
nec a fide suae mentis
mutari constantiam :
" Fornax, " iubet, " incendatur "
in qua martyr comburatur.
Sed nec per hanc molestatur,
nec sentit angustiam.

11

Deo namque protectore,
nullo laesus est ardore,
nec in veste nec in ore
visa est combustio.
Ignis enim contra morem
rorem spirat, non ardorem ;
Christi iuvat bellatorem
angelorum concio.

12

Pretiosa
Christi rosa,
pio Regi nos praesenta,
per quem poenas et tormenta
devicisti,
martyr Christi,
Christo placens hostia :
Ut te duce,
vera luce
mereamur collocari,
et cum sanctis epulari,
ubi datur
quod optatur
vitae pax et gloria.

Manuscrit. AVALLON : Bibl. de la Ville, 1, Missel de Langres, 1419, *AM*.

Mone a publié (tome III, p. 403) la première strophe de cette Prose. Danie (tome V, p. 296) en a reproduit les trois premiers vers.

2 d spes certat *AM*.
3 b humanis (!) *Lingonen.* l oppressis *Lingonen.* m virtutem *AM*.
4 d Cumque *Tullen.*
5 e quanto *Eduen.*
7 c d vexania.... valent *AM*.
8 e amplexa *Lingonen.*
9 Cette strophe manque dans *Tullen.*
10,11 Entre ces deux strophes on lit dans le Missel de Toul :

Hinc oppressus tot et tantis
manu turbae lapidantis
cum corona triumphantis
transit ad caelestia.

Cette demi-strophe rompt le parallélisme et doit être considérée comme une interpolation.

11 La première partie de cette strophe manque dans *Tullen.*
12 h Et te *Eduen.*

89. DE SANCTO LAZARO.

1

Fulget dies celebris,
mentis pulsis tenebris,
gaudeat Ecclesia.

2

Dies est laetitiae,
adsunt enim hodie
Lazari sollemnia.
Cuius revocatio
criminum remissio
reis praestat gaudia.

3

Per conceptum Virginis
formam sumens hominis
Dei Sapientia,
Verba vitae praedicans
vitae vias indicans
venit in Bethania.

4

Praeparat hospitium
cernens Dei Filium
Martha quidem socia
felix unguentaria.

5

Obsequentes homini
osculantur Domini
Pedes, et creberrimis,
rigant eos lacrymis.

6

Ut sciat cur lugeant,
cur gemant, cur doleant,
Mortem fratris unici
voce produnt supplici.

7

Ut amica lex poscebat,
fremens flebat et dicebat
Iesus adstans tumulo :
" Mi dilecte, veni foras ; "
appellatus nescit moras,
respirat in patulo.

8

Veterata mors recedit
et novata vita redit
ad iubentis libitum.
Redivivum reum solvi
Christus iubet, et avolvi
lapidem appositum.

9

Quod indicit vox magistri
docta supplet ars ministri,
Soluti mox fasciculi
resolvunt seras tumuli.

10

Lapis urgens degradatur,
homo vitae resignatur,
Adstanti loquens populo,
confracto mortis vinculo.

11

Sancte Dei,
quique rei
infra thorum
vitiorum
iam sepulti,
spe suffulti,
tua poscunt munera :
Posce rite
Regem vitae
ut nos tuos
atque suos
mundos faece
tua prece
transferat ad supera,

12

Ubi dies
est et quies
pax sollennis,
et perennis
laus sanctorum
Rex eorum,
ubi cuncta prospera.

Manuscrits. AVALLON : Bibl. de la Ville, 1, Missel de Langres, 1419, *AM*. AUTUN : Bibl. du Gr. Sém., Missel d'Autun, xve siècle, *AR*.

Cette Prose a éte publiée par M. PELLECHET, *Notes sur les livres liturgiques des diocèses d'Autun, Chalon et Macon*, Paris-Autun, 1883, p. 260.

1 b pulsus (!) *AR. Eduen.* PELLECHET.

3 d praedita *Cabilonen.* e via *AM.*

5 b osculantur pedes Domini *AR. Eduen. Matisconen.* PELLECHET, contraire au rythme. M. Pellechet imprime d'ailleurs dans ses Additions et Corrections, p. 515 : " M. l'abbé Misset pense qu'il y a eu interversion de mots. " Le doute n'est pas possible. c et manque dans *Cabilonen.*

8 e advolvi *AM. AR. Eduen. Matisconen.* PELLECHET, fait un contre-sens. f praepositum *AR. Cabilonen. Eduen. Matisconen.* PELLECHET.

9 c mors (!) PELLECHET.

11 c infra thronum (!) *AM.* e iam manque dans *Cabilonen.* m mundes *Matisconen.* foete *AM.*, pour faece évidemment.

12 b est quies PELLECHET, faute d'impression, corrigée, p. 515. g tibi cuncta *AM.*

90. IN TRANSLATIONE S. MAMMETIS.

1

Christi virtus attollatur,
per quem Mammes coronatur
felici victoria ;

2

Felix puer et insignis,
dignus laude, dignus hymnis,
dignus caeli gloria ;
Dignus Deo martyr iste
Tua laus est, Iesu Christe,
Te sequens per omnia ;

3

Nam, abiectis mundi curis,
sacris studens in scripturis,
contempsit praesentia :
Soli Deo serviens
montem scandit, fugiens
humana consortia,

4

Ubi latens et ignotus,
Deo placens et devotus,
legit Evangelia ;
Quae dum legit veniunt
et devote serviunt
legenti silvestria ;

5

Nam de eis lac mulgetur,
ut per sanctum relevetur
pauperum inopia.
Dum sic sanctus operatur,
quod sit magus accusatur
in regis praesentia ;

6

Ubi diu cruciatus
et obscuri mancipatus
carceris angustia,
Christum orat et precatur,
quem precantem consolatur
vox de caelo nuntia :

7

" Martyr, " inquit, " ne formides
haec tormenta quae tu vides,
sed sit firma tua fides
virtutum constantia ;
Ecce Christus, leo fortis,
vitae dator, victor mortis,
ad supernae regna sortis
te vocat in gloria ;

8

Ubi nullus hostis metus,
nullus dolor, nullus fletus,
ubi sine nocte dies,
ubi pax et vera quies
et iugis laetitia. "
In hac Agnus pietatis
nos solutos a peccatis
det regnare, det gaudere,
det cum sanctis possidere
sempiterna gaudia.

Manuscrit. Avallon : Bibl. de la Ville, 1, Missel de Langres, 1419, *AM.*

Mone a publié (tome III, p. 403) les deux premiers vers de cette Prose d'après un manuscrit du xiv[e] siècle, de la Bibliothèque de Pommersfelden. Daniel (tome V, p. 296) les a reproduits.

4 c evangelica *AM.*
5 b reveletur (!) *AM.*

91. DE SANCTA KATHERINA.

1

Adest dies triumphalis
in qua Sponsus immortalis
sponsae reddit praemia.
Prosequamur ergo digne
decertantis Katherinae
triumphos et praelia.

2

Alta virgo stirpe sata,
Christo fide consecrata,
iussa sprevit regia;
Iudex motus laniari
sanctam iubet, et arctari
gravi sub custodia.

3

Victus ei denegatur,
sed de caelo ministratur
iugis alimonia.
Per columbam sustentatur;
angelorum animatur
ad pugnam frequentia.

4

Convocatos oratores
sua Christi confessores
fecit sapientia.
Virgo poenis non terretur,
stat virago, nec movetur
promissorum gloria.

5

Scorpione laceratur,
prece rota dissipatur
et poenalis machina;
Triumphante Katherina,
sua multi cum regina
respuerunt numina.

6

Tandem rege triumphato
et agone consummato,
ferro subit aethera.
Pro cruore lac manavit,
Syna corpus collocavit
angelorum dextera.

7

Sacrum tumba fert liquorem,
salutarem stillant rorem
et minuta ossula.
Aegris confert sanitatem,
nobis virgo sanctitatem
impetret per saecula.

Manuscrits. Paris : Bibl. Nat. 879, Missel de Dijon, xv[e] siècle, *P.* Avallon : Bibl. de la Ville, 1, Missel de Langres, 1419, *AM.*

1 e decertamus *Cabilonen.*
2 a sacra *P.* c spernit *Praedicator.* 1529. d mortis *AM.*
4 c ferit *Cabilonen.* e non *Praedicator.* 1529. f gratia *Praedicator.* 1529.
7 a liquorum *AM.* b stillat *P. Praedicator.* 1529. c escula (!) *AM.* oscula (!) *P.* virgo nobis *Praedicator.* 1529. e *virgo* manque *P.* f impetres *P.*

92. DE S. SEBASTIANO.

1

Cessat morbus, cessat pestis,
altari aedificato.
Sancte martyr, Christi testis,
pro nobis Deum orato.

2

Ut cesset epidimia
qua flagellatur patria,
Et cum misericordia
currat Dei sententia.

3
Finitàque miseria
huius labentis saeculi,
Tecum simus in gloria;
dicamus Amen singuli.

Manuscrits. PARIS: Bibl. Nat., 17309, Fragments de Missel, xv[e] siècle, *S.* Bibl. de l'Arsenal, 204, Missel à l'usage des Archers-Bourgeois de Paris, 1535, *Z.*
1 a Cesset .... cesset *Lingonen.* c Sancte Roche, Christi *Aurelianen.*
2 c Ut *Lingonen.*
3 d Dicamus una singuli Amen. *Lingonen.*
Le texte est identique dans *Autissiodoren.*, *Colonien.* 1525, *Melden.* 1556, *Parisien.*, *Senonen.*, et *Xanctonen.* Dans *Z.* cette Prose paraît être un simple répons Alléluiatique.

93. IN MISSA CONTRA PAGANOS.

1
Orbis, Christe, dominator,
ac regnorum moderator,
cuncta regens entia,
Laudis nostrae praeconium
nunc attende, Rex omnium,
paterna clementia.

2
Taeter Turcer, vas Satanae,
Mahometi sectae vanae
cultor et idolatra,
In hos dies insectatur
tuos greges, et praedatur
perditione taetra.

3
Summe Deus, Summa Divinitas,
quem lactavit Matris virginitas,
deiice superbum,
Quem replevit Satanae falsitas,
vas horrendum, fera crudelitas,
pseudo tam acerbum.

4
O Maria, regina caelorum,
O Michael, iactator telorum,
caesor Luciferi,
Huius canis trucis saevitiam
comprimite, necnon potentiam
leonis tam feri.

5
Heu! vineam Domini vastavit
ferus aper, quam Deus plantavit;
fideles plangite.
Sepem tulit atque propagines,
hic sanctorum trivit imagines;
sancti succurrite!

6
Confidite cuncti credentes in [Deum,
superavit quondam David Iebu- [saeum
atque Philistaeos.
Iustus Ezechias Assyrios trivit,
prece Macchabæus Graecos de- [terruit,
Iesus Chananaeos.

7
Etsi Tuam, Deus, iram meruimus,
miserere, Pie, deiectis ovibus
da veniae rorem.
In gentes et regna quae Te non [noverunt
et quae nomen Tuum non invoca- [verunt
effunde furorem.

8
Ergo rege Tuos fideles, [O] Christe,
qui sunt decertantes crucis ago- [nistae,
data victoria;
Hoste superato da pace gaudere,
da, nube detecta, faciem videre
in caeli gloria.

4 f tam leonis *Lingonen.*
8 a Une syllabe manque. Nous suppléons [O].

MISSALE AD VSVM CELEBRIS ECCLESIAE HERFORDENSIS. Rothomagi. 1502.

1. Dominica prima in Adventu, Sequentia: *Salus aeterna.* K.1.
2. Dominica secunda Adventus Domini, Sequentia: *Regnantem sempiterna.* K.2.
3. Dominica tertia Adventus Domini, Sequentia: *Qui regis sceptra.* K.4
4. Dominica quarta Adventus Domini, Sequentia: *Iubilemus omnes una.* K.5.
5. In nocte Nativitatis Domini, Sequentia: *Nato canunt omnia.* K.9.
6. In Nativitate Domini, ad Missam in aurora, Sequentia: *Caeleste organum hodie.*[1] K.7.
7. „ „ in die ad Missam, Sequentia: *Christi hodierna.*[2] 22
8. In natali S. Stephani, et in octava, Sequentia: *Magnus Deus in universa terra.*[3] 81
9. In die S. Iohannis evangelistae, et in octava, Sequentia: *Iohannes Iesu Christo.*[4] K.402.
10. In natali SS. Innocentium martyrum, et in octava, Sequentia: *Celsa pueri concrepent melodia.* K.348.
11. In die S. Thomae martyris, et in octava, Sequentia: *Mundo Christus oritur.* 94
12. In die Circumcisionis Domini, Sequentia: *Eia recolamus laudibus.* K.10.
13. In die Epiphaniae, et in octava, Sequentia: *Epiphaniam Domini.* K.27.
14. Infra octavas Epiphaniae, Sequentia: *Verbum bonum et suave.* K.268.
15. „ „ „ *Laetabundus exsultet.* K.13.
16. „ „ „ *Gaude, virgo Ecclesia.* ... 95
17. „ „ „ *Gaudete, vos fideles.* K.28.

Dominicis post Epiphaniam, quando de Dominica agitur, usque ad Purificationem, Sequentia: *Laetabundus exsultet.* K.13, vel: *Caeleste organum hodie.* K.7.

18. In die Paschae, Sequentia: *Fulgens praeclara rutilat.* K.95.
19. Feria secunda, Sequentia: *Prome casta concio.* 96
20. Feria tertia, Sequentia: *Concinat orbis cunctus.* 97

1 Item Dominica infra octavas.
2 Item in vigilia Epiphaniae.
3 Item in Inventione S. Stephani sociorumque eius.
4 Item in festo S. Iohannis ante Portam Latinam.

21. Feria quarta, Sequentia : *Victimae Paschali.*[5] K.83.
22. Feria quinta, Sequentia : *Dic nobis, quibus e terris nova.* K.103.
23. Feria sexta, Sequentia : *Psalle lyrica carmina.* 98
24. Sabbato, Sequentia : *Mane prima Sabbati.*[6] K.93.
25. Dominica in octava Paschae, Sequentia : *Laudes Salvatori.* K.81.
26. In die Ascensionis Domini, Dominica infra octavas, et in octava, Sequentia : *Rex Omnipotens die hodierna.* K.116.
27. In die Pentecostes, Sequentia : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
28. Feria secunda et sexta, Sequentia : *Alma chorus Domini.*[7] K.140.
29. Feria tertia et Sabbato, Sequentia : *Laudes Deo devotas.*[8] K.122.
30. Feria quarta, Sequentia : *Veni, Spiritus aeternorum alme.* .. 99
31. Feria quinta, Sequentia : *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
32. In die Sanctae Trinitatis, Sequentia : *Benedicta sit Beata Trinitas.* 100
33. In festo de Corpore Christi, et in octava, Sequentia : *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
34. In Dedicatione ecclesiae, Sequentia : *Psallat Ecclesia.* K.866.
35. In natali unius evangelistae, Sequentia : *Laus devota mente.*[8] 74
36. In natali unius apostoli, Sequentia : *Clare sanctorum senatus.*[9] K.369.
37. In festis plurimorum apostolorum, Sequentia : *Alleluia nunc decantet.*[10] K.374.
38. In natali unius vel plurimorum martyrum, Sequentia : *Ecce pulchra canorum.*[11] 101
39. In natali unius confessoris et pontificis, Sequentia : *Adest nobis dies alma.*[12] K.438.
40. In natali unius confessoris non pontificis, et in natali unius abbatis, Sequentia : *Organicis canamus modulis.*[13] 32
41. In natali unius virginis et martyris, Sequentia : *Exsultemus in hac die.*[14] Morel 553.
42. In natali unius virginis non martyris, Sequentia : *Virginis venerandae.*[15] K.472.

5 Item Dominicis post octavas Paschae.
6 Item in die S. Mariae Magdalenae.
7 Item ad Missam sponsalium.
8 In die S. Marci, S. Matthaei, et S. Lucae.
9 In die S. Thomae, S. Barnabae, S. Iacobi, et S. Bartholomaei.
10 In die SS. Philippi et Iacobi, Dominica infra octavas et in octava SS. Petri et Pauli, et in die SS. Simonis et Iudae.
11 In die SS. Fabiani et Sebastiani, et S. Georgii, in festo Reliquiarum, in die S. Mauricii et sociorum eius, et S. Clementis.
12 In die S. Silvestri, S. Wulstani; S. Richardi, et S. Ambrosii in tempore Paschali; et S. Augustini; in translatione S. Edmundi; in die S. Augustini, et S. Edmundi.
13 In die S. Benedicti, S. Guthlaci, S. Hieronymi, et S. Leonardi.
14 In die S. Luciae, S. Priscae, S. Agnetis, S. Agathae, et S. Ceciliae.
15 In die S. Etheldredae, et S. Frideswidae.

16 Item in Commemoratione S. Pauli.
17 Item in Missa feriis tertiis vacantibus.
18 Item in Decollatione S. Iohannis Baptistae.

19 Item in Missa feriis quintis vacantibus.

94. DE S. THOMA CANTVARIENSI.

1

Mundo Christus oritur,
pax in terra canitur,
in excelsis gloria;
Thomas Christo nascitur,
dum pro Christo patitur,
inter haec sollemnia.

2

Quinta natalitii
huius est martyrii
dies plena gaudio;
Gaudet hinc Ecclesia,
gaudet caeli curia,
tanto laeta socio.

3

Felix martyr usquequaque,
vita clarus in utraque,
dignitatis gratia,
Dum in mundo sublimatus
est honore praesulatus
et in caelis gloria.

4

Causa, locus, si quaeratur,
pro qua, vel quo, sic caedatur
Deo placens hostia;
Causa Christus invenitur,
pro quo pugnat et punitur;
locus est ecclesia.

5

Ara Crucis tulit Christum;
ante aram caedit istum
ense manus impia;
Christus spinis coronatur;
huic corona vitae datur,
caesa transitoria.

6

Causa, poena, locus poenae
si pensentur, in hoc plene
plenum est martyrium;
Ornat virtus sanctum Dei,
sanctitatis ferunt ei
signa testimonium.

7

Caeci vident, muti fantur,
lepra fugit, et curantur
cuncta morbi genera;
Sed et magis honoratur,
quo defunctis vita datur
eius ope supera.

8

Sana, martyr, sacra prece
nos a morbo, nos a nece,
donans vitae praemia;
Ut, te duce, consequamur
vitae donum, et ducamur
ad aeterna gaudia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. S. Geneviève, f° BBL1, Missel Génovéfain (?), xiiie siècle, *M.* OXFORD : University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC.*

Cette Prose, comme toutes les Proses de Hereford, a été publiée par W. G. HENDERSON, dans l'édition du Missel de Hereford qu'il a fait imprimer à Leeds en 1874. Le même érudit a publié à la même époque, aux frais de la Surtees Society, une édition du Missel de York, renfermant outre les Proses de cette église, celles qui sont contenues dans le Tropaire manuscrit de Winchester. Or, il a établi son texte avec si peu de fixité, que certaines pièces qui se lisent à la fois dans les deux volumes, offrent dans sa double édition des leçons différentes. Dans ces conditions, nous ne relevons ses variantes que lorsqu'elles ne concordent pas avec celles qui nous sont fournies par le Missel de York ou par celui de Hereford.

1 c in excelsis alleluia (?) *Briocen.*
2 f laeta tanto *OC. Herforden.*
3 d Cum in mundo *Matisconen.*
4 b pro qua vel ubi *Briocen.* e vel punitur *OC. Herforden.*

5 b dedit istum *Briocen.* ipsum *HENDERSON*, contraire à la rime ; d Christus prius *Briocen.* f poena transitoria *Briocen.*
6 a Causa poenae *HENDERSON.* b si penseiur *OC. Briocen. Herforden.* in hoc pene *Briocen.* locus plene *Herforden.* f vera testimonia *Briocen.* ne rime pas.
7 c omnis morbi genera *Briocen. Matisconen.* d Sed magis *Matisconen.*, vers faux ; e quod *Briocen.* f multis ope *OC. Herforden.*
8 a sana prece *M. Matisconen.* sancta prece *Briocen. Herforden.*

95. INFRA OCTAVAS EPIPHANIAE.

1. Gaude, Virgo Ecclesia,

2. Christi et tuas recolens spirituales nuptias ;
3. Quas reges Magi celebrant, dona ferentes mystica.

4. In his omnia a Sponso conduntur nova, divina potentia :
5. Aquas legales in vina evangelica vertit virtute sua ;

6. Hac in die fluenta sacrat Iordanica ;
7. Rex et caeli Dominus servo Se inclinat ;

8. Insons Ipse tuas lavans maculas,
9. Ut sis Ei sancta et incorrupta,

10. Toro Eius digna et regali corona,
11. Mater filiorum, virgo tamen intacta ;

12. Ut et Secum praevaleas habitare in caelesti curia,
13. Et quae corda exhilarat angelica perfruaris gloria ;

14. Quo nos Ipse Sibi servientes perducat.

Manuscrits. OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA*. University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC*. CAMBRIDGE : Corpus Christi Coll., 473, Tropaire de Winchester, xi[e] siècle, *CCC*.

Cette Prose a été publiée par HENDERSON.

2 recolentes corrigé recolens *OA*.
5 convertit *HENDERSON*, rompt le rythme.
8 insons Christe *OC*.
12 habitare valeas *HENDERSON*, rompt le rythme.
13 Et qua *OA. OC. CCC. Herforden.* La correction *quae* s'impose.

96. FERIA SECVNDA POST PASCHA.

1. Prome casta concio carmina, organa subnectens ypodorica.
2. Regi claustra Deo tartarea rumpenti decanta nunc symphonia.

3. Morte qui victa resurgens, gaudia mundo gestat colenda ;
4. Ac insolita morantes perdita Cociti confinia

5. Adspectant lumina, intrante Illo Vita beata.
6. Terrore perculsa tremiscit daemonum plebs valida,

7. Dant suspiria fletuum alta ; repagula quis sic audax fregerit, mirantur tunc fortia.
8. Sic ad supera redit, cum turma gloriosa, et timida refovet discipulorum corda.
9. Praecelsa Huius trophaea admirantes, flagitemus nunc voce decliva,
10. Virginum inter agmina mereamur pretiosa colere ut Pascha,
11. Galilaea inque sacrata, praefulgidae contueri lucis exordia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *A;* 903, Graduel de Limoges, xie siècle, *A²;* 1084, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *B;* 1118, Idem, *D;* 1119, Idem, *E;* 1120, Idem, *F;* 1132, Idem, *G;* 1136, Idem, *H;* 1137, Idem, *I;* 1138, Idem, *K;* 1240, Idem, *M;* 9449, Tropaire de Nevers, xie siècle, *O;* 1139, Tropaire de Saint-Martial, xiie siècle, *P;* 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, xiie siècle, *Q;* 10508, Tropaire de Saint-Evroult, xiie siècle, *R;* 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiiie siècle, *T;* 16823, Missel de Saint-Corneille, xiiie siècle, *T³;* 17318, Idem, *T⁴;* 904, Missel de Rouen, xive siècle, *U;* 905, Graduel de Rouen, xve siècle, *X.* Cf. en outre : 1232, 10511, 12351 (nouv. acquisitions), xiie siècle ; 17319, 17321, 17329, xiiie siècle ; 16828, xive siècle ; 863, 17317, xve siècle. Bibl. S. Geneviève, f° BBL7, xiiie siècle, *R²*. Cf. en outre : f° BBL5, xve siècle. LIMOGES : Bibl. de la Ville, 17, xive siècle. LONDRES : Mus. Brit., 2 B IV, vers 1140, *LB;* 8 C XIII, xiie siècle, *LC;* Caligula A XIV, vers 1185, *LD.* OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA;* Barlow 5, Missel de Salisbury, vers 1370, *OB.* University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC;* Missel de York, vers 1390, *OD.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA;* Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.* Corpus Christi Coll., 473, Tropaire de Winchester, xie siècle, *CCC.* Sidney Sussex Coll., Missel de York, xive siècle, *CSS.*

Cette Prose se trouve aussi dans un Missel Écossais manuscrit, de 1491. Ce Missel a été imprimé sous le titre : *Liber ecclesie Beati Terrenani de Arbuthnott* ed. A. P. FORBES, Burntisland, 1864. Elle a aussi été imprimée par W. G. HENDERSON, ainsi que par F. H. DICKINSON dans l'édition du Missel de Salisbury, imprimée à Burntisland en 1883.

1 cantica *A. O. R. R². LC. OB. OD. CA. CB. CSS. Eboracen. Eduen. Herforden. Rothomagen. Sarisburien. Cluniacen.* FORBES. organica *OC.* hypoderica *Eduen.*

2 decantant *A²*. decantat *Eduen.* symphoniam *T. U. LB. LC. OA. CB. CCC.* cum symphonia *X.*

3 qui vita (!) *O. T. X. Sarisburien.* qua vita *Eduen.* gestans *LC.* gesta *CSS.*

4 At *Eduen.* Hac *OD. Eboracen. Sarisburien. Cluniacen.* Hic *B. K.* mirantes *Cluniacen.* mirando perdita *T³. T⁴.* perditi *K.* per dira *OD. CSS. Eboracen.* praedita *Eduen.* cochiti *OB. OD. CA. CSS. Eboracen. Sarisburien.* cochitti FORBES. cochinti *T⁴.* cocita *M.* conciti *B. H. K. P.* concita *Eduen.* codici *A.* vociti *O.* Jolie collection de variantes ! La clausule manque dans *LC.*

5 Exspectant *A. A². E.* Spectant *R². U. Rothomagen.* Spectant fortia *Cluniacen.* illa *D.* vitam beatam *A. E. F. P. LC.* luce beata *R. T. T³. T⁴. X. LB. LD. OA. OC. CB. CCC.*

6 percussa *R. T³. T⁴. X. LC. OB. CSS. Eduen. Rothomagen. Sarisburien.* FORBES. perculso *CCC.* tremescit *B. D. F. G. H. I. K. P. T³. T⁴. OA. OB. CCC. CSS. Eboracen. Eduen. Sarisburien. Cluniacen.*

7 Dans *P. Rothomagen.* fletum *T³. CSS.* flectuum (!) *LD.* repticula (!) *A².*

qui sic *D. M. R². T³. T⁴. U. X. LB. OA. CB. CCC. Cluniacen.* nunc fortia *K. Cluniacen.* tam fortia *T³. T⁴. LB.*

8 Hic ad *A. Eduen.* Sed ad *G.* rediit *R.* reddit *A. B. D. E. F. M.* conturma (!) *LC.* ac timida *LD.* tumida *A.² F. U.* refovent *T³.* resonent *X.*

9 flagitamus *A. E. G. H. U. X. CCC. Eduen. Cluniacen.* flagitaemus (a changé en ae) *LC. OA.* voce devota *T³. T⁴.*

10 Speciosa colere *LC.* pretiosum, *T³. T⁴. OC. OD. CB. Eboracen. HENDERSON.*

11 Galilaeam *A². B. D. E. F. G. I. K. M. O. LC. Cluniacen.* in qua *A². B. D. E. F. G. I. K. M. O. T³. LC. Eduen. Cluniacen.* in qua (a changé en ae) *OA.* praefulgida *T³. LB. OB. CA. Sarisburien. FORBES.* per exordia *T⁴.* prae fulgore *A². B. D. E. F. G. H. I. K. M. O. P. R. U. LC. Eduen. Cluniacen.* contuerit (!) *D.* intueri *X.* per exordia *Eduen.*

La popularité de cette Prose fut très grande au Moyen-Age, surtout dans les pays Normands. Outre les nombreux manuscrits et imprimés dont nous avons relevé les variantes, on peut encore consulter les Missels de Bayeux, de Beauvais, de Chartres, d'Évreux, de Fontevrault (1604), de l'ordre des Trinitaires, etc.

97. FERIA TERTIA PASCHAE.

1. Concinat orbis cunctus : Alleluia !

2. Votis, voce, sollemnia
3. Celebrando paschalia ;

4. Insontum tenera
5. Congaudeat turma,

6. Sacro fonte nivea,

7. Spernens Flegetontis undas.

8. Nos quoque laxas aptemus fibras arte musica,
9. Voce sonora modificantes prosis neumata,

6 a. Voce satis tinnula.

10. Christus namque mitis hostia
11. Factus nostra ob remedia,

6 b. Crucis pertulit probra ;

12. Et iugis Vita manens subiit lethalia,
13. Fellis amara passus praelibare pocula.

14. Vulnera satis toleravit dira, transfixus clavis et lancea ;
15. Sic tolerando mala gerens nostra, descendit ad ima tartara.

16. Hostis antiqui quo defringens arma, revehit potens ampla ovando trophaea ;
17. Sicque, devicta morte ac resumpta carne, resurgit victor, die hodierna.

18. Unde iam iocundas Ipsi canamus odas,
19. Per quem nobis vita redit aeterna,

20. Et caeli clara nobis patescit aula ;

21. Cui sit laus praeclara.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 10508, Tropaire de Saint-Evroult, xiie siècle, *R;* 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiiie siècle, *T;* 13254, Graduel, xiiie siècle, T^2; 16823, Missel de Saint-Corneille, xiiie siècle, T^3; 17318, Idem, T^4; 904 Missel de Rouen, xive siècle, *U;* 863, Missel de Rouen, xve siècle, *V;* 905, Graduel de Rouen, xve siècle, *X;* 17317, Missel de Rouen, xve siècle, *Z.* Cf. en outre : 17318, 17319, 17321, 17329, xiiie siècle ; 16828, xive siècle. Bibl. S. Geneviève, f° BBL5, xve siècle. LONDRES : Mus. Brit., 2 B IV, vers 1140, *LB;* 8 C XIII, xiie siècle, *LC.* Caligula A XIV, vers 1185, *LD.* OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA;* Barlow 5, Missel de Salisbury, vers 1370, *OB.* University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC;* Missel de York, vers 1390, *OD.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA.* Sidney Sussex Coll., Missel de York, xive siècle, *CSS.*

Cette Prose a été publiée par FORBES, par HENDERSON, et par DICKINSON.

1 Concinet *OA.*
3 Celebranda *OC.* sollemnia paschalia *Z.*
5 turba T^3. T^4. *LC.*
6 fontis (!) ***Sarisburien.***
7 Cernens T^2. Serpens *U.* Flagetontis *OC.* Flagitontis (!) *FORBES.* unda *U.*
8 lapsas T^2. *U. Z.* arcemus *LD.* fimbras (!) *U.* arte medica *T.*
9 Voce canora T^3. T^4. sonora timula mente devotissima *OB.* prosint (!) neumata *Z.* pneumata *T.* T^2. T^3. T^4. *U. LB. LC. LD. OA. OD. CA. CSS. HENDERSON.* La confusion entre ***neuma*** et ***pneuma*** est fréquente dans les Tropaires.
6 a sitis (!) *U.* trivila ***Eboracen.*** Cette clausule manque dans *OB.* Elle est suivie par Mente devotissima dans *CA.*
7 Christe T^2.
6 b Crucis tulit robora T^2. *LC. OA.*
11 Facti *CA.*
12 Ut iugis *V.* iugi ***Rothomagen.*** magis vita *U.*
13 Pellis (!) *LD. OB.* fessus prolibare (!) *Z.*
14 tollerante *CA.* confixus *LC. LD.*
15 Hic T^2. T^3. vulnerando T^2. patiendo *OB. CA.* ***Herforden. Sarisburien.*** *FORBES.* tartarea *OC. FORBES.*
16 antiqua T^2. qua T^2. qui T^3. T^4. defingens T^2. defungens *X.* defigens *Z.* revehit arma *V. Z.*
17 ac manque dans *OC.* victor Christus *LC.* die in tertia *CA.* ***Herforden. Sarisburien.*** *FORBES.* die tertia *OB.*
18 Inde T^2. *OA.* Christi canamus *OC.* cantarnus *CA.*
19 vita plausit T^2. *OA. CA.* ***Herforden. Sarisburien.*** *FORBES.* vita reddit *V. LC.*
20 patefecit (!) aula *X.*
21 aeterna *OD. CSS.* ***Eboracen.***

Le parallélisme de cette Prose est très curieux. La clausule 7 ne correspond à aucune autre clausule ; par contre la clausule 6 revient à trois reprises dans le corps du morceau, et forme une sorte de refrain. Le même fait se reproduit dans la Prose suivante où la clausule 8 est répétée quatre fois. Le texte se trouve sans variantes importantes, dans les Missels de Bayeux, de Beauvais, de Laon, de Senlis, et de l'Ordre des Trinitaires.

98. FERIA SEXTA PASCHAE.

1. Psalle lyrica carmina,
2. Iubilans Domino, turmula
3. Praesens, mera cum symphonia.
4. Ipsum nam condecet laus, gloria, quem laudat in caelo angelica universa dignitas ;
5. Is enim caeli, terrae machinam, pelagus atque ex nihilo quae sunt creavit omnia.
6. Is deiectum paradisicolam reduxit ad aeternae vitae pascua,
7. Carnem sumens pro nobis humanam, natus matre de vera, Sancta Maria,
8. Virgine casta.
9. In Crucis mysterio devastans mortem, claustra fregit infernalia,
10. Chirographum antiquae praevaricationis delens morte sua ;
11. Sic surgens, Zabulo triumphato, die tertia,
12. Quis fisus fuerat, eius arma aufert omnia,

8 a. Forti dextera.

13. Eiusque cuncta spolia diripiens, vehit Secum ad astra,
14. Angelicis agminibus Pastor bonus constituens socia.
15. Quapropter, huius in laude, pangite gentes cum populis iubilamina,
16. Ipsius cruore sacro redemptae, mortis a vinculo vita reddita,

8 b. In poli aula ;

17. Ubi pariter laetemur semper cum ovibus, ad Patris dextram.
18. Cum examine supremo Iudex iudicabit cuncta saecula,

8 c. Flammis purgata,

19. Simul resonent redempta, fiat.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiii[e] siècle, *T;* 904, Missel de Rouen, xiv[e] siècle, *U;* 863, Missel de Rouen, xv[e] siècle, *V;* 905, Graduel de Rouen, xv[e] siècle, *X;* 17317, Missel de Rouen, xv[e] siècle, *Z.* LONDRES : Mus. Brit., 2 B IV, vers 1140, *LB;* 8 C XIII, xii[e] siècle, *LC;* Caligula A XIV, vers 1185, *LD.* OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA.* University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.*

Cette pièce a été publiée par HENDERSON.

4 Ipsi *OA. LC.* cum decet *X. LC.* laus et gloria *Herforden.* laudant *OA.* in caelum *U.*
5 His *OC.* Ad omnem caeli *V. Z.* caeli manque dans *U.* machina *Herforden.* ac ex *OC.* pelagus ex *CB.*
6 His *LC. OC.* paradisicolas *Herforden.* aeterna *OA.*
7 humanans *LC.* natus de vera sancta *V. X. Z.*

9 Hinc crucis *LB. OA. OC. CB. Herforden.* mysteria *LC.* morte *V. X. Z.*
10 antiquum *T.* dolens (!) *LC.*
11 Hic surgens *U. V. Z. Herforden.* Zabulon *OC. Herforden.*
12 Qui *U. V. X. Z. LC.* Queis HENDERSON. fixus *V. Z.*
8 a dextra contraire au rythme, *LC. Herforden.*
13 Eve eiusque *LC.* Cuiusque *OC. CB.*
14 est contuens *OC.*
15 pangite omnes cum *CB.*
16 redemptis *HENDERSON*, n'offre pas de sens. vitae *CB.*
17 Ibi *V.* cum omnibus *OC. Herforden.* dexteram contraire au rythme, *U. X. Z. LC. OC. CB. Herforden.*
18 saecula cuncta *Z.*
19 resonant *Herforden.*

99. FERIA QVARTA POST PENTECOSTEN.

1. *Veni, Spiritus* aeternorum alme ;

2. *Mentes Tuorum visita,* iacentes aegris moribus ;
3. *Imple superna gratia quae Tu creasti pectora.*

4. Qui *altissimi donum Dei* diceris,
5. *Fons* perpetuus, *spiritalis unctio ;*

6. Tu promissum Omnipotentis munus esse crederis ;
7. Apostolos Tu linguis fundavisti sanctos igneis.

8. Lumen de te cordibus infunde perenne, firmans miseros.
9. Verum affer amorem muneraque charitatis plurima.

10. *Hostem* repelle invidum, da perfrui pace supera ;

11. Sic, duce *Te praevio,* valeamus scandere aetherea convexa.

Manuscrits. LONDRES : Mus. Brit., Caligula A XIV, vers 1185, *LD.* OXFORD : University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC.*

Cette pièce a été publiée par HENDERSON. Elle l'a été également par W. MOLL, *Hymnen en Sequentiën uit Handschriften en oude Drukwerken*, n° XXI, page 28, d'après un Graduel de l'église collégiale de Sainte-Marie d'Utrecht, manuscrit du XV[e] siècle, conservé à Utrecht, dans la Bibliothèque de l'Université.

1 consolator *Pragen. Zagrabien.*
2 aegras *OC. Herforden. Sagien.*
3 terrigenarum *Pragen. Zagrabien.*
5 principalis *OC. Herforden.*
6 Patris omnipotentis *LD. OC. Herforden. Lunden. Sagien. MOLL*, rompt le parallélisme ; esse diceris *Pragen.* credideris *MOLL.*
7 Apostolorum *OC.* sanctos manque dans *OC.*
8 da cordibus virtute perenni *Pragen. Zagrabien.* firmans perpeti *Pragen.*, mauvaise leçon amenée par un souvenir de l'Hymne à laquelle nombre de mots de cette Prose sont empruntés.
9 effer *OC.* offer *Sagien.* charitate *LD.*
10 depellens *LD.* depelle *OC. Herforden. Lunden.* depellas *MOLL.* daque frui *Pragen. Sagien.* dansque frui *Zagrabien.* superna *Herforden. Lunden. MOLL.* perpetua *OC.*

11 Te duce *LD.* Ut duce tecum *Sagien.* aethera *Pragen.* ad aethera *Herforden. Sagien.* ad aetherea *LD. OC. Lunden.* HENDERSON, MOLL. Le parallélisme n'existe pas dans les clausules 10 et 11.

100. DE SANCTA TRINITATE.

1. Benedicta sit Beata Trinitas, Deitas aeterna, pariter coaequalis gloria,
2. Deus Genitor, Natus genitus, cum Sacro Pneumate, permanens super omne quod exstat;
3. Quibus est una semper voluntas, et a se discrepat haud unquam triplicata persona.
4. Nam constat Deitas una, non in tres deos divisa, quae fides fatetur a Christo orthodoxe dedita.
5. Haec namque pellit delicta, patriam cedit serenam, qua dulcem iubilant agmina symphoniam caelica;
6. Altithroni vestigia imitantur stolis candidata,
7. Operiunturque binas, quas captant post saecli discrimina.
8. Et nos, quos illustrat gratia Dei supera, demus nostra debita,
9. Quatenus caterva caelica nobis maneat, post funera, socia,
10. Ultimaque peracta discrimina, possimus alta possidere mox palatia,
11. Quo perspicua flagrat lux accensa constanti flamma, quae Deus est visio nostra [et salus aeterna,]
12. Angelorum quae illustrat fortiter pectora,
13. Ut in Christo solo sua defigant lumina;
14. Haec namque est illa sitis flagrans, qua tunc sitient animae sanctorum, vel corpora,
15. Cum fuerint data perpetua eis, pro bonis, a Iudice praemia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *A;* 1084, Idem, *B;* 1118, Idem, *D;* 1119, Idem, *E;* 1120, Idem, *F;* 1132, Idem, *G;* 1136, Idem, *H;* 1137, Idem, *I;* 1138, Idem, *K;* 9449, Tropaire de Nevers, xie siècle, *O;* 1139, Tropaire de Saint-Martial, (deux rédactions), *P; P²;* 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, xiie siècle, *Q;* 10508, Tropaire de Saint-Évroult, xiie siècle, *R;* 13252, Tropaire de Saint-Magloire (?) Paris, xiie siècle, *S;* 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiiie siècle, *T;* 904, Missel de Rouen, xive siècle, *U.* Cf. en outre : 10511, xiie siècle; 10502, 17312, xiiie siècle; 1106, 1114, 10513, xive siècle ; 863, 864, 865A, 865B, 867, 868, 880, 887, 905, 17313, 17317, etc., xve siècle. Bibl. S. Geneviève, f° BBL7, xiiie siècle ; f° BBL5, xve siècle ; 4° BBL10, xve siècle. LIMOGES : Bibl. de la Ville, 17, xive siècle, etc. LONDRES : Mus. Brit., 2 B IV, vers 1140, *LB;* Caligula A XIV, vers 1185, *LD.* Cf. en outre : Add. 30058. OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA;* Barlow 5, Missel de Salisbury, vers 1370, *OB;* University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC;* Missel de York, vers 1390, *OD.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360,

CA; Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.* Corpus Christi Coll., 473, Tropaire de Winchester, xi[e] siècle, *CCC.* Sidney Sussex Coll., Missel de York, xiv[e] siècle, *CSS.*

Cette Prose a été publiée par FORBES, par HENDERSON, et par DICKINSON.

1 Dei (!) aeterna *OB.*
2 Natus Virtus *CA.* neumate *O. P. P². Q. OD. CB. Eboracen. Sarisburien.* permanet *Q.* ante omne *CA.*
3 nec a se......aut unquam *B. D. E. F. G. H. I. K. P. P².* ad se *K. O. P.* discrepans *T. U. LB. LD. OC. OD. CA. CSS. Eboracen. Rothomagen. HENDERSON.* nunquam *OD. CA. CSS. Eboracen. Sarisburien.* aut nunquam *CB.* aut nunquam, corrigé unquam *OB.*
4 quod fides *R. S. T. U. LB. LD. OB. OC. OD. CSS. Eboracen. Herforden. Rothomagen. Sarisburien. FORBES. HENDERSON.* quam fides *OA. Eduen.* fides factura (!) sed Christo *U.* edita *DICKINSON.*
5 patriam edit *G.* dedit *OB.* sedit *U.* reddit *OC. CA. Eduen.* serena *LD.* quam *B. I. K. O. P. Q. R. S. LD. CA. CB. OA. OC. Eduen.* dulce *G. I. P². Q. S.* dulces (!) *P.* dulci *Eduen.* symphonia *F. O. P². Q. OB. Eduen.* symphonia (m effacé) *A.* symphonizant *G.*
6 Alti throni *O. P. P². S. T. U.* candida *U.*
7 Aperiunturque (!) *B. P. Q. U. LD. OB.* Aporiunturque (!) *K.* captent *OC.* per saecli *Eduen.* saecli vestigia *O.*
8. At nos *Rothomagen.* Ut nos *G. P².* gratia semper aeterna *O.* superna *CSS.*
9 maneant *S. CB.* nobis munera (!) *O.* post futura *Eduen.* post socia funera *P.* socia post funera *A. B. D. E. F. G. H. K. P².* socia manque dans *OB.*
10 Ultimoque peracto *CA.* Ultimoque peracto discrimine *R. T. U. LB. LD. OB. OC. CB. Herforden. Rothomagen. Sarisburien. FORBES.* Cette variante semble à première vue, être la vraie leçon. Il n'en est rien cependant. Le rythme de la pièce exige des assonances intérieures en *a.* L'auteur a considéré (selon un usage fréquent à cette époque du Moyen-Age,) un neutre pluriel comme un féminin singulier. Il a donc fait de *Ultimaque peracta discrimina*, un véritable ablatif absolu. Ulti (!) namque *CCC.* per acta *Eduen.* post acta *OD. CSS. Eboracen.* poscimus *O. P. Q. S. Herforden.* petimus *OD. Eboracen.* petimus alta polorum *Eduen.* alta perfrui mox palatia *O. Q. R. S. T. U. LC. LD. CB. OA. OC. OD. CCC. CSS. Eboracen.* alta perfrui mox palatio *CA.* alto perfrui mox palatio *OB. Herforden. Sarisburien. FORBES.* altis.....palatiis *Rothomagen.* ¦et perfrui (au-dessus : possidere) *B.* Cette dernière variante explique toutes celles qui précèdent. caelestia palatia *G.*
11 Qua *R. T. LC. LD.* Quos *U.* per spicula *OA.* micat lux *A. D. F. G. H. I.* micax (!) *P².* lux flagrat *OC. OD. CSS. Eboracen. Rothomagen.* frangat (et au-dessus : manat) *B.* constantim *O.* flammam *P. Q.* qui Deus *O. Q.* qua Deus *LD.* est Deus *CCC.* quae est Deus *OA.* quo Deus *OD. CA. CSS. Eboracen.* Les trois derniers mots de cette clausule rompent le rythme, sont inutiles au sens, et nous semblent devoir être supprimés comme une interpolation. Mais ils existent dans tous les textes que nous avons pu compulser. C'est pourquoi nous les conservons entre parenthèses.
12 fortiter supera *OQ.*
13 Et *K. OB. OC. CA. Sarisburien.* in Christum solum *T. LC. LD. OC.* in Christo sole *P. Q. Eduen.* sola *U. CSS.* tua *OC.* diffigunt *O. Q.* defigunt *CA.* designat (!) *P².* designant *U. Eduen.*
14 Est namque *U.* sitis illa *Herforden.* illa est sitis *B. K.* qui tunc *D.* quae tunc *I.* quam tunc *P. Eboracen. Rothomagen.* nunc *OD.* sitiunt *O. Q. LD OA. CA. CB.* et corpora *A. D. E. F. G. H. P². OD.*

15 Dum *P*[2]. *OA*. Qui *Eduen.* docta perpetua *CCC.* bonis pro eis *A.* (leçon douteuse) *BD.* (après correction de *ea*) *E. F. G. H. I. S. CA.* pro ea *K.* bonis pro actis *O. Q.* pro nobis *LD.* nobis pro eis *OA. CCC. Eduen.* On lit dans *Q.* à la suite de cette clausule : Amen subiungant cuncta.

Il est impossible et il serait fastidieux de collationner tous les Missels où cette Prose nous a été conservée. Qu'il nous suffise de citer les Missels d'Avranches, d'Angers, d'Arras, d'Orléans, d'Auxerre, de Bayeux, de Châlon sur-Saône, de Cambrai, de Chartres, du Mans, d'Évreux, de Laon, de Lisieux, de Macon, de Séez, de Sens, de Tours, de Troyes, de Cluny, des Trinitaires et de l'abbaye de Fontevrault (1604). Aucun de ces Missels n'a d'importance pour l'établissement du texte.

101. DE VNO VEL PLVRIMIS MARTYRIBVS.

1. Ecce pulchra

2. Canorum resonat voce Alleluia,
3. Intimans requiem civibus inclytam.

4. Felix stat nimium angelorum rutilans agmina :
5. " Sancte, Sancte, Sancte, " Christo ovanter proclamantia.

6. Sublimi in cathedra, Apostolorum sedet fulgida lampada, tribus et linguas iudicantia :
7. Omnia ut stercora reputarunt humida : propter hoc emicant velut stella firmamenti clara.

8. Stolis candidis martyrum adornantur colla ;
9. Hi sunt milites qui mundi praeliarunt bella.

10. Coronis albis coronantur sancti, qui confitentes crediderunt iusta, vel fide certantes respuerunt vana ; modo habent caelestia regna ;
11. In qua triumphant gliscentes optime, sive cantitant psallentes carmina, arte laudiflua, voce dulcimoda, Regi Christo submittentes colla.

12. Multum recitaris laude spirituum, atque iubilaris in choro virginum, Alleluia dulcimode ; te decantant pudicum agmina.
13. Laus Tibi sit semper, Christe, per omnia, qui opitularis cantantes talia ; voce pulchra Alleluia et nos ipsi proclamemus una !

14. Da nobis aeterna regna florida,
15. Ubi cantemus omnes : Alleluia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xi[e] siècle, *A;* 1084, Idem, *B;* 1118, Idem, *D;* 1119, Idem, *E;* 1120, Idem, *F;* 1132, Idem, *G;* 1136, Idem, *H;* 1137, Idem, *I;* 1240, Idem, *M;* 9449, Tropaire de Nevers, xi[e] siècle, *O;* 1139, Tropaire de Saint-Martial, xii[e] siècle, *P;* 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, xii[e] siècle, *Q;* 10508, Tropaire de Saint-Évroult, xii[e] siècle, *R;* 13252, Tropaire de Saint-Magloire (?), Paris, xii[e] siècle, *S;* 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *T*[1]*;* 904, Missel de Rouen, xiv[e] siècle, *U.* Cf. en outre : 1086, 16823, 17318, 17319, xiii[e] siècle ; 16828, xiv[e] siècle;

863, 867, 905, 15105, 17317, xve siècle. Bibl. de l'Arsenal, 1169, Tropaire d'Autun, xie siècle, *N.* Bibl. S. Geneviève, Cf. f° BBL7, xiiie siècle; f° BBL5, xve siècle. LONDRES : Mus. Brit., 2 B IV, vers 1140, *LB;* Caligula A XIV, vers 1185, *LD.* OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA;* Barlow 5, Missel de Salisbury, vers 1370, *OB.* University Coll., Missel de York, vers 1390, *OD.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA ;* Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.* Corpus Christi Coll., 473, Tropaire de Winchester, xie siècle, *CCC.* Sidney Sussex Coll., Missel de York, xive siècle, *CSS.*

Cette Prose a été éditée par FORBES, par HENDERSON, et par DICKINSON.

Le titre que porte cette Prose dans le Missel de Hereford n'est pas son titre vrai. Elle a été en réalité composée pour être chantée le jour de la Toussaint : " In festivitate Omnium Sanctorum, " *H;* " De Omnibus Sanctis, " *I;* " Prosa Omnium Sanctorum, " *P;* " Ad sancta sanctorum canitura " (sic), *F;* etc. C'est en restreindre le sens que de l'appliquer exclusivement à un ou à plusieurs martyrs. Elle porte dans le 1087 de la Bibl. Nat. à Paris, le titre : " De Martyribus ; " dans le 16828 elle est appliquée à Saint Corneille ; dans le 867 à Saint Germain ; dans le 9449 et le 1235 (nouv. acquisitions) à Saint Jean l'Évangéliste, etc. Dans le 1105, elle célèbre Saint Nicaise ; mais le texte de ce manuscrit, tout en gardant le même incipit, a été remanié de fond en comble. Nous le donnerons en son lieu.

2 Canora *CSS.* resonet *A. B. H. I. N. Q. OA. OB. OD. CSS. Herforden. Rothomagen. Sarisburien. FORBES.* resonent *D.G.* resultat *F.*

3 requiem omnium *P.* sanctorum *LB. OD. CSS. Eboracen.* civium *OA. CB. CCC. Herforden. HENDERSON.* inclyta *B. I. M. N. O. P. Q. Herforden.*

4 Felicia nimium *U. LD. CB. Constantien.*, 1557. *Eboracen. Sarisburien. FORBES.* Caelica nimium *OB. FORBES.* sat nimium *T^1.* rutilant *R. U. OB. CB. Constantien. Eboracen. Sarisburien.* exultans agmina *S.* rutilans caterva *OD. CSS.* Toutes ces variantes sont des corrections postérieures, plus ou moins ingénieuses, mais qui doivent être rejetées. Le texte vrai est *rutilans agmina :* ce dernier mot étant considéré, en ce qui concerne son adjectif, comme un féminin singulier. Nous en avons déjà trouvé et nous en trouverons encore de nombreux exemples dans les Proses de cette époque. Cf. clausule 6.

5 ovans iugiter proclamat *OD. CSS.*

6 On lit avant cette clausule : Domini vestigia qui secuti iusta degentes in terra rutilant demarcessibilem vitam *FORBES*....... et post hanc marcessibilem vitam *Constantien.* Cette même clausule avec la variante du Missel de Coutances, existe dans le Tropaire de Saint-Évroult ainsi que dans le Séquentiaire de Cerne, avec la variante : secuti sunt iusti. Seulement elle y remplace la clausule 7. On a eu peur évidemment de l'expression si énergique (de Saint-Paul) : *Omnia ut stercora.* Sublimis *A.P.* sedent *LD.* sedea (!) *A.I.* sedes *B.P.* sede *N. R. S. T^1. U. LB. LD. OA. OB. CB. CCC. Eboracen. Herforden. Sarisburien. FORBES.* apostolorum pacis sedet *O.* sancta *Constantien.* fulgida caterva *OD. CSS.* fulgida agmina *LD.* Correction à rejeter. L'auteur décline *lampada, ae.* linguis *A. B. D. N. P. Q. T^1. U. OA. CB. CCC.* Mauvaise variante, amenée par le voisinage de *tribus* qui a été considéré comme un datif. linguae (!) *O.*

7 manque dans *Constantien.* Domini vestigia qui secuti in terra : propter *CSS* refutarunt *D.* tumida *E. F. G. H. I. R. S. T^1. U. LC. OA. OB. CCC. Constantien. Herforden. Rothomagen. Sarisburien. FORBES.* humana (après grattage,) *A.* timida *LD.* L'adjectif *humida* signifiant " les choses terrestres " n'a pas été compris des copistes. Il en est résulté les variantes qui précèdent. Domini vestigia qui secuti in terra propter etc. *OD. Eboracen.* propter haec *Sarisburien.* emicat *I. M. N. O.* velut stellae *B.* velut astra *LD.* firmamento *D.*

8-9 L'ordre des clausules est interverti dans *Constantien.*
10 Cette clausule et les suivantes forment une Prose à part dans *Constantien.* sanctis (!) *N.* confidentes *N.* confitenter *O.* crediderunt iuste *N. R. T*[1]. *LB. LD. OA. OB. CB. CCC. Herforden. Rothomagen. Sarisburien.* FORBES. crediderunt iusti *I.P.* crediderunt vere *S. U.* crediderunt iuxta (!) *B. Q.* vel ut fide *N.* hac fide *CCC.* ac fide *OD. Eboracen.* respuentes *CSS.* habent modo *T*[1].
11 triumpharunt *OA. CB.* dicentes *S. LC. LD. OB. Constantien. Herforden. Rothomagen. Sarisburien.* FORBES. clientes *B.* cliscentes (!) *D.* optima *O. Q. LD.* canticant *OA. OD. CCC. CSS. Eboracen. Sarisburien.* FORBES. decantes (!) corrigé canticant *OB.* sive decantant *Herforden. Rothomagen.* FORBES. HENDERSON. voce dulciflua *A. B. F. G. H. I. M. P. R. S. U. OA. CCC.* valde (!) dulciflua *D. CB.* voce dulcisona *T*[1]. *LB. LD. OB. Rothomagen. Sarisburien.* FORBES. dulcisonat (!) *N.* dulcimodo *CSS.*
12 Entre les clausules 11 et 12 on lit dans *Q:*

Regi Christo submittentes colla,
Dulcia psallant perennes cantica
Quibus laudatur Rex per cuncta saecla.

Les deux dernières lignes rythmiques se lisent aussi dans *O.* Multum recitantes laudes..... iubilantes (et, après correction : recitaris..... iubilaris) *B.* Multa *CCC.* recitari (!) *Q.* sive iubilaris *T.*[1] dulcimodo *R. LD. CCC.* dulcimoda *LB. OA. OB. Sarisburien.* FORBES. multimode *Rothomagen.* quem decantant *S. OA. CB. CCC.* quod *R.* sive decantant piorum *T*[1]. decantent *N. O. Q. R. Herforden.* pudicum manque *D.*
13 La clausule manque dans *B.* sit Tibi *OD. Eboracen.* Christe semper *Q. S. LD. OB. OD. CSS. Constantien. Eboracen.* per saecla *LD.* canentes *OA. OD. CB. CCC. Eboracen.* Alleluia voce pulchra *O. Q.* ut nos *D. OA. CCC.* et nos Christi *Sarisburien.* et nos Tibi *OD. CSS. Eboracen.*
14 aeterne *D. E. G. H. M.* aeterni regni *LD.*
15 Ibi *D.* Ubi Tibi *OA. CCC.* In qua Tibi *OD. CSS. Eboracen.*

Outre les Missels imprimés dont nous avons relevé les variantes, on peut encore consulter ceux d'Évreux, de Séez, de Chartres, ds Senlis, d'Orléans, du Mans, d'Autun, d'Angoulême et de Fontevrault (1604).

102. DE SANCTO VINCENTIO.

1

Stola iocunditatis, Alleluia,

2

Induit hodie Dominus
militem suum Vincentium.
Solito plaudat alacrius
concio laeta fidelium.

3

Hodie martyr insignis
hostiam Deo placentem obtulit;
Hodie tormentum mortis
graviter examinatus pertulit.

4

Animatus ad certamen
monitu beati senis,
Gravissimis non refugit
exhibere membra poenis.

5

Ante ducem *accersitur*
et de fide *convenitur*
Christi et *Ecclesiae;*
Sed non cedit blandimentis
emollitur aut *tormentis*
eius pertinaciae.

6

Il*luditur* Dacianus
sanctum premens dux insanus
salis per minutias;
Stat minister caritatis
visceribus laniatis
multas per iniurias.

7

Furit igitur praefectus,
et paratur ardens lectus;
insultantis viscera
crates urit aspera;

8

Sudat martyr in agone
spe mercedis et coronae,
quae datur fidelibus
pro Christo certantibus.

9

De cuius militia
caeli gaudet curia;
Quia vicit hodie
ministros nequitiae.

10

Ut hunc ergo per patronum
consequamur vitae donum,
In illius die festo
chorus noster laetus esto;

11

Iocundum in ecclesia
decantans. Alleluia.

Manuscrits. OXFORD : Bibl. Bodl., Barlow 5, Missel de Salisbury, vers 1370, *OB.* University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA.*

Cette Prose n'est autre chose qu'une adaptation à Saint Vincent de la célèbre Prose de Saint Laurent, publiée par Kehrein (nº 625). Nous imprimons en italiques tout ce qui n'est pas spécial à Saint Vincent. Nous ne donnons en note que les variantes concernant les quelques vers inédits. Pour les autres, cf. PARIS : Bibl. Nat., 833, xiiᵉ siècle ; 830, 10502, 13254, 15615, 16823, 17318, 17319, 17321, 17329, xiiiᵉ siècle ; 904, 1098, 1101, 1106, 1107, 8884, 10513, 16828, 17316, xivᵉ siècle ; 863, 864, 865, 865A, 867, 868, 871, 872, 873, 905, 17317, xvᵉ siècle ; 842, xvᵉ-xviᵉ siècle, etc. Bibl. de l'Arsenal, 595, xivᵉ siècle. Bibl. S. Geneviève, fº BBL7, xiiiᵉ siècle ; fº BBL1, fº BBL5, xvᵉ siècle. LIMOGES : Bibl. de la Ville, 17, xivᵉ siècle. LONDRES : Mus. Brit., Caligula A XIV, vers 1185 : 12194, xiiiᵉ siècle ; Nero E VIII ; Add. 30058. OXFORD : University Coll., Missel de York.

Cette Prose a été éditée par FORBES, par HENDERSON, et par DICKINSON.

3 c tormentum ignis *OB. Sarisburien. FORBES, HENDERSON.*
5 a regem *OC. HENDERSON.* b de rebus convenitur *CA. FORBES, HENDERSON.* c communis Ecclesiae *OB. CA. Sarisburien. FORBES.* e emollitus *HENDERSON.* haut *OC.* haud *FORBES.* f avaritiae *HENDERSON.*
6 b c dum sustinet martyr sanus poenarum angustias *OB. CA. Sarisburien. FORBES.* d Dat *OB. CA. Sarisburien. FORBES.* e f hostibus exsuperatis gratiarum copias *OB. CA. Sarisburien. FORBES.*

103. DE S. ETHELBERTO.

1

Laudes Deo decantemus,
et in Eo exsultemus
qui sanctos glorificat,
Cuius nutu Ethelbertus
iam in caelo regnat certus,
et Deum magnificat.

2

Sceptri florens maiestate,
sacra morum honestate,
Ethelberte, micuisti,
dum hic regnum tenuisti ;
Regni culmen quamvis nactus,
nulla carnis labe tactus,
caelebs semper exstitisti
quia Deum dilexisti.

3

Instar solis illuxisti
in hac vita, dum fuisti
finibus Britanniae ;
Ornans Anglos orientis
ortu, nece occidentis
et signorum culmine.

4

Signa magna plena miro
et condigna tanto viro
fiunt tuo funere,
Quae iniuste te necatum
et indigne tumulatum
monstrant Dei munere.

5

Dum in cruce triumphavit
Auctor vitae, sol negavit
mundo lumen reddere,
Sed in tua passione
mira sub conditione
nox refulsit iubare ;

6

Et stuporem magnum praestant
signa magna adhuc restant
quae per mundi Conditorem
nostri fiunt ad honorem.
Post mortem apparuisti
uni viro, et iussisti
ut indecenter humatum
corpus tuum sit sublatum.

7

Quod cum fuit mox impletum,
caput vultum monstrat laetum,
ac si durum nil perpessum,
sed a somno surgat fessum.
Corpus sacrum cum cruore
dulci respirat odore,
quae currui imponuntur
et a loco deducuntur.

8

Dum per viam currus vadit
nutu Dei caput cadit,
ad quod cum caecus elisit,
visum cepit quem amisit ;
Corpus tandem est delatum
in Fernleia tumulatum,
ubi sanctus floret signis
omnium stupore dignis.

9

Quam es potens rex in vita
ubi vivis, cuius ita
mors fulget miraculis !
Multum potes coram Deo
ora iugis coram Eo
pro mundi piaculis.

Manuscrit. OXFORD : University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC.*

Cette Prose a été éditée par HENDERSON.

1 b Christo *HENDERSON.*
2 f tractus *HENDERSON.*

4 a plene *OC.* b qua condigna *OC.*
6 b stant *Herforden.* donne un vers faux. quae adhuc restant *OC.*
7 c dirum *OC.*

104. DE SANCTO ETHELBERTO.

1

Summi Regis in honore
martyris memoria
Ethelberti cum maiore
fiat reverentia.

2

Hic reginae detestatur
amplexus illicitos ;
Spreta mortem machinatur
ob amores vetitos.

3

Qui dum subdit sic regale
diadema gladio,
Regnum mutat temporale
felici commercio

4

Rex et martyr Ethelberte,
praesenti familiae
Te laudanti detur per te
lux caelestis patriae.

Manuscrit. OXFORD : University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC.*

Cette pièce a été éditée par HENDERSON.

1 b sollemnia *Herforden.* d fiant *Herforden.*

105. DE SANCTA ANNA.

1

Anna stirpe generosa,
coniux diu sterilis,
Facta prole gloriosa
ventris fructu fertilis,

2

Cuius est repudiata
muneris oblatio,
Angelico confortata
caelitus eloquio,

3

Demum prolem laeta paris
per quam gaudent omnia,
Quae vocatur stella maris
mundo ferens lumina.

4

Anna felix, te laudantes
voce, voto, respice ;
Cum Maria famulantes
hora mortis suscipe,

5

Votaque devota.

Manuscrit. OXFORD : University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC.*

Cette pièce a été publiée par HENDERSON.

1 b coniunxit (!) *OC.*

106. AD VINCVLA SANCTI PETRI.

1. Nunc luce alma splendescit per orbem haec dies ecce gloriosa.
2. Almi recolamus Petri, voce celsa ;
3. Gratanter modulos accommodet, in qua
4. Vincentis amorem ob supernum crucis sacrae trophaea
5. Meritum gloriamque praelatam in caelesti gloria.
6. Puro corde fraterna iubiletque tuba ;
7. Qui a Christo ligandi solvendique dona
8. Accipiens, claviger effectus, nostra resolvens vincula,
9. Sublevando aetheris sedibus potestate nos tradita,
10. Iungat coetui sancto culmine in poli paradisique amoenia,
11. Ubi adorat ordo Te, Christe, psallendo armonica voce cantica.
12. Nova sanctorum resonantium laude angelicus melica,
13. Consupernam maiestatem tuam poscentes humiliter almam,
14. Cui digna nos, cum illis, resonemus una rythmica in excelsis carmina,
15. Caelestique in gloria trinum atque unum iugiter veneremur in arva.
16. Celsa potestas angelica ovans Te laudat in gloria ; virtutes caeli Te glorificant per astra ;
17. Qui Patris sedes ad dexteram, nostra exaudi angelorum et famulorum iungens voce precamina ;
18. Tuorum vocibus ut caterva
19. Glorificet semper Te et nostra
20. Regnantem iure cum sanctis in aeternum.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiiie siècle *T;* 13254, Graduel, xiiie siècle, *T²;* 904, Missel de Rouen, xive siècle, *U;* 863, Missel de Rouen, xve siècle, *V;* 905, Graduel de Rouen, xve siècle, *X;* 17317, Missel de Rouen, xve siècle, *Z.* Bibl. S. Geneviève, f° BBL7, Missel, xiiie siècle, *R²*. Cf. en outre f° BBL5, xve siècle. LIMOGES : Bibl. de la Ville, 17, xive siècle. LONDRES : Mus. Brit., 2 B IV, vers 1140, *LB;* Caligula A XIV, vers 1185, *LD.* OXFORD : Bibl. Bodl., Barlow 5, Missel de Salisbury, vers 1370, *OB;* University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC;* Missel de York, vers 1390, *OD.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA;* Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.* Sidney Sussex Coll., Missel de York, xive siècle, *CSS.*

Cette Prose a été éditée par FORBES, par HENDERSON, et par DICKINSON.

2 voce clara *R²*. voce excelsa *X.*

3 accommodet modulos *OD.* accommodat modulos in quo *Eboracen.* in aqua (!) *Z.*

4 Vincenti amore et supremo *R²*. Vincens amorem ob superum *CA.* ob superum *V. Sarisburien.* ob fraternum *Herferden.* trophaeum *CA.*

5 Meritos *CSS.* Merito *Eboracen. Sarisburien.* perlatam *T. CA. CB. Saris-*

burien. FORBES. per latam *LC. LD.* prolatam *OB.* praelatum T^2. caelesti regia T^2.

6 Pio corde *LC. LD. OB. OD. CA. CB. CSS. Eboracen. Sagien. Sarisburien.* FORBES. iubilatque *X.* turba *OB. CA.* turma *U. X. OD. CSS. Eboracen. Sarisburien.* FORBES.

7 Quia *OD. CA. CB. Eboracen.* et dona T^2. R^2. *U. X. Z.*

8 ista resolvens *OB.*

9 aethereis T^2. aetheriis FORBES.

10 Iungit T^2. Iugat *V.* ad moenia *X.* paradisi amoena *Sarisburien.* paradisique amoena *OB. CB.* Le mot *amoenia*, malgré son étrangeté doit être conservé.

11 Ibi *CA.* Te, Christe, ordo *V.* psallendo Christe *CSS.* armonia *Eboracen.* voce carmina *LD.* voce cantica manque dans *U.*

12 Sona sanctorum T^2. resonantum *U.* resonantium voce R^2. *U. V. X. Z. Herforden.* angelica R^2. *X. Z.* angelicus inclyta *V. X. Z. CA. Rothomagen. Sagien.* millia T^2. mellea *Herforden.* mellica *CSS.*

13. Cum supernam T^2. R^2. *U. X. Z. LC. OB. CA. CB. CSS. Herforden. Rothomagen. Sagien. Sarisburien.* Dum supernam *V.* Hinc supernam *OD. Eboracen.* Tum supernam FORBES.

14 Cuius *CSS.* Huius digna T^2. Qui digna *V.* Tui digna *X.* Cuius digna *OB. OD. Eboracen. Sarisburien.* FORBES. excelsis cantica. T^2.

15 trinumque *V.* veneramur *LC.*

16 laudet *CB.* caeli glorificant *X.* glorificent T^2.R^2. *U. OC. CA. CB. Herforden.*

17 Tu Patris *CB.* sedet *U.* sedens *LD. OB.* nostri *OC.* voces *T. OB. OC. CB. Herforden. Sagien.* FORBES. iunge voces per carmina T^2.

18 Quorum *U. V. OC. OD. CA. CB. CSS. Eboracen. Herforden. Rothomagen. Sagien. Sarisburien.* FORBES. Horum HENDERSON; ces deux variantes détruisent le rythme ; in caterva R^2. vocibus caterva *Sarisburien.*

19 Glorificent R^2. *U. X. Z. OC. CA. CB. Herforden.* te semper T^2. *V. CA.* et te *OB.*

20 Regnantem in Te *CA. CSS. Eboracen.* Regnantem rite *Sarisburien.*

L'obscurité de ce morceau est, par endroits, presque impénétrable.

107. INFRA OCTAVAS ASSVMPTIONIS.

1

Summi Regis in honore
Virginis memoria,
Matris Christi cum maiore
fiat reverentia ;

2

Virgo Mater appellatur
partus privilegio,
Sine viro fecundatur
fructu caeli regio ;

3

Quae dum stetit iuxta crucem
moriente filio,
Revocavit nos ad lucem
nobili commercio.

4

O Maria, maris stella,
praesentem familiam,
Huius mundi de procella,
duc ad pacis patriam.

Manuscrit. OXFORD : University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC.*

Cette Prose a été éditée par HENDERSON.

108. INFRA OCTAVAS NATIVITATIS B. MARIAE.

1. Alma Dei Genitrix, aeterni luminis aula,
2. Stirpis Davidicae soboles sacra, florida virga,
3. Felix porta Dei, patriae repetitio sancta,
4. Stella maris, regina poli, miseratio mundi,
5. Virgo parens, semperque manens benedicta, beata ;
6. Sola columba Dei, pulcherrima, Sancta Maria,
7. Sola dicata Deo, per saecula concelebranda ;
8. Sol verus, splendens, per quem micat orbe sereno,
9. Pacis et aeternae sunt gaudia tradita mundo.
10. Te petimus domina, nobis succurre benigne,
11. Et famulis veniam clementer praebe supernam.
12. Aetheris [aeternam] ut mereamur habere coronam.

Manuscrits. OXFORD : University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC;* Missel de York, vers 1390, *OD.* CAMBRIDGE : Sidney Sussex Coll., Missel de York, xive siècle, *CSS.*

Cette Prose a été éditée par HENDERSON.

3 reparatio *OD. CSS. Eboracen.*
4 Digna coli, regina *OD. CSS. Eboracen.*
5 intacta beata *OD. CSS. Eboracen.*
6 Cette clausule manque dans *OD.* laudabilis et veneranda *CSS.* venerabilis et verecunda *Eboracen.*
8 per quam *OC.*
9 Satis et aeterno (!) *OC.* mundo tradita *Herforden.* La pièce étant écrite en vers hexamètres, l'interversion s'impose.
10 nobis manque dans *OC.* benigne succurre *Herforden.* benigna *Eboracen.*
11 patriam clemens concede *OD. CSS. Eboracen.*
12 Aetheris supernam *OC. Herforden.* Vers faux. Le mot *supernam,* amené par le souvenir du vers 11 doit disparaître. Caelis ut angelicam *OD. CSS. Eboracen.*

109. DE BEATA MARIA.

1

Gaude, Dei Genitrix,
gaude, vitae reparatrix,
reginarum imperatrix ;
gaude, vitis fructifera.

2

Dulcis fructu, odore gratissima,
cui cedunt omnia aromata.

3

Tu pulchra es ut Cinthia,
et velut sol radians praeelecta,
terribilis ut phalanx ordinata.
Speciosa et suavis,
sola virgo mater in deliciis,
veneranda civibus angelicis.

4

Nobis succurre miseris,
Ne damnemur cum impiis;

5

Sed percepta venia,
In caelesti patria,

6

Decantemus omnes : Alleluia.

Manuscrits. OXFORD : Bibl. Bodl., Barlow 5, Missel de Salisbury, vers 1370, *OB.* University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC;* Missel de York, vers 1390, *OD.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA.* Sidney Sussex Coll., Missel de York, xiv[e] siècle, *CSS.*

Cette Prose a été publiée dans les *Latinska Sänger*, tome II, p. 125, d'après le Missel d'Upsal. Elle se trouve également dans l'édition de HENDERSON.

1 b gaude Virgo *OB.*
2 a fructus *OB. CSS.*
3 e et mater *Lunden.* f reveranda civitas *OB.*
5 a peccatorum venia *OD. CSS. Eboracen.* b collocemur patria *OD. CSS. Eboracen.*
6 omnes manque dans *CA. Lunden.* Au lieu de cette clausule, on lit dans *OD. CSS.* et dans *Eboracen.:*

Per saeculorum saecula conclamemus : Alleluia;
Sit Mariae Matri Christi laus, honor et gloria.

Le texte est identique dans *Abrincen. Sagien.* et *Upsalen.*

On trouve dans le Missel d'Évreux une Prose qui a le même début. Mais les clausules qui suivent sont différentes. Nous la publierons en son lieu.

110. DE S. THOMA HERFORDENSI.

1

Magnae lucem charitatis,
mirae ducem veritatis,
hominem angelicum
Collaudantes veneremur,
operantes imitemur
Thomam apostolicum ;

2

Ob amorem paupertatis
apostolum sequitur ;
ob fervorem charitatis
martyri coniungitur ;
In fide confessionis
primum Thomam sequitur,
et in zelo passionis
secundum amplectitur.

3

Aemulator sanctae vitae,
in Christo fecunda vite
insertus fructificat;
Exquirens in corde toto
cum ferventiori voto
subditos purificat.

4

Virgula iustitiae
cecidit iniquos ;
mundos aqua gratiae
fovit et pudicos ;
Iugo temperantiae
pressus est amore,
ut in throno gloriae
rutilet splendore.

5

O miranda sanctitas,
per quam Christi pietas
sic mundo profecit ;
Nam mutus et caecitas,
gutta, claudus, surditas
et gibbus defecit.

6

Per Thomam morbus curatur,
et a carne mors fugatur,
datur vitae spiritus ;
Ergo, pater, te precamur
ut laxetur quo gravamur,
donis datis caelitus.

Manuscrit. OXFORD : University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC.*

Cette Prose a été éditée par HENDERSON.

2 b f Ces deux vers ont la même rime. Nous sommes sans doute en face d'une faute de texte.
6 e ne laxetur *OC.*

111. DE S. THOMA HERFORDENSI.

1

Summi Regis in honore
praesulis memoria
Sancti Thomae cum maiore
fiat reverentia ;

2

Doctor plebem illustravit
verbi vitae radio ;
Pastor gregem confortavit
frequenti subsidio ;

3
Qui dum carnem domitavit
pungenti cilicio,
Sese Christi dedicavit
hostiam servitio.

4
Thoma, praesul gloriose,
circumda praesidiis
Servos tuos gratiose,
servans in angustiis.

Manuscrit. OXFORD : University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC*.

Cette Prose a été éditée par HENDERSON.

1 b sollemnia *OC. HENDERSON*.

112. DE S. RAPHAELE ARCHANGELO.

1
Missus est, de summis caelis,
Raphael, ut Tobielis
tollat caecitatem ;
Post, ut, medicus fidelis,
Sarae, natae Raguelis,
det fecunditatem.

2
A patre puer mittitur,
et conductor requiritur :
ad fores reperitur
succinctus Azarias.
Tobiae introducitur,
de viis Medi petitur,
et statim conceditur :
ad Rages novit vias.

3
Ad Tigris littus pedes lavit
adolescens, et expavit
piscem inhiantem :
« En me invadit ! » exclamavit ;
cui Raphael imperavit
trahi palpitantem

4
In siccum, quem exenteravit,
cor, fel, iecur reservavit,
ut rem medicantem.
Azariam obsecravit,
et confestim indicavit
vim morbos sanantem.

5
Haec doctrina approbatur,
verbis praxis operatur,
cum spiritum fugavit.
A Sara septemvira
iecoris vi praemira
daemonem extricavit

6
Celebratis nuptiis,
solutis et argenteis
talentis Ragueli
Redit cum divitiis
Tobias et substantiis ;
laus sit Deo caeli.

7
Qui felle sanavit caecum
et redonavit lumen,
Nobis condonare Secum
det sempiternum Numen.

Cette Prose a été éditée par HENDERSON.

2 b quaeritur *Herforden*. Le parallélisme exige *requiritur*.
4 a Ce vers compte une syllabe de trop. f his sanantem *Herforden*. his doit disparaître.

113. DE S. THOMA HERFORDENSI.

1

Novi plausus incrementum
affert lux ad monumentum,
praesens corporis talentum
  qua Thomae sustollitur;
Caelum gratulatur ei,
crevit decus domus Dei,
dies adest nostrae spei,
  laus digna persolvitur.

2

Hunc honorem sub figura
ferre docet nos Scriptura,
beatorum pandens iura
  pro futuro debita.
Stola bina designata,
quam cum carne suscitata
tunc natura reformata
  vestiet per merita.

3

Primam animae sortitae
post decursum huius vitae
congaudemus, eius rite
  colentes memoriam;
Secundae, cum hoc mortale
post iudicium finale
redigetur ad aequale
  praevenimus gloriam.

4

Veneramur in praesenti
vita per quod instrumenti
sancti legem testamenti
  Domini perficere
Curarunt resociatum
subiectum appropriatum,
appetitum per innatum
  optantes reficere.

5

Hanc quam statuit Creator
ademit praevaricator,
restauravit Reparator,
  ex summa clementia.
Sed, intercedente morte,
qua sunt fractae mortis portae,
restituti, pari sorte,
  sumus in potentia.

6

In hac fide subarrati
sancti per spem confortati
non timebant dira pati
  pro dimissa patria;
Disponentes mente sana
pro salute se humana
terra ferri de prophana
  in sanctorum atria.

7

Merces prima quam mens pura
consequetur in futura
vita constat ex textura
  triplicis materiae:
Clarae Dei visionis,
fervidae dilectionis,
et securae tensionis
  sub praetexta serie.

8

Corpora tunc redimentur
et a malis eruentur
cum quaternis induentur
  dotibus pro munere,
Huius instar unionis
Christus his ditatus donis
post effectum passionis
  surrexit de funere.

9

Clara mens sit ad cernendum,
velle velox ad parendum,
fortis vis ad resistendum,
  subtilis ad solida.
Sic moraliter ornatos
transfer Deus ad beatos,
carcer reddat liberatos
  nos ad regna florida.

Manuscrit. OXFORD : University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC.*

Cette Prose a été éditée par HENDERSON.

4 b vitae *OC.* e Curaverunt *HENDERSON.*
8 f dicatus *OC.*

Pièce très obscure et d'une grande subtilité théologique.

114. DE S. EADMVNDO REGE.

1. Omnis fidelium Ecclesia
2. Christum collaudet hac die clara ;

3. In qua, despecta et calcata vitae labentis gloria,
4. Ad permansura sublevavit regem Eadmundum gaudia.

5. Hic namque magnifica natus ex prosapia,
6. Magnifice superna plenus vixit gratia ;

7. Iuste, mansuete, ab ipsa vivens infantia,
8. Christo devotus adhaerebat per omnia ;

9. Praepotens in mundo, mundana sprevit, atque sola
10. Fide ditatus, ambiebat caelestia ;

11. Et debellata perfidorum insania,
12. Felix triumphavit hodie vectus ad astra ;

13. Hostis instat ut consumat,
14. Iesus obstat et expugnat,

15. Hostis prosternit, nec tamen superat,
16. Martyr occumbit, et tamen triumphat ;

17. O singularem Dei potentiam ! O divinae pietatis praedicandam gratiam ! cui morientes vivunt atque famulantes regnant !
18. O quam praeclara viri victoria ! O virtutis gloriosae gloriosa praemia ! Hic beate semper vivit atque vitae dat certa indicia.

19. Caput abscisum edit loquelas, fit vox virtute, non natura ;
20. Sistit latrones ; huic tollit lumina, illi concedit amissa ;

21. Vir felix Eadmunde, fac nos, prece benigna, vita frui aeterna.

Manuscrits. LONDRES : Mus. Brit., Caligula A XIV, vers 1185, *LD.* OXFORD : University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.*

Cette Prose a été éditée par HENDERSON

2 collaudat *CB.* collaudant *Herforden.*
8 devote *HENDERSON.*
9 spernit *OC.*
11 Qua debellata *OC. Herforden.* Qua et *LD. CB.*

12 vectus est ad *CB.*
14 àbstat *OC.*
17, 18 Parallélisme imparfait dans la dernière partie de chaque clausule. Christi potentiam *LD. CB.* gloriam *CB.* En virtutis *CB.* En beate *LD. CB*
19 loquelis *CB.*
20 illi confert *LD.*

115. DE S. KATHERINA.

1. Dilecto Regi virtutum omnes pari concordia
2. Laudes demus, venerantes huius diei gaudia ;
3. In qua, contempta Maxentii Caesaris crudelitate et malitia,
4. Virgo gloriosa et martyr insignis, ad caeli pervenit fastigia.
5. Urbe Alexandria exorta Katherina,
6. Clara ex prosapia, Costi regis filia,
7. Virtutum praefulgens gratia litterarumque scientia ;
8. Sancti Spiritus potentia eius perlustravit pectora ;
9. Philosophorum vacua honore gymnasia
10. Argumentis approbavit et verbi constantia.
11. Hinc tenetur, hinc arcetur carcerali custodia,
12. Genera quidem poenarum perferens immania ;
13. Ad quam regina visitandam processit prima noctis vigilia ;
14. Cum Porphyrio credidit, videns ibi angelorum obsequia,
15. Claritate fulgentia,
16. Veritate potentia,
17. Quorum suffragiis rotas vincens aereas
18. Serras et taringas exsuperans ferreas,
19. Christo Katherinam vocante ad regna sempiterna,
20. Sanguine laureata ascendit die hodierna ;
21. Cuius corpus sepelivit manus angelica in monte Syna.
22. Liquor olei illius efficax fit infirmis medicina.
23. Omnes ergo celebrantes huius natalitia
24. Per saecula sint possidentes superna praemia.

Manuscrits. ABBEVILLE : Bibl. de la Ville, 7, Missel de Noyon, xiv[e] siècle, *AN.* OXFORD : University Coll., Missel de Hereford, vers 1390, *OC.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA ;* Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.*

Cette Prose a été éditée par HENDERSON.

2 celebrantes *CA.*
5 Alexandrina *CB. Noviomen.* exorta karissima *CA.*
7 litterarum scientia *CA. CB.*
8 Spiritus Sancti *Noviomen.* Sancte *AN.* perlustrante eius pectora *CA.*

eius lustrante praecordia *CB.* sua perlustravit *AN.* sua praelustravit *Noviomen.* praecordia *AN. Noviomen.*, rompt le parallélisme.

11 hic arcetur *CA.*

12 Et genera *Noviomen.*

13 regina visitando *Noviomen.* visitandum *CA.*

14 videns sibi *Noviomen.*

17 Hinc educta flagra rotarumque machinas *AN. Noviomen.*

18 Serrasque carincas (!) *OC.* tarincas *CA.* tharincas *CB.* Feras et *AN. Noviomen.* exsuperat *Noviomen.*

20 caelos ascendit *AN. OC. CA. Noviomen.*, rompt le parallélisme.

21 in manque *Noviomen.*

22 est infirmis *Noviomen.* et infirmis *AN.*

23 celebrantes huius diei gaudia *AN. Noviomen.*

24 possidentes, Amen *AN. CB. Noviomen.* suprema praemia *CA.* sempiterna praemia *Noviomen.*

MISSALE SECVNDVM VSVM INSIGNIS ECCLESIAE ROTHOMAGENSIS. Rothomagi. 1499.

1. Dominica prima in Adventu Domini, Sequentia : *Salus aeterna.* K. 1.
2. Dominica secunda, Sequentia : *Regnantem sempiterna.* K. 2.
3. Dominica tertia, Sequentia : *Qui regis sceptra.* K. 4.
4. Dominica quarta, Sequentia : *Iubilemus omnes una.* K. 5.
5. In Nativitate Domini : in gallicantu, Sequentia : *Nato canunt omnia.*[1] K. 9.
6. „ „ in aurora diei, Sequentia : *Sonent Regi nato.*[2] K. 17.
7. „ „ in die, Sequentia : *Christi hodierna pangimini.*[3] 116
8. In die S. Stephani, et in octava si Dominica evenerit, Sequentia : *Magnus Deus in universa terra.* 81
9. In die S. Iohannis, et in octava, Sequentia : *Iohannes, Iesu Christo.* K. 402.
10. In die SS. Innocentium, et in octava si Dominica evenerit, Sequentia : *Celsa pueri concrepent melodia.* K. 348.
11. In Circumcisione Domini, Sequentia : *Laetabundus exsultet.* K. 13.
12. In die Epiphaniae, et in octava, Sequentia : *Epiphaniam Domini.* K. 27.
13. In die sancto Paschae, Sequentia : *Fulgens praeclara rutilat.* K. 95.
14. Feria secunda, Sequentia : *Prome casta concio.* 96
15. Feria tertia, Sequentia : *Concinat orbis cunctus.* 97
16. Feria quarta, Sequentia : *Dic nobis, quibus e terris nova.* K. 103.
    Feria quinta, Sequentia : *Mane prima Sabbati.* K. 93.
17. Feria sexta, Sequentia : *Haec est sancta sollemnitas.*[4] K. 82.
18. Sabbato, Sequentia : *Iubilans concrepa.*[5] 117
19. Dominica prima post Pascha, Sequentia : *Laudes Salvatori.* K. 81.

1 Item in vigilia Epiphaniae, si Dominica evenerit. Item, haec vel Sonent Regi nato dicitur in die S. Ursini, ad maiorem Missam, nisi Sabbato evenerit ; in die S. Silvestri, ad maiorem Missam, si Dominica evenerit ; et Dominicis post Epiphaniam.

2 Item, in die S. Ursini, ad maiorem Missam, si Sabbatum fuerit ; et in die S. Silvestri, ad maiorem Missam, nisi Dominica evenerit.

3 Item, ad Missam matutinalem in die S. Stephani, S. Iohannis, SS. Innocentium et S. Thomae.

4 Item, in annotino Pascha.

5 Item, Dominica infra octavam Ascensionis.

20. Dominica secunda post Pascha, Sequentia: *Victimae Paschali.* K.83.
21. In die Ascensionis, et in octava, Sequentia: *Rex Omnipotens die hodierna.* K.116.
22. In die sancto Pentecostes, Sequentia: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
23. Feria secunda, Sequentia: *Resonet sacrata.* 118
24. Feria tertia, Sequentia: *Eia musa, Dic, quaeso.* 119
Feria quarta, Sequentia: *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
25. Feria quinta, Sequentia: *Alma chorus Domini.* K.140.
26. Feria sexta, Sequentia: *Gaude, mater Ecclesia, filiorum.* ... 120
27. Sabbato, Sequentia: *Spiritus a throno Sanctus.* 121
28. In die Sanctae Trinitatis, Sequentia: *Benedicta sit Beata Trinitas.* 100
29. In festo Eucharistiae, Dominica infra octavas et in octava, Sequentia: *Lauda, Sion, Salvatorem.*[6] K.150.
30. In Dedicatione ecclesiae, Sequentia: *Sanctae Sion, adsunt encaenia.* K.877.
31. In natali unius apostoli, Sequentia: *Clare sanctorum senatus.*[7] K.369.
32. " " " " *Laus devota mente.*[8] ... 74
33. In natali unius martyris, Sequentia: *Organicis canamus modulis.*[9] 32
34. In natali plurimorum martyrum, Sequentia: *Ecce pulchra Canorum.*[10] 101
35. In natali unius confessoris, Sequentia: *Adest nobis dies alma.*[11] K.438.
36. " " " *Supernae matris gaudia.*[12] K.338.

6 Feria sexta dicitur media pars, et cras altera; feria secunda, octo primi versus, feria tertia, octo sequentes, et feria quarta, residuum.

7 In die S. Thomae apostoli; in Conversione S. Pauli; in Cathedra S. Petri; in die S. Mathiae, SS. Philippi et Iacobi, et S. Barnabae; in Commemoratione S. Pauli; in die S. Martialis; in octava SS. Petri et Pauli; in die S. Iacobi et S. Bartholomaei.

8 In die S. Marci evangelistae, S. Iohannis ante Portam Latinam, et S. Matthaei.

9 In die S. Blasii; in Translatione S. Thomae episcopi et martyris; in die S. Egidii, S. Hieronymi, S. Edwardi regis, et S. Clementis.

10 In die SS. Iohannis et Pauli; in Inventione S. Stephani protomartyris: in die SS. Cosmae et Damiani, S. Nicasii et sociorum eius, et S. Eustachii et sociorum.

11 In die S. Ursini, ad Missam matutinalem; in die S. Silvestri, S. Gregorii, S. Hugonis archiepiscopi, S. Victricii, S. Viviani, et S. Augustini.

12 In die S. Thomae episcopi et martyris, ad maiorem Missam; in die S. Eligii, S. Iuliani, S. Severi, S. Ausberti, S. Ambrosii, et S. Eutropii; in Translatione S. Martini; in Decollatione S. Iohannis Baptistae, et in die S. Firmini episcopi.

37. In natali unius virginis, Sequentia : *Virginis venerandae.* K.472.
38. In die S. Andreae apostoli, et in octava, Sequentia : *Sacrosancta hodiernae.* K.401.
39. In festo de Translatione Reliquiarum Ecclesiae Rothomagensis, Sequentia : *Laus honor sit Eloy.*[13] 122
40. In festo S. Nicholai, Sequentia : *Congaudentes exsultemus.*[14] K.665.
In Conceptione B. Mariae, Sequentia : *Alle caeleste.* 44
41. In festo S. Guillermi archiepiscopi, Sequentia : *Ecce dies specialis.* K.469.
42. In festo S. Vincentii, Sequentia : *Ecce dies praeoptata.* K.735.
In Translatione S. Annae, Sequentia : *Ad matris Annae.* 124
43. In Purificatione B. Mariae, Sequentia : *Concentu parili.* K.217.
44. In festo S. Benedicti abbatis, Sequentia : *Laudum carmina Creatori.*[15] 123
45. In Annunciatione B. Mariae, Sequentia : *Ave, Maria, gratia plena.*[16] K.264.
46. In Inventione S. Crucis, Sequentia : *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
In Translatione S. Romani, Sequentia : *Nos ergo tanti patris.* K.458.
47. In die S. Iohannis Baptistae, et in octava, Sequentia : *Sancti Baptistae Christi.* K.351.
48. In die apostolorum Petri et Pauli, Sequentia : *Laude iocunda melos.* 35
49. B. Mariae Magdalenae, Sequentia : *Mane prima Sabbati.* K.93.
50. S. Annae matris B. Mariae, Sequentia : *Ad matris Annae.* 124
51. S. Petri ad Vincula, Sequentia : *Nunc luce alma splendescit.* 106
52. B. Mariae de Nivibus, Sequentia : *Ad honorem Matris Dei.* K.293.
53. S. Laurentii martyris, Sequentia : *Stola iocunditatis.* K.625.
54. In die Assumptionis B. Mariae, et in octava, Sequentia : *A rea virga primae matris.* K.255.
55. S. Audoeni Rothomagensis archiepiscopi, Sequentia : *Alma cohors una.* K.503.
56. In Nativitate B. Mariae, Sequentia : *Alle caeleste.* 44
In Exaltatione S. Crucis, Sequentia : *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
57. S. Mauritii et sociorum eius, Sequentia : *Adludat laetus ordo.* 45
58. S. Michaelis archangeli in monte Gargano, Sequentia : *Ad celebres, Rex caelice.* K.168.
59. S. Francisci confessoris, Sequentia : *Laetabundus Francisco.* K.570.

13 Item in die SS. Gildardi et Medardi, et in Transfiguratione Domini.
14 Item in Translatione S. Nicholai.
15 Item in Translatione S. Benedicti.
16 Item feria sexta infra octavas Assumptionis et Nativitatis B. Mariae.

60. S. Dionysii et sociorum eius martyrum, Sequentia, *Gaude prole, Graecia.* K. 546.
61. S. Michaelis in monte Tumba, Sequentia: *Omnes sancti Seraphim.* K. 335.
62. S. Melloni archiepiscopi Rothomagensis, Sequentia: *Hac in die gaudeamus.* 125
63. S. Romani Rothomagensis archiepiscopi, et in octava, Sequentia: *Pangat nostra concio.* K. 458.
64. In die apostolorum Simonis et Iudae, Sequentia: *In omnem terram Deo laus.* 126
65. In die Omnium Sanctorum, Sequentia: *Christo inclita candida.* K. 336.
66. S. Martini Turonensis archiepiscopi, Sequentia: *Sacerdotem Christi.* K. 646.
67. S. Katherinae virginis et martyris, Sequentia: *Gaude, chorus, hac in die.* 127
68. In Missa de Sancto Spiritu, Sequentia: *Veni, Sancte Spiritus.* K. 125.
69. In Missa B. Mariae dicenda festive, Sequentia: *Benedicta es caelorum Regina.* [17] K. 201.
70. De B. Maria in Adventu Domini, Sequentia: *Missus Gabriel de caelis.* K. 200.
71. De B. Maria in Adventu Domini, Sequentia: *Mittit ad Virginem.* K. 199.
72. De B. Maria a crastino Circumcisionis usque ad Purificationem, Sequentia: *Nova fiant omnia.* 128
73. De B. Maria a crastino Purificationis usque ad Pascha, a Trinitate usque ad Adventum, et per octavas Assumptionis et Nativitatis, Sequentia: *Hac clara die turma.* Morel 134.
74. Item, Sequentia: *Hodiernae lux diei celebris in.* K. 202.
75. Item, Sequentia: *Verbum bonum et suave.* K. 268.
76. Item, Sequentia: *Ave, maris stella Dei.* 129
77. Item, Sequentia: *Alma Redemptoris Mater.* K. 294.
78. De B. Maria a crastino Paschae usque ad Trinitatem, Sequentia: *Virgini Mariae laudes intonant.* K. 234.
79. Ad Missam pro peste evitanda, Sequentia: *Cum propter peccatum.* 130
80. „ „ „ „ *Summae verae Trinitatis.* 131
81. De Nomine Iesu, Sequentia: *Dulcis Iesus Nazarenus.* K. 33.
82. De Quinque Vulneribus Domini nostri, Sequentia: *Coenam cum discipulis.* K. 57.

17 Item Sabbato infra octavas Assumptionis et Nativitatis B. Mariae.

116. IN NATIVITATE DOMINI.

1. Christi hodierna pangimini omnes una,
2. Voce simul consona Nativitatis magnae,
3. Quod Verbum caro factum exhibere Se voluit.
4. Mundo quem redemit ; iam venerat de sede Patris Dominus.
5. Nuntiat angelus pastoribus ; ingenti currunt gaudio.
6. Praesepio Puerum Maria posuit in stabulum ;
7. Vagiens Infantulus est a quo regitur omnis mundus.
8. Vigilantes pastores audiuntque chorum angelicum in caelis psallentem : "Gloria, laus, decus in excelsis Deo."
9. Quem prophetae cuncti praeconiarunt olim, iam apparet forma quam induit Dominus, quem Virgo Mater pannis tegit.
10. Exiguo tegitur diversorio qui arva condidit ac polum.
11. Non ostris elegit, non aurificis, non rutilum venit in locum.
12. Mariae genitricis exsultabat incontaminatus alvus ; enixa est Auctorem omnium Dominum.
13. Ioseph valde se simul recolebat ac mirando retractabat cur ei actus huiuscemodi veniret.
14. Monetur somnis ab angelo ut in Egyptum pergeret cum parvulo,
15. Herodem impium fugeret qui quaerit Christum callide occidere.
16. Nos quoque Ipsum adoremus, Ipsumque deprecemur simul omnes,
17. Nostris ut relaxet delictis, perennis donet bonis, in aeterna saecula.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xi[e] siècle, *A ;* 903, Graduel de Limoges, xi[e] siècle, *A²;* 1084, Tropaire de Saint-Martial, xi[e] siècle, *B ;* 1118, Idem, *D ;* 1119, Idem, *E ;* 1120, Idem, *F ;* 1240, Idem, *M ;* 1086, Graduel de Saint-Martial, xiii[e] siècle, *O ;* 904, Missel de Rouen, xiv[e] siècle, *U ;* 905, Graduel de Rouen, xv[e] siècle, *X ;* 9445, Missel, xv[e] siècle, *Y ;* 17317, Missel de Rouen, xv[e] siècle, *Z.* Bibl. de l'Arsenal, 1169, Tropaire d'Autun, xi[e] siècle, *N.* Bibl. S. Geneviève, f° BBL 5, Missel de Rouen, xv[e] siècle, *W.* Cf. en outre, pour cette Prose et pour celles qui suivent, ROUEN : Bibl. de la Ville, nombreux Missels et Graduels Rouennais.

Nous avons publié, n° 22, une Prose de Noël dont la première clausule est identique à celle que nous publions ici.

1 hodierne *D. Ambianen.* nunc pangite *U. X. Z. Rothomagen.*

2 Nunc voce consona *A. E. M. O.* Ecce simul *Z.* Nunc voce consone (!) *F.* consonant *A². D.* nativitatis magna *A. O.* nativitatem magnam *E. F. M.* nativitatis festa *U. W. X. Z. Rothomagen.* festivitatis praeclarae *N.* Parallélisme imparfait sauf dans *N.*

3 Quo *B. U. W. X. Z. Rothomagen.* Dum *Y.* *Quod* manque dans *E. F. M.* factum est *U.* *Se* manque dans *B.* a été ajouté dans *E.*

4 Mundum *A. D. Atrebaten.* Mundo, et après correction Mundum *B.* Mundum redimere *E. F. O.* qui redemit *Atrebaten.* venerat iam *Ambianen.* nam *U. W. X. Z. Rothomagen.* nunc veniens *N.* venit *A. E. F. M. O.* dominans *U. W. X. Z. Rothomagen.*

5 Docente **angelo** pastores *A. E. F. M. O.* ingentes (!) *F.* qui magno currunt *U. W. X. Z. Rothomagen.*

6 Praesepio Maria Puerum *Z.* Mariae *D.* ponit *U.* in stabulo *Y.* posuit Infantulum *Ambianen.*

7 Vagit et Infantulus a *U. W. X. Z. Rothomagen*. *est* manque dans *A. A². B. D. E. F. M. O. Ambianen.* Il est nécessaire au sens comme au rythme. Il a été conservé dans *Atrebaten.*

8 audiunt chorum *U. W. X. Y. Z. Atrebaten. Rothomagen.* plus clair, mais rompt le rythme. audierunt *Ambianen.* audiunt nam chorum *E. F.* audiuntur (!) *M.* et exauriunt chorum *N.* psallentes *A. D.* Angelicum caelis psallentem laudem : " Honor, decus in excelsis Regi nato. " *N.* laus Deo *U.*

9 Dum prophetae *U.* praeconizarunt *Ambianen.* praecinuerunt *Atrebaten.* apparens *Ambianen. Atrebaten*. formam *D. Ambianen.* formam (m effacé) *B.* carne quam induit *N.* pannis tergit (!) *E*. pannis contegit *N.*

10 et polum *B. Ambianen.*

11 Non nostris (!) *D. F.* Non astra (!) *Y.* Non ostrea (!) *Atrebaten.* Non ostra *U. W. X. Z. Rothomagen.* Le verbe *elegit (ex-legere)* avec l'ablatif a effrayé ceux qui ont introduit cette vieille Prose dans les Missels d'Arras et de Rouen. Ils ont corrigé le vrai texte. Non rostris (!) *A. A². B. E. M.* La véritable leçon est conservée dans *O.* et dans *Ambianen.* non aurifica *U. W. X. Y. Z. Atrebaten. Rothomagen* non aurificum *D.* nec rutilans *O.* non rutila ... in loca *U. W. X. Z. Rothomagen.* Cette clausule manque dans *N.*

12 Maria tunc genitrix exultabat incontaminato alvo *A²*. Maria genitrix exultans prae gaudio incontaminato alvo *N.* Maria genitrix exultat *Ambianen.* Maria genitrix exultavit *U. W. X. Z. Rothomagen.* incontaminata alvus *U. W. X. Z. Atrebaten. Rothomagen.* Ductorem omnium *B.* Dominum omnium *X.*

13 Ioseph vero sacro recolebat *N.* valde audita recolebat *U. W. X. Z. Rothomagen.* admiranda *Y. Atrebaten.* admirando *A² B. D. M. O. U. W. X. Z. Rothomagen.* et mirando *Ambianen.* et admirando *N.* corde tractabat *N.* rem tractabat *Ambianen.* quid rei *A. E. F. M. O. Y. Ambianen.* quod rei *A² B. Atrebaten.* qui rei *D.* quid regi *N.* cur rei *U.* actu *A. A². E. F. M. O.* actum *B. Ambianen.* auctus (!) *W.* *actus* manque dans *D.* eveniret *A.* evenirent *U. W. X. Z. Rothomagen.* accideret *D.*

14 Monitur (!) *A. M.* Monitus *O. U. W. X. Y. Z. Ambianen. Rothomagen.* in somnis *A². B. D. N. U. W. X. Y. Z. Atrebaten. Rothomagen.*, contraire au rythme. quatenus in Egyptum *N.* ut Egyptum *F.* in Egypto *A². B. D.* fugeret *U. W. X. Y. Z. Atrebaten. Rothomagen.*

15 Herodem fugiens saevum *N.* quaerit Dominum *A². B.* Christum ut Eum occideret *N. U. W. X. Z. Rothomagen.* Christum interficere gladio *Atrebaten.* *callide occidere* manque dans *Y. Ambianen.*

16 Nos ergo *A². B. N.* Ipsum benigne eia adoremus *N.* omnes adoremus omnesque *Ambianen.* deprecemur pariter in unum *N.*

17 Nostra .... delicta *E. F. O. U. W. X. Y. Z. Atrebaten. Rothomagen.* perennis ditet *A². Ambianen.* nobis ditet perennibus (!) *U.* perennibus (après correction de *perennis*) *Y.* bonis ditet perennibus *W. X. Z. Rothomagen.* perennibus dotet bonis *Atrebaten.* Ici encore on a introduit une correction plus claire, plus grammaticale, mais contraire au rythme. *N.* a corrigé : nos ope donans pio qui est bien rythmé. per aeterna *U. W. X. Z. Rothomagen.* Au lieu de la finale : *in aeterna saecula*, on lit dans *A. E. F. M. O : Dominus Deus noster.*

Le texte de cette Prose est des plus difficiles à établir. Les trois familles de manuscrits que nous en possédons, (les Tropaires de Saint-Martial, le Tropaire d'Autun, et les Missels de Rouen), nous offrent en effet des variantes très différentes. La rédaction de Saint-Martial est sans contredit la moins remaniée. C'est pourquoi nous l'avons adoptée.

117. SABBATO POST PASCHA.

1. Iubilans concrepa nunc paraphonista,
2. Solito praecelsas dic palinodias;

3. Quas semper exornat symphonia perplurima
4. Iugando cantica modulis ypophrigica;

5. Nam resultat dies illa
6. Qua resurgens mundi Vita,

7. Nos sua clementia
8. Ditavit spe valida;

9. Quo post resurgamus saecula.

Manuscrits. PARIS: Bibl. Nat., 863, Missel de Rouen, xve siècle, *V;* 905, Graduel de Rouen, xve siècle, *X.* LONDRES: Mus. Brit., 8 C XIII, xiie siècle, *LC.* OXFORD: Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA.* CAMBRIDGE: Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA.*

1 concrepans *LC.* concrepet *CA.*
2 solita *OA.* psallidonias *LC.*
3 Tuas semper resonat *CA.* exornet *LC. OA.* per plurima *V. X.*
4 Iungendo *V. X. OA. Rothomagen.* Iungando *CA.*
5 resultet *X. LC. OA.*
6 resurgit *OA.*
9 resurgamus in saecula *OA. CA.*

118. FERIA SECVNDA POST PENTECOSTEN.

1. Resonet sacrata iam turma, diva symphonia,
2. Repleta gaudia promissa e caelo reddita;

3. In unum congregata apostolorum phalanx praeclara exspectat munera;
4. Repente vox divina Paraclitum nuntiat, decorans sanctorum viscera.

5. Fantur omni lingua nonnulla mysteria, Deique magnalia;
6. Cantica divina non cessat reboare eius quoque caterva.

7. O Deus, omnis arva Te laudat, sol et luna concrepat, usia cuncta caelica et profunda flumina;
8. Te psallat tellus alma, sidera Tua clara iubilat, adorat, amat redempta omnis quoque anima.

9. Stupens Iudaea haec inquit exsecranda: " Concio vino ista est repleta, mustique crapula;" baccho plenos deputat repletos gratia.
10. Sumens haec Petrus, divina clementia, superat obdurata corda illa, et fore affirmat vaticinia Iohelis de hoc praedicta.

11. Ovans agmina nunc nostra boat carmina devota, quo suscipiat caelestia habitacla.
12. Pangat omnis corda nostra sancta praeconia Tua, ut semper pia percipiat charismata.
13. Omnem hanc meram suscipe melodiam, ut queamus scandere luciflua et Tua celsa et decora uranica.
14. Dudum sacrata invenisti pectora, nunc nos reple lumine polorum, ut gaudia cedas perpetua atque regna.
15. Te decet laus per tempora et gloria siderea sit diuturna.
16. Tu animas et corpora, Christe, nostra, possideas in sempiterna doxa.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *A;* 1138, Idem, *K;* 9449, Tropaire de Nevers, xie siècle, *O;* 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, xiie siècle, *Q;* 10508, Tropaire de Saint-Évroult, xiie siècle, *R;* 13252, Tropaire de Saint-Magloire (?), Paris, xiie siècle, *S;* 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiiie siècle, *T;* 13254, Graduel, xiiie siècle, *T²;* 904, Missel de Rouen, xive siècle, *U;* 863, Missel de Rouen, xve siècle, *V;* 905, Graduel de Rouen, xve siècle, *X;* 17317, Missel de Rouen, xve siècle, *Z.* Bibl. S. Geneviève, f° BBL 7, xiiie siècle, *R²*. Cf. f° BBL 5, xve siècle. LONDRES : Mus. Brit., Caligula A XIV, vers 1185, *LD;* Add. 12194, vers 1275, *LE;* Add. 11414, Missel de Lincoln, vers 1400, *LH;* Nero E VIII, xve siècle, *LI.* OXFORD : Bibl. Bodl., Barlow 5, Missel de Salisbury, vers 1370, *OB.* University Coll., Missel de York, vers 1390, *OD.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA;* Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.* Sidney Sussex Coll., Missel de York, xive siècle, *CSS.*

Cette Prose se trouve aussi dans un Missel Écossais, manuscrit de 1491, qui a été imprimé avec le titre suivant : Liber ecclesie Beati Terrenani de Arbuthnott ed. A. P. FORBES, Burntisland, 1864. Elle a aussi été publiée par W. G. HENDERSON, dans l'édition du Missel de YORK, imprimée aux frais de la Surtees Society, Leeds, 1874; et par F. H. DICKINSON, dans l'édition du Missel de Salisbury, imprimée à Burntisland en 1883.

1 Resonat *A. O. Q. S.*

2 promissa caelo *X.* de caelo *V.* Cette clausule manque dans *O.*

3 praeclara manque dans *O.* exspectant *A.* exspectans *R². U. LE. LH. LI. CSS. Rothomagen. Sarisburien.* FORBES. conspectans *CA.*

5 omnem linguam *A. K. O. Q. S. T².* denique (!) *Sarisburien.*

6 non cessant *R². V.* roboare eius caterva quoque *Sarisburien.*

7 omnis arvi *R. R². U. V. X. LD. LE. LI. CA. CSS. Rothomagen. Sarisburien.* FORBES. Le texte véritable est certainement ***omnis arva:*** toute la terre. L'emploi de substantifs pluriels avec un adjectif singulier est courant dans certaines Proses assonancées en ***a***. Ces substantifs sont considérés comme des féminins. Sans multiplier ici les exemples, cf. dans la Prose même que nous publions ***ovans agmina*** (clausule 11), ***omnis corda*** (clausule 12). Le doute est impossible. usia tota *R. T. LD. LE. Rothomagen.* usia caelica *T².* ac profunda *LI.*

8 Psallit *R. R². T. LD. LE.* sidera cuncta *R. R². T. U. X. LD. LE. LH. LI. CA. CSS. Rothomagen. Sarisburien.* FORBES. iubilant *T². LH.* adorant, amant, *T²*, mauvaise correction. adornat (!) *CSS.* Redemptor *K. S. T².* omnis namque *K. O. Q.* quoque omnis *R. Z. LD.* omnia nostraque agmina *T².*

9 stupet *T²* plenos baccho *V.* deputans *S. Rothomagen.* reputa *X.*

10 Sumus (!) *R²*. divina mysteria *LE. LH. LI. CSS. Sarisburien.* FORBES. adfore *O.*

11 ovans anima *R. R². T. U. V. X. Z. LD. LE. LH. LI. CA. CSS. Rothomagen. Sarisburien.* FORBES. quos *S. CA.* quae *T²*. habitacla est exigé par le parallélisme. Tous les textes, sauf *S.*, donnent habitacula.

12 Pangant omnia corda........percipiant *T²*., correction mauvaise, qui rompt le rythme. percipiat pia *Z.*

13 accipe melodiam *CSS.* ac decora *A. O. Q.* uriana (!) *A.* urania *K. O. Q. S.*

14 imbuisti pectora *R. R². T. U. V. X. Z. LD. LE. LH. LI. CA. CSS. Sarisburien.* FORBES. pectora imbuisti *Rothomagen.* lumina *K. O. R. R². T. U. V. X Z. LD.* gratia *Rothomagen.* nos nunc FORBES. polorum ve *O. Q. R. R². S. T² U. V. X. Z. LD. LH. LI. CA. CSS. Rothomagen. Sarisburien.* FORBES. polorum ne (!) *LE.* gaudia celsa cedas *O.* cedens *R². U. V. X. Z. LD. Rothomagen.*

15 Te enim laus *A. K. O. S. T²*. laus perpetua *A.* sidera *R²*. siderea, O Sanctum *R. R². T. U. V. X. Z. LD. LE. LH. LI. CA. CSS. Rothomagen. Sarisburien.* FORBES. Pneuma *R². T. U. LD. LH. CA. CSS. Rothomagen.* FORBES. neuma *R. X. Sarisburien.* neupma *V. Z. LE. LI.*

16 Ut animas *U.* Tu alma (!) *Sarisburien.* nostra, Christe *R. R². S. T. T². U. V. X. Z. LD. LE. LH. LI. CSS. Rothomagen. Sarisburien.* FORBES. nostra Christus *CA.* sempiterna gloria *K.*

119. FERIA TERTIA POST PENTECOSTEN.

1. Eia, musa,
2. Dic, quaeso, praeclara chorea,
3. Blandificaque libens perstrepe organa.
4. Ast modulans tibia resultet plectro laudum laeta carmina,
5. Nostraque caterva huius diei euprepia ;

6. Paracliti charisma hac die alumnos Christi ditat ;
7. Facto repente sono, linguis Christi fantur magnalia.

8. Vesano plena ructu perfidia, musto alumnos madere putat, Spiritus gratia ardentes quos reddit fervida.
9. Anastasi peracta quinquagena, mysticus penetrarat Spiritus pectorum intima, oppido reddens flammantia.

10. Mox egressi omnes una, tetra peragrant arva, diffundentes Verbi semina ;
11. Mystica patrantes signa, superno rore nova bibula madidant intima.

12. Ecce, Christe, nunc caterva Tua in hac aula decantat carmina, ut, caelesti permixta agmini, indiscrete dicat, nova Tibi promens cantica :
13. " Sit perennis Domino gloria, decus, honor, potestas per saecla, qui tribuit Spiritus gratiam omnibus per arva qui sequuntur eius monita. "

14. Poscimus omnes Tua supplices magnalia,
15. Ut sanctus nostra Spiritus emundans intima,

16. Illustret clare sophia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 10508, Tropaire de Saint-Evroult, xiie siècle, *R;* 13252, Tropaire de Saint-Magloire (?), Paris, xiie siècle, *S;* 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiiie siècle, *T;* 904, Missel de Rouen, xive siècle, *U;* 863, Idem, xve siècle, *V;* 905, Graduel de Rouen, xve siècle, *X;* 17317, Missel de Rouen, xve siècle, *Z.* Bibl. S. Geneviève, f° BBL 5, Idem, *W.* LONDRES : Mus. Brit., 2 B IV, vers 1140, *LB;* Caligula A XIV, vers 1185, *LD*; Add. 12194, vers 1275, *LE;* 11414, Missel de Lincoln, vers 1400, *LH;* Nero E VIII, xve siècle, *LI.* OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA;* Barlow 5, Missel de Salisbury, vers 1370, *OB.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA.*

Cette Prose a été éditée par FORBES et par DICKINSON.

3 Blandiflua *LH.*
4 At modulans *FORBES.* Est modulans (pour Et) *U. LE. Cluniacen.* Et modulans *W.* resultat *S. LE.* laeta laudum *Z.* plectro iam laeta *Rothomagen.*
4 crimina *LI.*
5 euprepiam *S.* eutrepia *LE.*
6 hodie *R. W. Z. LB. LD. CA. Baiocen.* alumnos penetrat *S.* alumnos pene intrat *FORBES. Cluniacen.* alumnum Christi pene intrat *OA.* plene intrat *LI. Sarisburien.* dicat *CA.*
7 Dei fantur *R. T. LB. LD. Baiocen. Sagien.* fantur Christi *Z.*
8 plene *Sarisburien.* plena metu *OA.* rutu (!) *Z.* alumnos Christi madere *LH.*
9 mysticis *U.* penetrat *U. W. X. LB. LD. LE. LH. LI. Sarisburien. FORBES.* penetraret *OA.* penetravit *CA.* pectoris *Baiocen.*
10 omnes domo *OA.* omnes dogma (!) *S.* recta peragrant *Z.* terra peragrant *CA.* infundentes *Sarisburien. FORBES.*
12 Ecce nunc, Christe *FORBES.* Ecce Christi *U.* caterva nostra *Baiocen.* caterva una *W.* decantant *U. W. Rothomagen. Sagien. Cluniacen.* decantat cantica *FORBES.* decantant cantica *LI. Sarisburien.* et caelesti (!) *LE. LI.* et caeleste (!) *Sarisburien.* permixta agmina *CA. Cluniacen.* Tibi nova *Baiocen.* promens carmina *Sagien.*
13 Sic *CA.* perenni *FORBES.* per saecula *CA. FORBES*, rompt le parallélisme. secuntur *CA.*
14 omnes una *W. LH. LI. CA. Sarisburien. FORBES.*
15 Et Sanctus *LE.*
16 sophiam *LD.*

Cette Prose se compose d'un long début, sans parallélisme, et de 10 clausules parallèles, suivies d'une finale.

120. FERIA SEXTA POST PENTECOSTEN.

1. Gaude, mater Ecclesia, filiorum adoptione fecundata,
2. Quos Spiritus almiflua cooperante Sancti parturisti gratia ;

3. In his ergo devote sacra sollemniis pange Deo cantica,
4. Quibus Sanctus Paraclitus largitus est nobis sua charismata ;

5. Hac namque in die, repentino sonitu mundo intonante, hora tertia,
6. Apparens in igne alumnorum pectora divina virtute reddit flagrantia ;

7. Quorum praeconiis sacra emanarunt vitae dogmata ;
8. Quibus nos mundantes viva digne sibi praeparemus templa,

9. Nos sibi possideat quatenus habitacula,
10. Secumque nos ad sua transvehat palatia,

11. Ubi perpetua mereamur iocundari gloria,
12. Atque sine fine voce Deum laudare hymnidica.

13. Spiritus alme, nos vitiis munda, virtutum floribus orna.

14. Sit Tibi gloria, laus, cum Patre et Nato qui regnas vivus Deus per saecula.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 904, Missel de Rouen, xive siècle, *U;* 863, Idem, xve siècle, *V;* 905, Graduel de Rouen, xve siècle, *X;* 17317, Missel de Rouen, xve siècle, *Z.* OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA.* CAMBRIDGE : Corpus Christi Coll., 473, Tropaire de Winchester, xie siècle, *CCC.*

6 Apparuit *V.* virtute divina *OA. CCC.*
7 iure dogmata *U.*
8 vitae dignae *CCC.*
10 Quocunque *CCC.* transferat *Z.*
11 Ibi *Z.* mereamur perpetua *Z.* in gloria *V.*
12 Deum manque dans *Rothomagen.*
14 laus manque dans *U. X. CCC.* unus *CCC. Rothomagen.* per saecla *OA. CCC.*

Parallélisme imparfait.

121. SABBATO POST PENTECOSTEN.

1. Spiritus a throno Sanctus procedens, suprema
2. Alumnorum corda sua lustravit gratia,

3. In ignis forma sua apparens potentia,
4. Hora tertia sancta dedit charismata,

5. Facto enim repente sono, sanctorum ora caelestis mirificans flamma
6. Linguas verbo doctrinae fecit valde disertas et corda flammantia ;

7. Cuius amor mentium nostrarum accendat intima,
8. Urat corda amore divino, salvet nos per saecula.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 863, Missel de Rouen, xve siècle, *V;* 17317, Idem, *Z.*

1 supremo *V. Z. Rothomagen.* L'assonance exige *suprema* qui se rapporte alors à *gratia.*
2 illustravit *V.*
5 unificans flamina *V.*
6 valde manque dans *Z.*
7 Huius *Rothomagen.* vestrarum *Z.*

Le parallélisme de cette pièce est très imparfait pour certaines clausules.

122. IN TRANSLATIONE RELIQVIARVM.

1. Laus honor sit
2. Eloy cunctipotenti in sanctorum gloria,
3. Nos vocibusque Tonantem laudemus in suprema ;
4. Gratam pietatem tribuat sanctificando corda et nostra corpora.
5. Illi decus, virtus, cui iam nunc intonant praeconia Regi inclyta.
6. Supernus adoret almus chorus, cunctusque populus, alta, profunda, montes, flumina,
7. Caelum et sidera, semper Christum Dominum laudantia, per saecula omnia ;
8. Atque dulcisona vox virtutum sonora nostra concordet, odas canendo debitas,
9. Cunctaque concrepent et laetentur plene, hac die sacra, Elon laudando condita ;
10. Gaudendo iubilent omnes, sollemnia celebrantes, nunc sanctorum referentes praeconia, voce dulciflua.
11. Gloria Illi sit in aethra, cuius clara rutilant dona, quis aeternae vitae consequamur magna praemia.
12. Ubi flagrat lux perennis, in paradisi gloria,
13. Angelorumque caterva ubi gaudet per saecula ;
14. Dulci personat symphonia, melos concinit, psallendo armonica,
15. In qua decenter, post funera, quam beata sanctorum sunt agmina
16. Patriarcharum, apostolorum, virginumque clara,
17. Prophetarum, confessorum et martyrum inclyta,
18. Nova canentia cantica, caeli supra sancta palatia splendida, in civitate almiflua,
19. In qua sanctorum sunt agmina, Trinitatem sanctam cernentia, in gloria aeterna.
20. Poscimus ergo nos cum ipsis Paradisi frui amoenia,
21. Te Deum cernentes supremum, ex Virgine natum veneranda.
22. Tibi sit per aevum decus et potestas Amen cum gloria.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiiie siècle, *T;* 904, Missel de Rouen, xive siècle, *U;* 863, Idem, xve siècle, *V;* 905, Graduel de Rouen, xve siècle, *X;* Bibl. S. Geneviève, f° BBL 7, xiiie siècle, *R*². LONDRES : Mus. Brit., 2 B IV, vers 1140, *LB;* Caligula A XIV, vers 1185, *LD.*

2 cuncti potenti *V. X.*
3 Nosque vocibus *Noviomen.*
4 corpora nostra *X.* Parallélisme imparfait.
5 iam manque dans *Noviomen.* iam intonant nunc *X.* intonat *LD.* voce inclyta *T.*

6 adorat *LD.* fontes *V. Laudunen. Noviomen. Rothomagen.*
7 Parallélisme imparfait. Deux syllabes manquent.
8 nostra manque dans *LD.*
9 Eloy *U.* helon *LB. LD.*
10 Laudando *V.* iubilant *R*[2]. *X. Rothomagen.* vere sanctorum *Laudunen.*
11 sit Illi *U.* in aethera *R*[2]. *U. Noviomen.*
12 Ibi *R*[2]. in paradisi gaudia *R*[2]. *T. X. LB. LD. Laudunen, Rothomagen.* Nous adoptons le texte de *U.* sans être sûrs qu'il soit le vrai. per paradisi gaudia *Noviomen.*
13 ibi gaudet *R*[2]. *U. Laudunen. Noviomen. Rothomagen.*
14 Dulcique personans *Noviomen.* personet *LD.*
15 In qua docemur (!) *Noviomen.* sunt sanctorum *X.*
16-17 Parallélisme imparfait.
19 sanctam canentia *X.*
20 cum illis *LD.* ad moenia *X.* Cette correction est mauvaise. L'auteur a parfaitement écrit *amoenia* et en a fait le régime de *frui.* amoena *Laudunen.*
22 Amen et gloria *R*[2]. *X. Laudunen. Noviomen. Rothomagen.*

123. DE SANCTO BENEDICTO.

1. Laudum carmina Creatori lyra plaude, eia !
2. Pangens inclyta Benedicti gesta, voce canora ;

3. A puero florida sprevit mundi cuncta, gliscendo caelica,
4. Et, Domini gratia, confracta restaurat, fraus signo est retecta ;

5. Fratrem verbere miserum virtute reparat,
6. Ferrum enatat, solida fit undae semita.

7. Rupes flumina dant insolita ; corvus nil murmurans fert iussa ;
8. Vidit sphericam mundi machinam radio sub uno collectam.

9. Binos Zabuli salvavit ab ira ;
10. Patri filium post mortem redonat.

11. Prophetis non impar, ventura praenuntiat ; pueri superba divinat ;
12. Sororis lachrymae fraterna mutant vota, fantur simul Dei arcana ;

13. Post haec anima sororis ad alta evolat ;
14. Frater haec ita audiens mox laudem decantat :

15. « Laus et honor sit Christo, et sanctis omnibus gloria. »

Manuscrits. PARIS, Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xi[e] siècle, *A ;* 9449, Tropaire de Nevers, xi[e] siècle, *O ;* 10508, Tropaire de Saint-Evroult, xii[e] siècle, *R ;* 13252, Tropaire de Saint-Magloire (?), Paris, xii[e] siècle, *S ;* 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiii[e] siècle, *T ;* 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *T*[1] *;* 905, Graduel de Rouen, xv[e] siècle, *X.* Cf. en outre : 16823, 17318, 17319, 17321, xiii[e] siècle ; 1107, 16828, xiv[e] siècle ; 863, 17317, xv[e] siècle. REIMS : Bibl. de la Ville, Graduel du monastère de Saint-Thierry, vers 1200, *RA*. LONDRES : Mus. Brit., 2 B IV, vers 1140, *LB ;* Caligula A XIV, vers 1185, *LD.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.*

1 Benedicto lyra *A. S. Cluniacen.*
2 manque dans *A. O. S.* Benedicti manque dans *Ebroicen.* festa, en marge gesta *CB.* voce sonora *CB. Cluniacen.*

3 A primaevo *Rothomagen.* Spuit *A. T*[1].
4 Et domina *O.* Ut Domini *S.* restaurans *T*[1]. *RA.* signo retenta *S.* signo detecta *Cluniacen.*
6 solidae *A.* unda *R. T. LD. Ebroicen. Rothomagen.*
8 Vides *A.*
10 Patris *A.*
11 superbia *O.* divina *O. Ebroicen. Rothomagen.*
12 lacryma (*s* effacé) *A.* lacrymas *O.S.* superna mutant *Ebroicen.* mutat *A.Q.*
14 laude *LD.*
15 Laus honor *O. CB. Ebroicen.*

124. DE SANCTA ANNA.

1

Ad matris Annae annua
recolenda praeconia
Confluat mente devota
redemptorum Ecclesia.

2

Haec regis et patriarchae
David proles et Abrahae

3

Haec aurora stellam mundo pro-
[tulit;
In area vellus haec exposuit.

4

Haec est radix et stirps Iesse
ex qua virga sumpsit esse,
Quae divinum profert florem
et fert fructum contra morem.

5

Virga florem,
vellus rorem
suscipit;
Stella solem,
virgo prolem
edidit.

6

Fabricatur in hac Anna
quae supernum clausit manna
Arca novi Testamenti;
O res magni Sacramenti!

7

Manna verum quo mundus pas-
[citur
Est hic puer qui nobis nascitur.

8

Haec est terra de qua veritas
[ascendit;
Hic est panis qui de supernis
[descendit.

9

Vere felices Dominae,
per quas Deus in homine
salutem operatus est,
Felix mater cum filia,
quibus sanctorum millia
canunt epithalamia.

10

Ergo tanta dicatae gloria,
Vos reorum tangat memoria.

11

Cum pro servis rogatis Filium,
Non negabit pius auxilium.

12

Praestate quod debetis reis,
Adstate Unico pro eis;

13

Ut in coena generali
et in veste nuptiali
Sponso psallamus pariter,
Ubi sempiternus cantus
ubi Sanctus, Sanctus, Sanctus
auditis aeternaliter.

14

Ibi pax et lux festiva,
Ibi rex omnis conviva;

15

Illic Tecum manet Anna,
Ibi cantemus Osanna.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 863, Missel de Rouen, xv[e] siècle, *V;* 867, Missel du Mans, xv[e] siècle, *W;* 905, Graduel de Rouen, xv[e] siècle, *X;* 17317, Missel de Rouen, xv[e] siècle, *Z.* LONDRES : Mus. Brit., Caligula A XIV, vers 1185, *LD;* Add. 11669, xiii[e] siècle, *LF.*

Le P. CH. CAHIER a cité quelques vers de cette Prose dans son ouvrage sur les *Caractéristiques des Saints*, pp. 353 et 607.

1 a extollendo *V. X. Z. LF. Rothomagen.* excolendo *W. Cenomanen.* excolenda *Lugdunen.*, 1524. extollenda *LD.* b Redemptorem *Cenomanen.*

2 a reges (!) *Lugdunen.* b *proles* manque dans *LF.*

3 a stella (!) *Lugdunen.* b aurea (!) *Lugdunen.* hoc *V. X. Z.* haec manque dans *LF.*

4 c Quo *Lugdunen.*

5 a Virgo *Lugdunen.* b velut rorem *Lugdunen.* morem (!) *W.* c suscepit *LF. Frisingen.* d Stella florem (!) *Lugdunen.* e virga *Rothomagen.* virga florem *W. Z.*

6 b quae virtutum *V. W. X. Cenomanen. Rothomagen.* d et res *LF. Frisingen. Lugdunen.*

7 b Hic est *X. Z. Cenomanen. Rothomagen.*

8 b Est hic panis *Lugdunen.* Et hic panis *Z. LD. Cenomanen. Frisingen. Rothomagen.* Et hic qui *LF.* ascendit *Rothomagen.* Cette clausule est reportée après le troisième vers de la strophe 9 dans *V.*

9 La seconde partie de cette strophe manque dans *LF. Frisingen. Lugdunen.*

10 a tanta ditatae *LF. Rothomagen.* tanta ditante *V. Z.* dicante *X.* Deitatis gloria *LF. Frisingen.* Deitatis gratia *Lugdunen.* b Nos reorum *Z.* Vox reorum *Lugdunen.* Nos earum cingat *LF. Frisingen.* nunc memoria *LF. Frisingen. Lugdunen.*

11 a Dum *LD.* Nunc *LF. Frisingen.* rogastis *X.* rogetis *LF.* rogitetis *Frisingen.*

12 a Praestare hoc debetis *LF. Frisingen.* b adstare *LF. Frisingen.*

13 c psallentes *W.* psallemus *V. W. X. Z.* La strophe est remplacée dans *LF.* et *Frisingen.* par :

Ut in coena generali
exsultantes pariter
Et in veste nuptiali
psallant tunc alacriter.

d e f manquent dans *Lugdunen.* qui ajoute simplement après c :

precantes Illum iugiter.

f audistis *X. Z.*

14 a Ubi *LD.* b Ubi *LD.*

15 a Ibi *Z.* mater *LD.* b Decantemus Osianna *LD,*

14 et 15 manquent dans *LF. Frisingen. Lugdunen.;* ils sont remplacés par les vers suivants dans *LF.* et *Frisingen.*

14

Et cum sanctis in supernis
fruamur donis aeternis,
Ac Maria nec non matre
suo Nato atque Patre.

15

Istud Anna cum Maria
nobis praestet prece pia.

Le Missel de Lyon, au lieu de ce qui précède, donne :

14

Ut nos in sua gloria
Secum gaudere faciat,
Ubi pax et lux festiva,
decantemus Osanna.

ce qui n'a ni rime, ni rythme, ni construction grammaticale.

125. DE SANCTO MELLONO.

I

Hac in die gaudeamus
et Melloni recolamus
virtutes et praelia ;
Missus puer Romam vadit,
et quae secum portat tradit
tributa pro patria.

2

Monitis Stephani credit,
baptizatur et obedit
mandatis Ecclesiae ;
Hinc sacerdos ordinatur,
dat se Deo, census datur
pauperum inopiae.

3

Inde nullum habet stratum ;
vigiliis fatigatum
sola sedes reficit.
Quaque die naturali
genu vice trecennali
flectere non deficit.

4

Aqua potum sitienti,
cibum dat esurienti
olus, panis ordei,
Ferrum nudam carnem stringit
caro tumens fere cingit
corpus cicli ferrei.

5

Stans angelus ad altare
mittit eum praedicare
Rodomito populo ;
Paret vir sanctus praecepto,
ab eo prius accepto
pastorali baculo.

6

Iter agens pedem cesum,
caecum et quemcumque laesum
sanat Christi nomine ;
A daemonio vexatum
et confractum morti datum
dat saluti pristinae.

7

Manum sanat arescentem
morsum curat et serpentem
cogit sese perdere ;
Visa luce singulari
signat eum in altari
manus Dei dexterae.

8

Apri dente vulnerati,
signo crucis, sanitati
restituit viscera ;
Carnis poenas non infringit ;
fini fortiter attingit,
spe firma, fide vera.

9

Victor sui mundum vicit,
mundique victor evicit
sibi regnum gloriae.
Quo nos tecum det regnare
tua prece, pater care,
Iesus, dator veniae.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 863, Missel de Rouen, xv[e] siècle, *V;* 905, Graduel de Rouen, xv[e] siècle, *X;* 17317, Missel de Rouen, xv[e] siècle, *Z.*

1 c praemia *Rothomagen.*
3 a Unde *Z.*
4 f opus cicli *X.*
6 b caecam *V. Z.*
7 c sese cogit *Rothomagen.*
9 a b vincit... evincit *V. Z.* f Iesu *X.*

126. DE SS. SIMONE ET IVDA.

1. In omnem
2. Terram Deo laus personet dulcissima ;
3. Astra polorum iubilent praeconia ;
4. Terra simul agat, atque freta concinant voce sua ;
5. Plebs et fidelium psallat Ei carminis prosodia ;
6. Verbum quod Suum carnem fore volens, virginis gremia
7. Sacravit Sibi, quatenus gigneret Creantem omnia ;
8. Qui periclitanti populo lucis aeternae cognitionem monstrare digne debeat,
9. Ac primi parentis facinus, macula naevi carens expiet, natus alvo virginea.
10. Nam, post plura virtutum genera, subiit mortem, triumphaturus eam,
11. Ac, spiritu dato, tartarea momordit, sicut dixit ante propheta ;
12. Hincque, vivens lucifer, tumulo surrexit, die tertia,
13. Ascensurus caelorum culmina, solis quater post decadas ;
14. Ubi Iudex sedet, ad Patris dexteram, cum Sacro Flatu, Trinitas una,
15. Quod in alumnorum gratanter pectora fuderat, in die hodierna.
16. Unde psallentes rogemus una,
17. Mente pura ac voce consona,
18. Quo nos regat ac protegat, servet, magnificet, atque gloria ditet in sempiterna.
19. Ut consortes mereamur sanctorum ovibus necti superis, inter quos mirabilis
20. Emicat, vivit, regnat in saecula.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 904, Missel de Rouen, xiv[e] siècle, *U*, *U*[1], (la Prose s'y lit deux fois) ; 863, Idem, xv[e] siècle, *V;* 905, Graduel de Rouen, xv[e] siècle, *X;* 17317, Missel de Rouen, xv[e] siècle, *Z.* Bibl. S. Geneviève, f[o] BBL7, xiii[e] siècle, *R*[2]. REIMS : Bibl. de la Ville, Graduel du monastère de Saint-Thierry, vers 1200, *RA.* LONDRES : Mus. Brit., 8 C XIII, xii[e] siècle, *LC.*

Dans le Graduel de Saint-Thierry cette Prose porte pour titre : Feria secunda post Pentecosten. Prosa almifica. C'est le vrai titre qu'elle doit porter.

2 Terram manque dans *U*[1]. laus Deo *Z.* personat *LC.* dulcisona *RA. LC. Cameracen. Laudunen. Noviomen.*

3 iubilant *R*[2]. *LC.*

4 simul manque dans *U.* simul clangat *Noviomen.* sic agat *X.* simul, aqua *Laudunen.* voce una *Laudunen.*

5 carmina *Cameracen.* prosodiam *Noviomen.*

6 Verbumque *LC.* Verbum qui *RA. Cameracen. Laudunen.* suis *R*[2] gremio *R*[2]. *U. U*[1]. *V. X. Z. LC.* L'assonance exige *gremia* que nous rétablissons. gremium *RA. Laudunen. Noviomen. Rothomagen.* uterum *Cameracen.*

7 gignerit *R*[2]. gigneret solem iustitiae *RA. LC. Cameracen. Laudunen. Noviomen.* contraire au rythme.

8 cognitionem insigniter ostenderet *LC. Cameracen. Laudunen. Noviomen.*

9 Et primi *LC.* De primi *Cameracen.* expiaret *Rothomagen.* donne une syllabe de trop. macula carens venia *Noviomen.* macula necis carens *LC.* macula novi carens *Cameracen.* piaret Deus homo factus ultro *LC. Cameracen. Laudunen. Noviomen.* virgineo *R*[2].

10 virtutum munera *R*[2]. *LC. Cameracen. Laudunen. Noviomen. Rothomagen.* munere (!) *U*[1]. itinera *V. Z.* subiit crucem *U. X. LC. Cameracen. Laudunen. Noviomen.* triumphaturus necem *Cameracen. Laudunen. Noviomen.* eam manque dans *LC.*

11 De spiritu *Noviomen.* spiritu Deo (!) *U*[1]. Spiritu data tartareo momordit utpote vates dixerat ante *LC. Laudunen.* sicut vates dixerat ante *Cameracen.* ut longe vates dixerat ante *Noviomen.* ante dixit *R*[2].

12 Hinc namque *LC.* sicque vivens *Laudunen.* Hinc vetus rediens lucifer *Noviomen.* tertio surrexit de tumulo *LC.* tertia surrexit die tumulo *Cameracen. Laudunen.* tertia die resurrexit tumulo *Noviomen.*

13 soles *R*[2]. *U. U*[1]. *V. X. Z. Laudunen. Noviomen. Rothomagen.* quantum post *U.* decades *R*[2]. *U. U*[1]. *V. X. Z. LC. Cameracen. Laudunen. Noviomen. Rothomagen.* L'assonance exige la voyelle *a.*

14 Ibi *U. U*[1]. *Cameracen. Laudunen.* sedet Iudex *LC.* cum Sancto manens unus Flamine *LC. Laudunen. Noviomen.* cum Sancto manens trinus Flamine *Cameracen.*

15 On lit dans *R*[2]. *U. U*[1]. *V. X. Z. Rothomagen.* la variante suivante pour la fête de Saint Simon et Saint Jude : *Quod in alumnorum pectora fuderat, ex quibus sunt Sancti Symon et Iudas.* — Quem in *Noviomen.* pectora gratanter *LC. Laudunen. Noviomen.* pectora graviter *Cameracen.* fundet in die *Noviomen.*

16 Inde *LC. Rothomagen.* vigemus una *U.* Iubilemus nunc *LC. Laudunen. Noviomen.* iubilemus una *Cameracen.*

17 et voce *LC. Laudunen.*

18 Quod *R*[2]. Qui *Noviomen.* et protegat *V. LC. Cameracen. Laudunen. Noviomen.* servet, vivificet *Noviomen.* salvet, vivificet *Laudunen.* in manque dans *U. U*[1]. *Cameracen. Noviomen.*

19 Et *LC.* coetibus necti *LC. Cameracen. Laudunen.* precibus necti *Noviomen.* inter quos vivit et regnat. *Cameracen.* inter quos miraculis *Laudunen.*

20 vivat *LC.* Emicat atque pollens permanet in saecula *Cameracen.* Emicat, vivit et regnat. *Noviomen.* La plupart des variantes de *LC*, du Missel de Cambrai et du Missel de Noyon sont des corrections contraires au rythme et à l'assonance. Il faut les rejeter.

127. DE SANCTA KATHERINA.

1

Gaude chorus hac in die,
dulcis melos symphoniae
voce dando mutua.

2

Voci vita conformetur,
sicque dies celebretur
digna laude congrua;
Per quam nobis renovatur
quae condigne celebratur
festivitas annua.

3

Adest dies qua divina
luce virgo Katherina,
Costi regis filia,
Illustratur cum stola duplici,
nacta sibi poena multiplici
Paradisi gaudia.

4

Haec in annis iuventutis
sanctae iugum servitutis
indefessa sustinens,
Mundi sprevit haec gloriam
solam Christi praesentiam
corde puro retinens.

5

Iubet Caesar thura dari,
Deis greges immolari,
vana coli numina;
Audet virgo repugnare,
vanos Deos blasphemare,
detestans libamina.

6

Stupefactus rex decore,
singulari mox amore
inflammatur noxio;
Prece tentat immutare,
tormentorum superare
quam nequit ludibrio.

7

Oratores adducuntur,
advocati superantur
virginis facundia.
Gaudet grex fidelium
dum transit incendium
ignis caro nescia.

8

Fornax regis Chaldaeorum
sanam servat puerorum
vitam cum corporibus;
Hic vita deponitur,
sed caro non tangitur
igneis stridoribus.

9

Uxor regis Christo credens
et tortores antecedens,
cum duce Porphirio,
Post tormenta decollatur,
quam non pauca comitatur
militonum concio.

10

Hinc poenarum
diversarum
cruciatu non vincitur,
sed insuper afficitur
inaudito verbere;
Nox fugatur,
illustratur
luce clara,
virgo sancta
Katherina retruditur
in horrendo carcere.

11

Rota rotae coaptatur,
tota ferro constipatur,
lacerando sublevatur
martyr in equuleo;
Quae, dum mori sic putatur,
moles ingens dissipatur,
plebs immensa morti datur,
ictu strata flammeo.

12

Ense tandem iugulatur,
sanguis lacte commutatur,
terra novi dealbatur
cruoris aspergine ;
Cuius corpus monte Syna,
non mortali, sed divina
vi translatum, medicina
olei vertigine.

13

Ave, virgo veneranda,
virgo digne collaudanda,
virgo totis exoranda
viribus, ut ad optanda
transferamur gaudia.
Nostrae mentis, prece munda,
terge sordes atque munda,
stola fulges quae secunda,
post reginam, in iocunda
beatorum patria.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 863, Missel de Rouen, xve siècle, *V;* 905, Graduel de Rouen, xve siècle, *X;* 17317, Missel de Rouen, xve siècle, *Z.*

2 a Voce *V. Z.* d quam *X.*
4 d haec manque dans *V. X. Z.* f puro corde *Z.*
7 a b Ces deux vers offrent une faute de rime.
10 h i rimes imparfaites. Le parallélisme laisse à désirer.
11 g in visa *Z.*
13 h fulgens *X.*

Le rythme de cette Prose est une des nombreuses imitations du *Lauda Sion*, qui est lui-même une imitation du *Zyma vetus.*

128. DE BEATA MARIA.

1

Nova fiant omnia,
quia mirabilia
nova fecit Dominus ;
Nova fit laetitia,
nova pluit gratia,
vetus delens facinus.

2

Descendit Rex siderum
pro salute pauperum
in vallem caliginis ;
Hic venturus iterum,
iustus ultor scelerum,
die magni turbinis.

3

Profert Iesse virgula
florem ante saecula
destinatum saeculo ;
Emittit virguncula
Agnum sine macula,
mactandum pro populo.

4

Procedit infantulus,
Deus factus parvulus,
virginis e gremio ;
Fontem parit rivulus,
et radicem surculus,
prodit sol de radio.

5

Virgo est quae genuit,
Deus est qui voluit
carnem ita sumere ;
Qui sic nasci debuit,
et puellam decuit
tantam prolem parere.

6

Lac ministrat Filio
quae miro mysterio
mater est et filia ;
Caeli regnans solio
iacet in praesepio,
inter animalia !

7

Accedamus seduli
ad praesepe parvuli,
amplectamur humilem ;
Ut, in fine saeculi,
videamus singuli
securi Terribilem.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 863, Missel de Rouen, xve siècle, *V;* 905, Graduel de Rouen, xve siècle, *X;* 17317, Missel de Rouen, xve siècle, *Z.*

2 d Sic *Rothomagen.*
4 e circulus (!) *Z.*
7 a securi *Z.* f secure *V.*

129. DE BEATA MARIA.

1

Ave maris stella, Dei
Mater alma, porta spei,
flos immensae speciei,
per te sperant vitam rei,
dat in signum huius rei,
hodiernae lux diei
laudes et praeconia.
Triste fuit in Eva ve,
sed ex Eva formans ave
voce versa sed non prave,
intus celans in conclave
Verbum bonum et suave,
his quos factum damnat grave
desuper irradia.

2

Gabriele nuntiante,
concepisti, austro flante,
porta clausa post et ante ;
Ioseph stupet, te praegnante,
sed, angelo confortante,
patet quod sis, re probante,
via viris invia.
Fecundata caeli rore,
misso tibi pleniore,
virginali salvo flore,
novo ritu, novo more,
dolo carens et dolore,
gignis, absque genitore,
Genitorem filia.

3

Quod processit in figura,
nube latens sub obscura,
haec declarat genitura ;
sic in matre virgo pura
pariendi vertit iura,
fusa, mirante natura,
Deitatis pluvia.
Pia prece placa Natum,
vim refrenans tempestatum,
munda Virgo, munda statum,
ne nos ducat in peccatum
vanus amor vanitatum,
in te iacto cogitatum,
parens paris nescia.

4

Placa mare, maris stella,
Verbi Dei facta cella,
mater simul et puella,
quae dulcore vincis mella,
tuum Natum interpella,
ne involvat nos procella
et tempestas obvia.
Omnis homo, sine mora,
laude plena solvas ora,
ipsam colas, ipsam ora,
omni die, omni hora,
sit mens simplex, vox sonora,
sic te gere, sic implora
eius patrocinia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 17329, Graduel de l'Abbaye de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *T*[1] ; 10513, Prosaire du xiv[e] siècle, *W*; 905, Graduel de Rouen, xv[e] siècle, *X*. LIMOGES : Bibl. de la Ville, 17, Graduel de l'abbaye de Fontevrault, xiv[e] siècle, *LT*. LONDRES : Mus. Brit., Add. 11414, Missel de Lincoln, vers 1400, *LH*.

1 d spirant *LH*. *Rothomagen.* e cuius rei *Rothomagen.* k vice versa *T*[1]. *LT*. sed non preme (!) *LT*. l mentis celans *LT*. viri celans *Rothomagen.* n Id quod *LT*. His quod *W*. *X*. *Rothomagen.*

2 f te probante *Rothomagen.* h sine rore *LH*. m carus (!) *X*. n gignens *X*.

3 a praecessit *LT*. *LH*. *Rothomagen.* c hoc *T*[1]. *LT*. *LH*. d de *LH*. k mundi statum *LT*. l ducant *X*. in manque dans *X*. in reatum *LH*. n iacta *W*. *X*. *LT*. *Rothomagen.*, n'offre pas de sens. o paris parens *T*[1].

4 c Dei Mater *Rothomagen.* e manque dans *T*[1]. Natum Tuum *LT*. *LH*. f involvas (!) *LT*. l solvens *X*. k manque dans *X*. m cum sit hora *Rothomagen.* n sic (!) mens *LT*. o sic rogare *W*. sic te rege *Rothomagen.* sic tergere, (pour te gere), *X*. Les deux parties de cette strophe sont interverties dans *T*[1].

130. CONTRA PESTEM.

1

Cum propter peccatum regis
furor Dei caedem gregis
fecisset quamplurimam,
Iam angelus proximabat,
gladium quoque vibrabat
super Hierosolymam.

2

O quam tristis
fuit pestis
a Dan usque Bersabee;
Heu, quam gravis,
licet brevis,
fuit ictus rompheae.

3

Nam de tribus optio
David in arbitrio
prius data fuerat,
Qui caedis continuum
vindictam per triduum
anxius elegerat.

4

Iamque ferox illa dies
decem millia septies
prostraverat hominum,
Sed hanc stragem dum prospexit
clemens Deus se reflexit,
irae ponens terminum.

5

Erat enim angelus ipse Dei
Secus aream Ornam Iebusaei.

5a

O quam praestabilis,
O quam est facilis
divina gratia!

6

Nam misericordiae recordatus,
Dixit illi : "Sufficit", iam placatus.

6a

Non vult peccatoris
mortem, Creatoris
nostri clementia.

7

O Rex ergo firmamenti,
recordare testamenti,
nec caedem continua.
Dic angelo ferienti,
tam grave percutienti :
" Cesset iam manus tua. "

8

O Maria, flos virginum,
nobis veniam criminum
impetres apud Dominum;
O cuncti cives caelici
commendate nos Iudici,
vestro precatu supplici.

9

Iam ut cesset vis furoris
et gladius percussoris,

Nobis quoque tandem cunctis
det gloriam vita functis.

131. TEMPORE EPIDIMIAE.

1

Summae verae Trinitatis,
indivisae Deitatis
postulemus gratiam :
In hac valle tempestatis,
intuitu pietatis,
pellat epidimiam.

2

Ad te, Virgo gloriosa,
vertimur oraculum,
Sis pro nobis advocata
apud tuum Filium.

3

Scimus nos reos esse,
sed tu, virgula Iesse,
subvenias famulis.
Nil poterit prodesse
si refutes adesse
nobiscum, O utilis.

4

Sancte Baptista Iohannes,
tu repraesenta nos omnes
in conspectu Iudicis ;
Sancte Petre, principatum
tenens et apostolatum,
flecte iram Vindicis.

5

Protomartyr Stephane ora Pio,
Ut nos servet ab ignis incendio.

6

Ad te, Adriane,
confugimus plane
ut succurras istis,
Ac Sebastiane,
deprecare sane
miseratus iustis.

7

O Clemens, pastor Romane,
quam devote, quam benigne
in te omnes speramus ;
Ora Deum cum Wulfrano
atque patre Antonio
ut hic non pereamus.

8

O virgines gloriosae,
poscite affectuose
Regem pro nobis supremum,
Ne nos pro nostris commissis
sceleribus et omissis
iudicet in interitum.

9

Sed nos vestris suffragiis,
relictis his miseriis,
Iungat in caeli curia.
Amen dicant omnia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 905, Graduel de Rouen, xve siècle, *X* ; 17317, Missel de Rouen, xve siècle, *Z*.

On lit dans *X*, en tête de la Messe d'où est extraite cette Prose : *Dominus papa Clemens Sextus constituit et fecit cum dominis cardinalibus, et concessit omnibus audientibus ducentos quadraginta dies de indulgentia, quam audiens missam debet in manu sua tenere candelam unam donec missa fuerit completa, et per quinque dies continuare dictam missam, et illa mors eis nocere non valebit.*

2 b vertimus *Rothomagen.*

4 b repraesentare nos *X. Z.*
5 a Stephane nunc orato *Silvanecten.*
6 f indulgeat christis *Rothomagen. Silvanecten.* miseretur tristis *Z.* miseretus (!) iustis, avec l'*u* effacé *X.*
7 a pastor regule *Silvanecten.* d supplicare cum *X. Z.* cum Franbaldo *Silvanecten.*
9 b hic *X. Z.*

MISSALE SECVNDVM RITVM ECCLESIAE HAMBVRGENSIS. Argentinae, 1509.

1. In Nativitate Domini : in gallicantu, Sequentia : *Grates nunc omnes.* K.6.
2. „ „ in ortu solis, Sequentia : *Eia recolamus laudibus.* [1] K.10.
3. „ „ ad summam Missam, Sequentia : *Natus ante saecula.* K.11.
4. Stephani protomartyris, Sequentia : *Hanc concordi famulatu.* K.711.
5. Iohannis apostoli et evangelistae, Sequentia : *Iohannes, Iesu Christo.* K.402.
6. In die sancto Epiphaniae, Sequentia : *Festa Christi.* K.24.
7. In die sancto Paschae, Sequentia : *Victimae Paschali.* [2] K.83.
8. Feria secunda, Sequentia : *Laudes Salvatori.* K.81.
9. Feria tertia, Sequentia : *Laudes Christo redempti.* K.92.
10. Feria quarta, Sequentia : *Mane prima Sabbati.* K.93.
11. In die sancto Ascensionis, Sequentia : *Summi triumphum Regis.* K.114.
12. In die Pentecostes, Sequentia : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* [3] K.124.
13. Feria secunda et tertia, Sequentia : *Veni, Sancte Spiritus.* [4] K.125.
14. De Sancta Trinitate, Sequentia : *Benedicta semper Sancta.* K.139.
15. In festo Corporis Christi, Sequentia : *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
16. In Dedicatione ecclesiae, Sequentia : *Psallat Ecclesia.* K.866.
17. De apostolis, Sequentia : *Clare sanctorum senatus.* [5] K.369.
18. De martyribus, Sequentia : *Agone triumphali.* K.443.
19. „ „ *O beata beatorum.* [6] K.445.
20. De confessoribus, Sequentia : *Ad laudes Salvatoris.* [7] K.465.

1 Item in festo Circumcisionis Domini.

2 Item feria quinta, feria sexta et Sabbato, et in die S. Marci evangelistae.

3 Item feria quarta et in octava.

4 Item feria quinta, feria sexta et Sabbato.

5 In die S. Thomae, et S. Barnabae; in Commemoratione S. Pauli apostoli ; in die S. Iacobi, S. Bartholomaei, S. Matthaei, S. Lucae, et SS. Simonis et Iudae.

6 In die SS. Fabiani et Sebastiani, et S. Viti ; in Inventione S. Stephani protomartyris.

7 In die S. Anscharii.

21. De virginibus, Sequentia: *Exsultent filiae Sion.*[8] K.474.
22. In die S. Andreae, Sequentia : *Sacrosancta hodiernae.* K.401.
23. Nicolai episcopi, Sequentia: *Laus et gloria Deo.* K.667.
24. Conceptionis Mariae, Sequentia : *Gaude, Virgo Mater Christi.* Mone, 460, 461.
25. Anthonii, Sequentia: *Canentes Salvatori.* 132
26. In Conversione S. Pauli, Sequentia : *Dixit Dominus : Ex Basan.* K.384.
27. In Purificatione Mariae, Sequentia: *Concentu parili.* K.217.
    In die Philippi et Iacobi apostolorum, Sequentia: *Caeli enarrant.* K.368.
28. In Inventione Sanctae Crucis, Sequentia: *Laudes Crucis attollamus.*[9] K.60.
29. Iohannis ante Portam Latinam, Sequentia: *Verbum Dei, Deo natum.* K.408.
30. In die sancto Iohannis Baptistae, Sequentia: *Sancti Baptistae Christi.* K.351.
31. Petri et Pauli apostolorum, Sequentia: *Petre, summe Christi.* K.394.
32. In Visitatione Mariae, Sequentia: *Decet huius cunctis horis.* K.213.
33. In Divisione apostolorum, Sequentia: *Caeli enarrant.* K.368.
34. Mariae Magdalenae, Sequentia : *Laus Tibi, Christe, qui es Creator.* K.846.
35. De Sancta Anna, Sequentia: *Sanctae Annae devotus.* K.773.
36. In die Laurentii, Sequentia: *Stola iocunditatis.* K.625.
37. In festo Assumptionis Mariae, Sequentia: *Congaudent angelorum chori.* K.247.
38. In Decollatione S. Iohannis Baptistae, Sequentia: *Psallite Regi nostro.* K.352.
39. In festo Nativitatis Mariae, Sequentia: *Stirpe Maria regia.* K.192; vel:
40. *Ave, praeclara maris stella.*[10] K.254.
41. Michaelis archangeli, Sequentia : *Summi Regis archangele.* K.172.
42. Feliciani martyris, Sequentia: *Ad concentus animemur.* K.560.
43. In die Omnium Sanctorum, Sequentia: *Omnes sancti Seraphim.* K.335.
44. Martini episcopi, Sequentia: *Sacerdotem Christi.* K.646.
45. Elisabeth viduae, Sequentia : *Gaude, Sion, quod egressus.* K.800.

8 In die S. Barbarae et S. Katherinae.
9 Item in Exaltatione Sanctae Crucis.
10 Item in festo Praesentationis Mariae.

46. De Lancea et Clavis, Sequentia : *Hodiernae festum lucis.* K. 54.
47. De Beata Virgine, Sequentia : *Ave, Maria, gratia plena.* K. 264.
48. „ „ *Laetabundus exsultet.* K. 13.
49. „ „ *Gaude, Maria, templum.* K. 302.
50. „ „ *Verbum bonum et suave.* K. 268.
51. „ .. *Ave, Virgo gratiosa.* K. 279.
52. „ „ *Virgini Mariae laudes concinant Christiani.* K. 233.

132. DE SANCTO ANTONIO.

1. Canentes Salvatori laudis resonemus gratias.
2. Famulo qui Suo vitam dedit Antonio,
3. Viveret qua semper gaudens aeterno gaudio.
4. Gaudet nunc in caelis, in terris calicem bibens Domini,
5. Dominum qui nudus secutus, suppressus crucis oneri,
6. Ut levius scanderet, spreverat cuncta temporalia,
7. Ne retro deprimerent virtutum alas auri pondera.
8. Sic Domini hic iugum tulit ab infantia; et imitans Ioseph, pallium Egyptiae herae relinquens manibus,
9. Hinc stabilem hunc fide servat innocentia, dum visitans Paulum qui vidit horrentia fugat verbis non manibus.
10. Hic lupam sequitur, viam nesciens, qua Paulum quaerere, venerat;
11. Sed Deo credidit quo nam ducatur uti meliorem videat.
12. Comperto itaque Paulo conversatur, visis gestis aedificatur, muneribus spiritualibus ditatur.
13. Et corvus adest, prandium praeparatur, medius panis integratur, militibus Christi annona duplicatur.
14. Duplicati ut salvemur et corpore et spiritu hunc deprecemur....
15. Pater senex venerande, tu nos defende, tuere, et libera ab igne Gehennae,
16. Tu nobis subsidio sistas in praesidio toto venerabilis aevo.

11 ut meliorem *Hamburgen.* Le rythme exige *uti.*
12 spiritalibus *Hamburgen.* Le rythme exige *spiritualibus.*
13 corvis *Hamburgen.* n'offre pas de sens.
14 Après *hunc deprecemur* cinq syllabes sont tombées, ce qui rompt le parallélisme. La pièce étant assonancée, *gehennae* de la clausule 15 reste seul sans assonance.

MISSALE SECVNDVM RITVM ECCLESIAE BREMENSIS. Argentinae, 1511.

1. In Nativitate Domini: in gallicantu, Sequentia: *Eia recolamus laudibus.* [1] K. 10.
2. „ „ in aurora, Sequentia: *Grates nunc omnes.* K.6.
3. „ „ ad summam Missam, Sequentia: *Natus ante saecula.* K. 11.
4. Stephani protomartyris, Sequentia: *Laetabundus exsultet.* [2] K. 13.
   Iohannis evangelistae, Sequentia: *Laetabundus exsultet.* [2] K. 13; vel:
5. „ „ „ *Iohannes, Iesu Christo.* K.402.
6. In die Epiphaniae, Sequentia: *Festa Christi.* K.24.
7. In die sancto Paschae, Sequentia: *Laudes Salvatori.* K.81.
8. Feria secunda, tertia, et quarta, et omnibus Dominicis usque Ascensionem, Sequentia: *Victimae Paschali.* [3] K.83.
9. In die sancto Ascensionis, Sequentia: *Summi triumphum Regis.* [4] K. 114.
10. In die Pentecostes et per hebdomadam, Sequentia: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K. 124.
11. De Sancta Trinitate, Sequentia: *Benedicta semper Sancta.* K. 139.
12. In festo Corporis Christi, Sequentia: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K. 150.
13. De apostolis, Sequentia: *Clare sanctorum senatus.* [5] K. 369.
14. De evangelistis, Sequentia: *Iocundare plebs fidelis, cuius pater.* K.427.
15. De uno martyre, Sequentia: *Agone triumphali.* [6] K.443.
16. De pluribus martyribus, Sequentia: *O beata beatorum.* [7] K.445.
17. De confessoribus, Sequentia: *Ad laudes Salvatoris.* [8] K.465.

1 Item in Circumcisione Domini.

2 Item de Domina nostra post Nativitatem.

3 Item in die Philippi et Iacobi, in Inventione Sanctae Crucis; et in die Victoris et Coronae si ante Ascensionem venerit.

4 Item, in die Victoris et Coronae, si post Ascensionem venerit.

5 In die Thomae, Iacobi, ad Vincula Petri, Bartholomaei, Matthaei, et Simonis et Iudae.

6 In die Viti, Augustini, Mauritii et sociorum, et Felicis et Feliciani.

7 In die Decem millium militum.

8 In die Erasmi, Materniani, et Willehadi, et in octava eius.

18. De virginibus, Sequentia: *Exsultent filiae Sion.*[9] K.474.
19. „ „ *Gaude, caelestis sponsa.* K.480.
20. In die sancto Andreae, Sequentia: *Deus in Tua virtute.* K.398.
21. Nicolai episcopi, Sequentia: *Laus et gloria Deo.* K.667.
22. Conceptionis Mariae Virginis, Sequentia: *Gaude, Virgo Mater Christi.* K.242.
23. Anthonii abbatis, Sequentia: *Alme confessor.* K.497.
24. In Conversione S. Pauli, Sequentia: *Dixit Dominus: Ex Basan.* K.384.
25. De S. Karolo magno imperatore, Sequentia: *Urbs Aquensis, urbs regalis.* K.617.
26. In Purificatione Mariae Virginis, Sequentia: *Concentu parili.* K.217.
27. Anscharii episcopi, Sequentia: *Iocundare, plebs Bremensis.* ... 133
28. In die sancto Iohannis Baptistae, Sequentia: *Sancti Baptistae Christi.* K.351.
29. In die sancto Petri et Pauli, Sequentia: *Petre, summe Christi.* K.394.
30. In die Visitationis Mariae, Sequentia: *Veni, praecelsa Domina.* K.206.
31. In Divisione apostolorum, Sequentia: *Caeli enarrant.* K.368.
32. Mariae Magdalenae, Sequentia: *Laus Tibi, Christe, qui es Creator.* K.846.
33. Annae viduae, Sequentia: *Sanctae Annae devotus.* K.773.
34. In Inventione S. Stephani protomartyris, Sequentia: *Hanc concordi famulatu.* K.711.
35. In die sancto Laurentii, Sequentia: *Stola iocunditatis.* K.625.
36. In die sancto Assumptionis Mariae, Sequentia: *Congaudent angelorum chori.* K.247.
37. In Decollatione Iohannis Baptistae, Sequentia: *Psallite Regi nostro.* K.352.

    Sixti et Sinnicii, Sequentia: *Omnes sancti Seraphim.* K.335.
38. In Nativitate Mariae, Sequentia: *Stirpe Maria regia.* K.192.
39. In Exaltatione Sanctae Crucis, Sequentia: *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
40. Michaelis archangeli, Sequentia: *Summi Regis archangele.* K.172.

    Lucae evangelistae, Sequentia: *Clare sanctorum senatus.* K.369; vel: *Iocundare plebs fidelis, cuius pater.* K.427.
41. In die Omnium Sanctorum, Sequentia: *Omnes sancti Seraphim.*[10] K.335.
42. Martini episcopi, Sequentia: *Sacerdotem Christi.* K.646.
43. Elisabeth viduae, Sequentia: *Gaude, Sion, quod egressus.* K.800.

9 In die Barbarae.

10 Item in Dedicatione altaris, et in Missa votivali in honore viginti quatuor seniorum.

Katherinae virginis, Sequentia: *Laetabundus exsultet.* K. 13.
44. In Dedicatione ecclesiae, Sequentia: *Psallat ecclesia.* K.866.
45. In Sabbatis de Beata Virgine, Sequentia: *Ave, praeclara maris stella.* K.254.
46. Item, Sequentia: *Verbum bonum et suave.* K.268.
47. Item, Sequentia: *Hodiernae lux diei celebris in.* K.202.
48. Item, Sequentia: *Ave Maria, gratia plena.* K.264.
49. Tempore Paschali de Beata Virgine, Sequentia: *Virgini Mariae laudes.* K.234.
50. De Sancto Spiritu, Sequentia: *Veni, Sancte Spiritus.*[11] K.125.
51. De Lancea et Clavis, Sequentia: *Hodiernae festum lucis.* K.54.
Sabbato ante Vocem iocunditatis, de B. Virgine, propter victoriam habitam contra Stedingos, Sequentia: *Ave, praeclara maris stella.* K.254.
52. De quinque vulneribus Iesu Christi, Sequentia: *Ave, dextra manus Christi.* Mone, 121.
53. In Missis pro defunctis, Tractus ex devotione et ad placitum cantandus: *Dies irae, dies illa.* K.879.

11 Item in Missa pro pestilentia.

133. DE SANCTO ANSCHARIO.

1

Iocundare, plebs Bremensis,
de tam miris et immensis
donis tibi hic ostensis
  cum decore vario;
Laeta laeto psalle tono
glorioso de patrono,
triumphante summo throno,
  beato Anschario.

2

Forma vitae Romanorum,
pontifex Nordalbingorum,
arce tenet in polorum
  mercedem negotio;
Antris sub Corbeiae fotus
cunctis sanctitate notus
sic ad summum fit promotus
  gradum sacerdotio.

3

Dispensator hic fidelis,
Danos adit tensis velis,
Agnum dominantem caelis
  terrae pandit finibus,
Corda sicca barbarorum
dulci de eloquiorum
fonte rigans divinorum
  signis et virtutibus.

4

Victor trium fit regnorum,
fana stravit profanorum,
cultu vano idolorum
  facto prorsus exsule,
Fide fulget gens Danorum
Sveonumque, Norvehorum
Grandlandeum, Islandorum
  sub Bremensi praesule.

5

O mens tendens ad superna,
O sal terrae, O lucerna,
luce splendens sempiterna,
latens non sub modio !
Flet antistes in agone
se frustrari spe coronae,
repromissa visione
spirans pro martyrio.

6

Calice de passionis
bibit veri Salomonis
licet citra vim mucronis
mortis cruciamina,
Inter probra tot tortorum
fremitus tot tyrannorum
fidei persecutorum
vitae tot discrimina.

7

Speculandi spe quietis
cellam struit in rubetis
pastum, potum, Ceres, Thetis,
cui dant libamina,
Nunc in imis operatur,
nunc in summis contemplatur,
duplex ita colebatur
vita sacro Flamine.

8

Cum triumphi gades fixit,
Christo, cui totus vixit :
« Hunc commendo Tibi, » dixit,
« Iesu bone, spiritum ; »
Corde sursum elevato,
fratribusque vale dato,
raptu rapitur beato
caeli ad exercitum.

9

O Anschari, pastor pie,
venerantum te hoc die
esto ductor huius viae
virtutum in gressibus ;
In hac valle peregrina
gregem ad ovile mina,
ne errantem faux lupina
saevis voret morsibus.

Cette pièce se trouve imprimée dans L. DREVES, *Leben des Heiligen Ansger*. Paderborn, 1864.

1 e psalle cano *Bremen*.
2 b Norbalbingorum *Bremen*. h sacerdotium *Bremen*.
4 d exsulem *Bremen*. e fulgent *DREVES*.
5 *DREVES* place ici notre septième strophe.
7 d dat *DREVES*.
9 a pater *DREVES*. c vitae *DREVES*, contraire à la rime. d in manque dans *Bremen*.

MISSALE AD VSVM INSIGNIS ECCLESIAE SENONENSIS. Parisiis, 1543.

1. Dominica prima Adventus, Prosa: *Salus aeterna.* K.1.
2. Dominica secunda, Prosa: *Regnantem sempiterna.* K.2.
3. Dominica tertia, Prosa: *Qui regis sceptra.* K.4.
4. Dominica quarta, Prosa: *Iubilemus omnes una.* K.5.
5. In Nativitate Domini: ad Missam in gallicantu, Prosa: *Nato canunt omnia.* K.9.
6. „ „ ad Missam de luce, Prosa: *Sonent Regi nato.* K.17.
7. „ „ ad magnam Missam, Prosa: *Christi hodierna.* 22
8. De Sancto Stephano, Prosa: *Magnus Deus in universa terra.* 81
9. In festo S. Iohannis apostoli et evangelistae, Prosa: *Organicis canamus modulis.* 32
10. Sanctorum Innocentium, quacumque die evenerit, Prosa: *Celsa pueri concrepent melodia.* K.348.
11. Dominica infra octavam, Prosa: *Caeleste organum hodie.* K.7.
12. In Circumcisione Domini, Prosa: *Laetabundus exsultet.* K.13.
13. Ad Missam Beatae Mariae a Circuncisione usque ad Purificationem, nisi Septuagesima intervenerit, Prosa: *Generosa caelorum.* 23
14. In die Epiphaniae, Prosa: *Epiphaniam Domino.* K.27.
15. In die sancto Paschae, Prosa: *Fulgens praeclara rutilat.* K.95.
16. Feria secunda post Pascha, Prosa: *Mane prima Sabbati.* K.93.
17. Feria tertia post Pascha, Prosa: *Victimae Paschali.*[1] K.83.
18. Feria quarta post Pascha, Prosa: *Psallat plebs devota.* ... 134.
19. In die Ascensionis, Prosa: *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
    Dominica infra octavas Ascensionis, Prosa: *Ecce stetere.* K.116.
20. In die Pentecostes, Prosa: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
21. Feria secunda post Pentecosten, Prosa: *Almiphona iam gaudia.* 135
22. Feria tertia, Prosa: *Laudes Deo devotas.* K.122.
23. Feria quarta, Prosa: *Alma chorus Domini.* K.140.
24. In octava Pentecostes, de Sancta Trinitate, Prosa: *Benedicta sit Beata Trinitas.* 100
25. Feria quinta, de Eucharistia, Prosa: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
26. In die Dedicationis ecclesiae, Prosa: *Clara chorus dulce pangat.* K.868.

1 Item in octavis Paschae.

27. De apostolis, Prosa : *Clare sanctorum senatus.*[3] K.369.
28. Pro evangelistis, Prosa : *Quatuor sunt uni alae.*[4] 136
De uno martyre, Prosa : *Organicis canamus modulis.* 32
29. De pluribus martyribus, Prosa : *Mirabilis Deus.*[5] 137
30. Pro uno confessore, vel pluribus confessoribus, Prosa : *Supernae Matris gaudia.*[6] K.338.
31. De una virgine, Prosa : *Virgines egregiae.*[7] K.478.
De una non virgine, Prosa : *Haec sancta.* K.338.
32. In die S. Andreae, Prosa[8] : *Exsultemus et laetemur, et Andreae.* K.399.
33. S. Nicolai episcopi et confessoris, in ecclesia Senonensi, Prosa : *Congaudentes exsultemus vocali.* K.665.
34. In Conceptione gloriosae Virginis Mariae, Prosa : *Dies laeta celebretur.* K.185.
35. S. Thomae martyris et archiepiscopi Canthuariensis, Prosa[9] : *Gaude, Sion, et laetare.* Gautier, 2e éd., XXI.
36. Alia Prosa de eodem : *Spe mercedis et coronae.* K.729.
37. Vincentii martyris, Prosa : *Praecelsa saeclis colitur.* 138
38. In die Purificationis Beatae Mariae, Prosa : *Hac clara die turma.*[10] Morel, 134.
39. In Inventione Sanctae Crucis, Prosa : *Laudes Crucis attollamus.*[11] K.60.
40. Iohannis ante Portam Latinam, Prosa : *Eia carissimi agamus.* 139
41. In die S. Iohannis Baptistae, Prosa : *Gaude, caterva, diei praesentis.* K.357.
42. In die apostolorum Petri et Pauli, Prosa : *Laude iocunda melos.* 35
In Commemoratione S. Pauli, Prosa : *Sacra, Paule, ingere.* 35
43. In Translatione S. Martini, Prosa : *Vernat gemma Martinus.* 140
44. S. Victoris, martyris in Thebaida, Prosa : *Vincat mentes, vincat mundum.* 141
Mariae Magdalenae, Prosa : *Mane prima Sabbati.* K.93.
In octava S. Mariae Magdalenae, Prosa : *O Maria Magdalene.*[12] K.93.

3 In die S. Thomae, SS. Philippi et Iacobi, S. Iacobi maioris, S. Bartholomaei, S. Matthaei, et SS. Simonis et Iudae.

3 In die S. Marci, S. Matthaei et S. Lucae.

5 Item per octavam Omnium Sanctorum in Dominica.

6 In die S. Pauli Senonensis episcopi, S. Eraclii, S. Rochi, S. Germani, S. Remigii, S. Bricii, de uno confessore archiepiscopo Senonensi, et etiam de uno doctore.

7 In die S. Columbae.

8 In ecclesia Senonensi dicitur Prosa : *Clare sanctorum senatus.* K.369.

9 In ecclesia Senonensi dicitur Prosa : *Sonent Regi nato.* K.17.

10 Item in die Annuntiationis, tempore Paschali, in die Visitationis, et in octavis Assumptionis.

11 Item in Exaltatione Sanctae Crucis, et de Cruce ad devotionem.

12 Item in Susceptione costae S. Mariae Magdalenae.

13 Item, in Annuntiatione, in Visitatione, et per octavas Nativitatis B. Mariae, in Dominica.

14 In ecclesia Senonensi non dicitur Prosa.

15 Item, in Inventione SS. Reliquiarum. In die S. Germani, S. Remigii, S. Brixi et S. Martini, Divisio : *O N. inclyte.* In die S. Agathae, Divisio : *Regina virginum.*

16 Item, in die S. Gabrielis archangeli.

70. Alia Prosa in tempore Paschali summatie complectens planctum Mariae Magdalenae : *Surgit Christus cum trophaeo.* K.227, 228.
71. De Nomine Iesu, Prosa : *Dulcis Iesus Nazarenus.* K.33.
72. De quinque Plagis Christi, Prosa : *Coenam cum discipulis.* K.57.
73. De Compassione sive Lamentatione B. Mariae, Prosa : *Moestae Parentis Christi.* K.229.
74. Antonii confessoris, Prosa : *Antonius humilis.* 26
75. S. Claudii confessoris et pontificis, Prosa : *Iubilemus exsultantes.* 147
76. Beatissimae Barbarae virginis et martyris, Prosa : *Virgo mitis generosa.* ....
77. Sanctae Sindonis, Prosa : *Plaudat caeli hierarchia.* K.55.

134. FERIA IV POST PASCHA.

1. Psallat plebs devota Christo cantica :
2. Perpetua remedia miseris confert lux ista ;
3. Tartarea superbia frangitur Christi dextera ;
4. Intrat infernalia penetralia lux deica, trepidat manus impia ;
5. Cedit nox continua, cessant tormenta fidelia, liberat Christus agmina ;
6. De custodia tenebrosa prodit iocunda sanctorum diu tenta caterva ;
7. Cum victoria praecipua redit et vita Dominus die surgit tertia ;
8. Patria nobis est reddita.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 10502, Missel de Sens, xiii[e] siècle, *U;* 864, Idem, xv[e] siècle, *V;* 880, Idem, *X.* MONTPELLIER : Bibl. de l'École de Médecine, 71, Missel de Sens, xiv[e]-xv[e] siècle, *MR.* SENS : Bibl. de la Ville, 16-(17), Missel de Sens, xiii[e] siècle, *SE.* LONDRES : Mus. Brit., Add. 30058, Missel de Sens, xiv[e] siècle, *LG.*

4 Intra *MR.*
7 reddit *X.* vitta *LG.*

135. FERIA II POST PENTECOSTEN.

1. Almiphona iam gaudia
2. Caeli rutilant per climata :
3. Alogiantur cuncta bona.
4 Pneumatis afflata sacra flamma replentur hodie quispiorum affabre corda pura ;

5. Renovantur namque festalia typicalia dudum in Syna Moysi consignata.
6. O beata et vera gaudia, homo cum celsa petit, Deus et ima, in ignis forma.
7. Pace namque hodie in vera sunt copulata duo animalia, superna, ima.
8. Theologa remata concrepet utriusque diapason vera,
9. Cherubim aetherea, Seraphim atque iuncta, ignicoma turba.
10. Tuba iubilaea tympanizet rupta vincula
11. Prius verbigenam detinebant quae nexam drachmam.
12. Nunc vos, Michael satrapa, Gabriel vera polixe dans nuntia,
13. Nos terrigenas vernulas ferte in vestras policas officinas.
14. Nunc ergo cuncta superna iuncta phalanga benedicat Sanctum Pneuma, voce sonora ;
15. Cuius et munere compta testula rubra redipendat vera symbola enarmonica.
16. Esse ultima vel particula mereamur Eius in aula.
17. Amen omnia subiungant pium mente pura iam nunc redempta,
18. Rite canentes : Alleluia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1132, Tropaire de Saint-Martial, xi[e] siècle, *G;* 1136, Idem, *H;* 9449, Tropaire de Nevers, xi[e] siecle, *O;* 1139, Tropaire de Saint-Martial, xii[e] siècle, *P;* 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, xii[e] siècle, *Q;* 10511, Graduel, xii[e] siècle; *R;* 13252, Tropaire de Saint-Magloire (!), Paris, xii[e] siècle, *S;* 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiii[e] siècle, *T;* 14819, Missel de l'abbaye de Saint-Victor, xiii[e] siècle, *T²;* 17318, Missel de l'abbaye de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *T⁴;* 904, Missel de Rouen, xiv[e] siècle, *U;* 864, Missel de Sens, xv[e] siècle, *V;* 880, Idem, *X.* Cf. en outre : 13254, 14452, 16823, 17319, 17321, xiii[e] siècle ; 1106, 1107, 16828, xiv[e] siècle; 863, 865 A, 865 B, 905, 14448, 14872, xv[e] siècle. Bibl. de l'Arsenal, 1169, Tropaire d'Autun, xi[e] siècle, *N.* Cf. en outre : 197, xiv[e] siècle; Bibl. S. Geneviève, f° BBL 5, et 4° BBL 10, xv[e] siècle; LIMOGES : Bibl. de la Ville, 17, xiv[e] siècle ; MONTPELLIER: Bibl. de l'École de Médecine, 71, xiv[e]-xv[e] siècle; SENS : Bibl. de la Ville, 16-17, xiii[e] siècle, etc. LONDRES : Mus. Brit., 2 B IV, vers 1140, *LB;* 8 C XIII, xii[e] siècle, *LC;* Caligula A XIV, vers 1185, *LD;* Add. 30058, Missel de Sens, xiv[e] siècle, *LG.*

2 rutilans *Q. U.*

3 Allogiantur *V. X. Senonen.* Allogizantur *Ord. Trinitatis.* Alogientur *Eduen.* Elogiantur *P. T⁴. LB. LD. Lausannen.* Elogiantur corrigé en Alogiantur *LC.*

4 Neumatis *O. LC.* Neupmatis *R. X. LG.* Neumatis afflicta *Lausannen.* Sacri *N. R. S. T. T². T⁴. U. V. X. LG. Eduen. Senonen. Can. reg. S. Victoris Parisien. Cluniacen. Ord. Trinitatis.* sacri, et, après correction, sacra *LC.* flamina *G. T². LG.* hodie piorum *Lausannen.* quis priorum *N.* quospiorum *V.* afabre *P. S. V. Cluniacen.* a fabre *T⁴. Eduen.* afflabre (!) *U.* a febre (!) *LG.*

5 festa illa *T. U. LB. LD. Lausannen.* correction intelligente ; doit néanmoins être rejetée. typacalia *LG.* in signa *LG.*

6 O manque dans *LD.* et vere *S.* concessa *R.* in ignis forma manque dans *X. LG.*

7 Parce (!) *P. V.* Pasce (!) *LG.* Pacem... in veram *T. U. LB. LD.* Pacem, et, après grattage, Pace *LD.* hodie munera (!) *Cluniacen.* supera *LG.* suprema *Eduen.*

8 Theologia *X. Lausannen.* Theologare matha (!) *O.* remmata *R.* reumata *S.* rithmata *Eduen.* rigmata *Cluniacen.* renata (!) *P.* pneumata T^2. *V. LG. Senonen. Can. reg. S. Victoris Parisien. Ord. Trinitatis.* neupmata *X.* timata *U.* Toutes ces variantes, plus fantaisistes les unes que les autres, viennent de ce qu'on n'a pas compris le mot Grec *remata*, qui est la véritable leçon. concrepent *Cluniacen.* utrisque *P. U. LG.* in utrisque T^4.

9 aethera *Lausannen.* aethereas *Cluniacen.* atque vincta *P.* T^2. atque cuncta *T. U. X. LB. LD. LG.* cuncta, corrigé en nata *LC.* ignea caterva *T. U. LB. LD. Lausannen.* igniconia (!) *Eduen.* turma *N. O. Q. R. S.* T^1. *V. X. LG. Eduen. Senonen. Can. reg. S. Victoris Parisien. Ord. Trinitatis.*

10 Tuba manque dans *G.* Turba *Lausannen.* iubelea *N. O. Q. S. V. LB. LC. LD.* tympanizent *T. U. LB. LD.* symphonizet *Cluniacen.*

11 Arius (!) *LC.* verbigena *S. LG. Senonen.* terrigenam *T. U. LB. LD.* detinebat *U.* detinebatque *Cluniacen.* detinebantque *T.* T^4. *V. X. Eduen. Senonen.* retinebantque *Lausannen.* drachmam manque dans *O.*

12 Sunt vos (!) *LD.* nos *G. H. U. X.* (Certains manuscrits sont hésitants entre *nos* et *vos.* De même pour le premier mot de la clausule 13.) Michael caeli satrapa *LG.* polixedans (!) *G.* prolixe *P.* polexe *R.* polaxe *N. S. Eduen.* polanse *O.* polixa *X. LG.* prolixa *V.* police *Lausannen.* dans nuptias *R.* nuptia *O.*

13 Vos *P.* (?) *R.* et après correction Nos *LC.* ferre T^2. pollitas *Eduen.* caelicas officinas T^2. *Can. reg. S. Victoris Parisien.*

14 Tunc ergo *R.* vincta superna cuncta *R.* iuncta caterva cuncta phalanga *S.* T^2. *Can. reg. S. Victoris Parisien. Ord. Trinitatis.* phalangat (!) *O.* nunc benedicat *LG.* benedicit *U.* benedic *Eduen.* sanctum neupma *P. R. X. Lausannen.* sanctum praemia (!) *Eduen.*

15 Huius *U. Lausannen.* Cuiusque *P.* munera *G.* munere plena *O. Q.* munere cuncta *R. S.* T^2. *V. X. LG. Lausannen. Senonen. Can. reg. S. Victoris Parisien. Cluniacen. Ord. Trinitatis.* compto *LD.* textula *R. X. Senonen.* rubea *V.* redispendat *P. H.* (?) redimpendat *T. LB. LD.* redipenda (!) *S.* rudipendat *O. V. LG.* rudipendent *X. Senonen.* rependebat *U.* en armonica *P. R. T. LB.* in armonica *N.* T^4. *V. X. LC. LD. Lausannen. Senonen. Cluniacen.* en armonia *Q.* in armonia *G. U. LG. Eduen.*

16 Ecce (!) *V.* particulata *G. N. P. Cluniacen.* particulata, et, après grattage particula *LC.* mereatur *N. Q.* eum in *LG.* in Eius aula *Lausannen.*

17 pium Pneuma mente *V.* redempta te commendo *Lausannen.*

18 Vite (!) *P.* Pure canentes T^4. canendo *T. U. LB. LD.*

Outre les Missels imprimés dont nous avons relevé les variantes, on peut encore consulter ceux de Séez, de Senlis, de Troyes, de Tournay et de Fontevrault (1604).

136. DE EVANGELISTIS.

1

Quatuor sunt uni alae
faciesque; nam idem et cunctis quale
et dictum est aequale.
Cum vadunt, non revertuntur :
coram se haec gradiuntur,
quo spiritus perflat illuc feruntur.

2

Iohannes in aquilina,
quia volat ad divina ;
forma Lucas in bovina,
in quo Christus hostia ;
Matthaeus est in humana,
tractans hominis arcana ;
Marcus leo, Christiana
quo fertur victoria.

3

Haec pedes rectos,
sursum erectos,
in Deum gressus directos,
habent animalia.
Aeris scintillas
spirant pusillas:
accendunt corda per illas
munda plena gratia.

4

Pro nobis Christum oblatum,
Deum verum humanatum,
carnem factum, passum, natum,
scribunt in concordia;
Haec velint nos adiuvare,
quae student semper orare,
incessanter Deum laudare,
ter " Sanctus " clamantia.

Manuscrits. SENS: Bibl. de la Ville, (16)-17, Missel de Sens, pièce ajoutée au xvii[e] siècle, *SE*. MONTPELLIER : Bibl. de l'École de Médecine, 71, Missel de Sens, xiv[e]-xv[e] siècle, *MR*.

1 Malgré l'accord des textes manuscrits et du texte imprimé, nous croyons que le second vers de cette strophe est altéré. On peut bien difficilement en faire le mot à mot, et si l'on s'en rapporte au parallélisme, il semble que *facies-que* doive être rejeté au vers 3.
4 d in manque dans *Senonen.* 1543.

Morceau très obscur et fort médiocre.

137. DE PLVRIBVS MARTYRIBVS.

1. Mirabilis Deus in sanctis, mirabilia dans magnifica,
2. Qui fide praeclara vicerunt mundi gravissima pericula;
3. Iudicum minas, verbera et blanditias contemnentes mente robusta, verissimo fuderunt Regi animas.
4. Ergo triumphant, laurea compti capita, secuti recte vestigia Agni singularis iam Christi sacrata.
5. Cui assidue melliflua dant cantica Eius praedulcissima pleni gloria.
6. Quorum celebrantes sollemnia consortio iungi quo mereamur Christus annuat,
7. Qui nostra est gloria.

Manuscrits. PARIS: Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xi[e] siècle, *A*; 903, Graduel de Limoges, xi[e] siècle, *A''*; 1084, Tropaire de Saint-Martial, xi[e] siècle, *B*; 1118, Idem, *D*; 1119, Idem, *E*; 1137, Idem, *I*; 1338, Idem, *K*; 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, xii[e] siècle, *Q*; 10508, Tropaire de Saint-Évroult, xii[e] siècle, *R*; 13252, Tropaire de Saint-Magloire (?), Paris, xii[e] siècle, *S*; 830, Missel de Paris, xiii[e] siècle, *T*; 16823, Missel de l'abbaye de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *V²*; 17318, Idem, *V³*; 1099, Missel de Paris, xiv[e] siècle, *X*. Cf. en outre, 824, 10502, 15615, 17321, 17329, xiii[e] siècle; 1107, 8884, 8885, 10513, 16828, xiv[e] siècle; 857, 858, 859, 859 A, 860, 865 A, 865 B, 1112, 1337, 9445, 10506, 12065, xv[e] siècle, et en général tous les Missels de Paris; Bibl. de l'Arsenal, 110, xiii[e]-xiv[e] siècle; Bibl. Mazarine, 405, 413, 447, etc., xv[e] siècle; 448, xv[e]-xvi[e] siècle. LONDRES: Mus. Brit., Add. 30058, Missel de Sens, xiv[e] siècle, *LG*. Cf. en outre: Add. 16905. OXFORD: Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA*; Barlow 5, Missel de Salisbury,

vers 1370, *OB*. CAMBRIDGE : Corpus Christi Coll., 473, Tropaire de Winchester xi[e] siècle, *CCC*.

Cette pièce a été éditée par FORBES, par HENDERSON et par DICKINSON.

Cette Prose se chantait primitivement à la Toussaint. Elle porte dans le 887 le titre : *De omnibus Sanctis*. Il en est de même dans le 10508. Déjà néanmoins dans le 1119 et le 1137 elle est copiée à la suite de la Prose des Saints Innocents. Dans le 13252 elle a pour titre : *De martyribus*. Dans le 1118 : *Martyrum plurimorum*, etc.

1 in sanctis Suis *OB*. da, et, après correction *dans A*. mirabilia magnificans *Q*.
2 Cui *D*. gravia pericula *Q*. *Nivernen*. *Senonen*. pericula gravissima *LG*. *OA*. *CCC*.
3 Iudicium (i gratté) *A*. Iudicium minas (mi effacé) *T*. blanditia *Lugdunen*. contemnantes *T*. mente devota *A*. A^2. V^2. V^3. Regi fuderunt *Constantien*.. vero transfuderunt *R*. *LG*. *OB*. *Baiocen*. *Nivernen*. *Sarisburien*. *Senonen*. FORBES, ferro transfuderunt *Q*.
4 secuti recta *A*. *S*. secuti recti *OA*. *Aurelianen*. secuti rite *Constantien*. anni singularis V^2. secularis *OB*. iam manque dans A^2. *K*. *Q*. *R*. *LG*. *OB*. *Baiocen*. *Lugdunen*. *Nivernen*. *Sarisburien*. *Senonen*. FORBES. Christo *B*. V^2. V^3. *Turonen*.
5 Qui *I*. V^2. V^3. *OA*. *OB*. *CCC*. *Aurelianen*. *Constantien*. *Lugdunen*. Qui, et au-dessus Cui *E*. iam melliflua *B*. Eius dulcissima repleti A^2. *D*. *E*. *I*. *Lugdunen*. dulcissima repleti Eius *B*. *K*. praedulci repleti *Q*. plena *OB*. *Nivernen*. *Senonen*. gratia A^2. *I*. *T*. V^2. V^3. *OB*. *Lugdunen*. *Nivernen*. *Sarisburien*. FORBES.
6 celebrantes memoriam V^2. V^3. consortia A^2. *B*. *K*. *OB*. *Nivernen*. consortium *Turonen*. coniungi A^2. *B*. *D*. *E*. *I*. *K*. *Lugdunen*. iungi manque dans *Turonen*. iugi *Q*. *T*. quo manque dans *Q*. *Lugdunen*. *Nivernen*. quod *LG*. Christus manque dans *LG*. Christo *Baiocen*. Christus annua (!) *D*. animas (!) *Q*.
7 es *Q*. sit *OB*.

Le texte est identique dans *Melden*. et *Silvanecten*. Cf. en outre les Missels imprimés de Beauvais, de Chartres, de Macon, de Paris, de Troyes, de Cluny de Fontevrault, etc.

138. DE SANCTO VINCENTIO.

1. Praecelsa saeclis colitur dies omnibus fidelibus clara,

2. Sub honore martyris Christi Vincentii rite dicata,
3. In cuius hodie natali solvimus laudes debitas.

4. Insignis olim fulsisti levita, gemina sub Valerio discens dogmata;
5. Flagrans amore divino calcasti lubrica mundi gaudia, fortis athleta.

6. Tempsisti saeva poenarum genera, risisti sereno corde plurima :
7. Vincla, verbera, furias, faculas, catenas, ungulas ac craticulam.

8. Carcer, te taeter nil terruit, aut ulla tortoris crudelitas, nec torrida ferri machina;
9. Flammas, testularum aspera fragmina, [ultro] subisti impavidus, taeterrima trusus spelaea.

10. Septus cuneis mox sidereis, hymnizabas mystica laetus carmina.
11. Sonant organa praemirifica modulatis vocibus concrepantia.

12. Victis victor hostibus, Victorem cernebas cominus; angelorum psallebat caterva, voce tinnula :
13. " Eia, miles invicte, posita caduca sarcina, arce poli florida, necteris, noster collega.
14. Post tot tormentorum supplicia feliciter peracta atque devicta, penetrasti caeli sidera,
15. Stola laureatus perspicua, Agnum sequens, fulgida inter lilia, agonista, iam tripudias. "
16. Iamiam, sancta anima, funde pia precamina, propter nostra foeda facinora prece sedula.
17. Fove, O martyr, immeritos famulos tuos, noxia pellens et commoda praebens omnia;
18. Quo aeterna una tecum in gloria iocundemur cantantes : Alleluia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1084, Tropaire de Saint-Martial, pièce ajoutée vers la fin du xie siècle, *B;* 1087, Idem, *C;* 1132, Idem, *G;* 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, xiie siècle, *Q;* 10511, Graduel, xiie siècle, *R;* 13252, Tropaire de Saint-Magloire (?), Paris, xiie siècle, *S;* 10502, Missel de Sens, xiiie siècle, *S²;* 1106, Missel d'Auxerre (?), xive siècle, *U;* 840, Missel de Châlons-sur-Marne, xve siècle, *V;* 867, Missel du Mans, xve siècle, *W;* 879, Missel de Dijon, xve siècle, *X;* 15105, Prosaire avec gloses, xve siècle, *Y;* 842, Missel de Châlons-sur-Marne, xve-xvie siècle, *Z.* Bibl. de l'Arsenal, 1169, Tropaire d'Autun, xie siècle, *N;* 595, Missel et Vespéral de Châlons-sur-Marne, xive siècle, *T.* Cf. en outre : AUTUN : Bibl. du Grand Séminaire, Missel du xve siècle; MONTPELLIER : Bibl. de l'École de Médecine, 71, xive-xve siècle ; SENS : Bibl. de la Ville, 16-17, xiiie siècle. CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.* Corpus Christi Coll., 473, Tropaire de Winchester, xie siècle, *CCC.* ASHBURNHAM PLACE, Missel de Dijon, xive siècle, *ASH.*

Cette Prose a été publiée par M. PELLECHET, *Notes sur les livres liturgiques des diocèses d'Autun, Châlon et Macon*, Paris-Autun. 1883, p. 489.

1 saecli *Q. CB. Eduen. Silvanecten. PELLECHET.* sedis (!) *W. Lunden.* cedis (!) *Cenomanen. Senonen.* dies manque dans *Lunden.*

2 In honore *Cenomanen.* rite sacrata *Lunden.*

3 natale *N. R. S. T. U. V. W. X. CB. CCC. ASH. Catalaunen. Eduen. Lunden. Silvanecten.* natale hodie *Silvanecten.* psallimus laudes *CB.* colimus laudes *Lunden.* laudes dicatas *B.*

4 In signis *B. Eduen.* olim fuisti *T.* levita gemma *Cluniacen.* gliscens dogmata *R. S. T. U. W. CB. Cenomanen. Lunden. Senonen.* dicens *Y. Z.* docens *S². CCC. Cabilonen. Eduen. Silvanecten. PELLECHET.* domata *S.*

5 Flagras *Z.* florida mundi *Lunden.* mundi audia (pour *odia* ? — peu probable) *Cluniacen.*

6 Tempsistis *N.* arsisti sereno *V. Catalaunen.*

7 Vincula *W. Cenomanen.* (u effacé) *S².* verbera, catenas, furias, faculas *T.* furcas *Cenomanen.* facula *S.* ungula *S.* ac craticula *Q. S. T. Eduen. PELLECHET.* craticulas *N.* et craticulam *V. Z. Catalaunen. Senonen.* creticulam (!) *X. ASH.*

8 Carcer taeter te *B. G. N. R. U. V. Z. CB. CCC. Cabilonen. Catalaunen. Eduen. Silvanecten. PELLECHET.* nil te terruit *B. G. Cabilonen.* te nil terruit *R.* te manque dans *N. U. V. Z. Catalaunen. Eduen. Silvanecten. PELLECHET.*

non terruit *Y. CCC.* ac nulla *Q. U. CB. Silvanecten.* aut nulla *Cabilonen.* corporis crudelitas *V. Z. Catalaunen.* tortoris insania *Cabilonen.* neque torrida *B. C. G. N.* paraît contraire au rythme.

9 fincmina (!) *B.* fingmina *G. W.* framma (!) *X.* flamina *CB.* subiisti *Lunden. Senonen. Silvanecten.* nil pavidus *T.* impavitans *X. ASH.* taeterrime *Z.* et taeterrima *Cluniacen.* trusus pelea *Q. R. T. U. W. CB. Cenomanen. Cluniacen.* palea *Eduen. Senonen. Silvanecten.* PELLECHET.

10 Septus canticis *Cabilonen.* L'adjectif épithète *sidereis* (de fer) n'a pas été compris par le correcteur du Missel de Châlon-sur-Saone. Il a remplacé alors *cuneis* par *canticis* et donné à sidereis (de *sidus, sideris*) le sens de *caelestibus.* mox angelicis, decantabas *CCC.* hymnizabat *S. Senonen.* ignizabas *U. X. ASH.* laetus cantica *X. ASH.* L'ordre des clausules 10 à 15 est interverti dans *CB.* ainsi : 14, 15, 11, 10, 13, 12.

11 permirifica *G. N. Y.* per mirifica *B.* prae mirifica *Q. CB.* modulatus *Lunden.* modulantis *N.* concrepentia *R.*

12 Victorum victor *T.* Victorem en marge : victricem *CCC.* auctorem cernebas *Senonen.* cernebat *Q.* cernebas eminus *S*[2]. *Senonen.* cernebas communis *CB.* cernebas securus *Cabilonen.* psallebas *N. R. S. W. X. ASH. Cenomanen. Eduen.* PELLECHET. psallentem caterva *CB.* psallentem catervam vocem *CCC.* canebat caterva *Cabilonen.* psallant carmina voce *Lunden.*

13 inclyta *Cabilonen.* posita adhuc ad sarcinam *N.* poli fulgida *W. Cenomanen.* nec terris (!) *Eduen.* PELLECHET. nectaris (!) *T.* veheris *Q.*

14 Post manque dans *N. Q. R. S. T. X. Y. CB. CCC. ASH. Lunden.* tot manque dans *U. V. Z. Catalaunen. Eduen. Silvanecten.* PELLECHET. Tot tormentorum suppliciis feliciter peractis atque devictis *CB. CCC.* Tot tormentorum post supplicia *Cabilonen.* per acta *Q.* poli sidera *S*[2]. *Y. CCC. Lunden. Senonen.*

15 laureatus purpurea *CB.* purpura *Lunden.* laureatus per spicula *Cenomanen. Silvanecten.* florida inter *CCC.* inter lilia, coronaris caeli laurea *CB.* tripudia *N. U. V. X. Y. Z. ASH. Cabilonen. Catalaunen.*

16 Iam iam manque dans PELLECHET. Un des deux iam manque dans *Y.* Nam iam *Lunden.* sancta agmina *N. R.*, peut-être est-ce la vraie leçon, *agmina* étant considéré comme un féminin singulier. pia manque dans *Cabilonen.* pie *Silvanecten.* peccamina (!) *S.* pro nostro foedo facinore *Q. R. S*[2]. *U. V. W. X. Y. Z. CB. ASH. Cabilonen. Catalaunen. Cenomanen. Eduen. Lunden. Senonen. Silvanecten.* PELLECHET. ob nostra *T. CCC.* Au lieu de *prece sedula*, on lit simplement *sedulo* dans *Lunden.*

17 Foveo *C. CCC.* Nove (!) *Lunden.* immerito *N. S. X. ASH.* in merito *Y.* innumeros famulos *Q.* noxas pellens *Q. R. S*[2]. *U. V. X. Y. Z. CB. ASH. Cabilonen. Catalaunen. Senonen. Silvanecten.* noxam *W. Cenomanen. Eduen.* PELLECHET. noxa *S.* noxias *CCC.* nos apellens *N.* ac commoda *U.* accomoda *Lunden.*

18 Coaeterna *N. S*[2]. *Eduen.* PELLECHET. Quo in quo aevo iam gloria (d)um decantemus alleluia (!) *R.* iocundemus *X. Y. Z. ASH. Cabilonen. Catalaunen. Eduen. Cluniacen.* PELLECHET. iocundemur omnes cantantes *Silvanecten.*

Le parallélisme de cette Prose est à peu près parfait (en supprimant *ultro*, clausule 9), jusqu'aux clausules 16 et 17. Ces deux clausules ne sont-elles pas altérées ?

139. DE S. IOHANNE ANTE PORTAM LATINAM.

1

Eia carissimi,
agamus cum gaudio
Iohannis sollemnia.

2

Quem Dominus posuit,
quoniam sic voluit,
in tanta munditia,
Ut servaret virginem
illum sanctum hominem,
gratuita gratia.

3

Et post apostolicum
fecit duodecimum,
divina clementia,
Cum patrem deseruit
et ea quae habuit
dereliquit omnia.

4

Felici commercio,
pro minuto pretio,
commutans terrestria,
recepit caelestia.
In Domini gremio
dormivit cum gaudio
in coena dominica,
fide fretus deica.

5

Cum per crucem
mortis ducem
superaret
et damnaret
Rex noster et gloria,
Vocans fratrem,
sibi Matrem
commendavit,
quam amavit
vere super omnia.

6

Ex hac die,
pius pie
custodivit
et servivit,
sine qua iniuria;
Donec vita
stabilita
sibi fuit,
et placuit
Deo dare praemia.

7

Propter fidem Trinitatis
et amorem Deitatis
exsulatus a patria
pulsus est cum iniuria,
Ubi vacans Deo soli
raptus ad suprema poli
novit Dei mysteria
quae fiunt in Ecclesia.

8

O Iohannes, Deo care,
a peccatis declinare
in hac vita
fac nos ita
mereamur ut proemia,
Ut per opus pietatis,
cum augmento charitatis,
simus cuncti
Deo iuncti
in caelesti patria.

9

Ut haec fiant omnia
donet Dei gratia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 10502, Missel de Sens, xiiie siècle, *S*²; 1106, Missel de l'église abbatiale de Longoret (diocèse d'Auxerre), xive siècle, *U*; 864, Missel de Sens, xve siècle, *V*. MONTPELLIER : Bibl. de l'École de Médecine, 71, Missel de Sens, xive-xve siècle, *MR*. SENS : Bibl. de la Ville, (16)-17, Missel

de Sens, xiiie siècle, *SE*. LONDRES : Mus. Brit., Add. 30058, Missel de Sens, xive siècle, *LG*.

2 b qui sic voluit *V*.
4 c dimittens *MR. U.V. Senonen.;* ajouté postérieurement *SE*.
5 i quem *MR*.
6 b plus hic pie *V*. k dare debita *MR. S². V.LG.SE. Senonen.* Nous adoptons le texte de *U*, parce que toutes les autres strophes de cette pièce riment en *ia*.
7 c exultans *LG*. f raptus est ad *V*. superna poli *MR. V. LG. Senonen.*

140. DE SANCTO MARTINO.

1

Vernat gemma
Martinus, minister bonus,
die ista;
Pastor mitis,
nec gregis recusans onus,
prece pia.

2

Turonis praesidio
eius et consilio
fuit tuta;
Trinitatis incola
fregit praesul idola,
fide capta.

3

Spe firmatus constitit;
signo Crucis restitit
arbor lapsa.
Hic partitus clamydem,
angularem lapidem
texit illa.

4

Quod Martinus iusserat,
mergus aquas liquerat,
petens sicca;
Quos mors alligaverat
praesul suscitaverat,
prece pia.

5

Vocavit per spiritum
Deus civem inclytum,
spes cognovit obitum
praemunita;
Nocte praesul media
petiit caelestia,
et vox per sublimia
est audita.

6

" Martino iustior,
nec fide sanctior,
nec par extitit, nec melior.
Qui vitro purior,
lacte candidior,
cunctis floruit lucidior. "

Manuscrits. MONTPELLIER : Bibl. de l'École de Médecine, 71, Missel de Sens, xive-xve siècle, *MR*. SENS : Bibl. de la Ville, (16)-17, Missel de Sens, pièce ajoutée au xviie siècle, *SE*.

2 f rapta *MR. Belvacen. Senonen.* 1556.
3 f illam *MR. Belvacen. Senonen.* 1556.
4 f prece fusa *MR*.
5 g *MR.* praesublimia *Belvacen. Senonen.*

141. DE SANCTO VICTORE.

1

Vincat mentes, vincat mundum
et repellat cor immundum
Victoris praesentia ;
Amor vitae, sapor mundi
evanescat in iocundi
martyris memoria.

2

Docet esse nos victores,
nos invitat ad vigores
Victoris victoria ;
Vicit enim mundi nexus,
ut veniret ad amplexus
Christi, per martyria.

3

Hic iam tota legione
coronata passione
cum duce Mauritio,
Loca caedis et sanctorum
videns, gemit beatorum
deesse consortio.

4

Mensas currit ad hostiles
et accusat cibos viles ;
profano convivio
Invitatus indignatur
et convivas detestatur,
clamans cum suspirio :

5

" Quam damnosė
mortis hora
gloriose
brevi mora
quae sic aufert tempora.
Qui tot annis militavi
neque sancta consummavi
dies inter corpora.

6

Vallat turba prophanorum,
conquerentem electorum
subtrahi martyrio.
Dum vallatur,
imperatur
respondere
quem sincere
colat coram gladio.

7

Veteranus iuvenescit,
frigens aetas frigus nescit,
sub calore pectoris.
Fervet fides, fervet pectus :
clamat amor et affectus
toto nisu corporis :

8

Quem adoro,
quem exoro,
Christus regum
rex, et legum
conditor egregius :
Longam moram,
mortis horam
restaurabit
mori dabit
cum beatis gratius.

9

Vota, preces, Christus audit :
haec loquentis colla claudit
pecussoris gladius.
Fidus comes legionis,
migrat martyr, passionis
et coronae socius.

12

Victor vitae, victor mundi,
victor hostis furibundi,
mortis vincens taedia.
Vince mentes, corda munda :
lacrymarum mundans unda,
nostra vince vitia.

Manuscrits. MONTPELLIER : Bibl. de l'École de Médecine, 71, Missel de Sens, xive-xve siècle. *MR.* SENS : Bibl. de la Ville, 16-(17), Missel de Sens, pièce ajoutée au xviie siècle, *SE.*

2 b ut invitat *Senonen.* nos invitat *SE.* Le Manuscrit de Montpellier donne *et invitat*, après grattage d'un mot qui remplaçait *et.* c Victoris memoria *Senonen.*
5 g neque facta *MR.*
9 b plaudit *SE.* c percursoris *MR.* praecursoris *Senonen.*

142. IN INVENTIONE S. STEPHANI.

1

Laudes primi attollamus
martyris, et recolamus
his sacris sollemniis,
Qualiter sit revelatum
corpus eius, et translatum,
multorum obsequiis.

2

Luciano quiescenti,
stratu suo dormienti,
noctis in silentio,
Facta est reliquiarum
Protomartyris sanctarum
caelitus ostensio.

3

Vir quidam longus, canutus,
vultu decorus, indutus
albis, tectus pallio,
Sacerdoti in visu affuit ;
hunc pulsavit virga quam tenuit,
vocavitque tertio,

4

Dicens : " Vade sine mora
ad Iohannem, et implora,
quod clausis aperiat,
Ut pro suis famulis
mundum a periculis
Dominus eripiat. "

5

Tunc sacerdos : " Quis vocaris?
Qui sunt quibus sociaris ? "
quaesivit attentius.
Qui respondit : " Sum vocatus
Gamaliel, mihi gratus
Stephanus est socius. "

6

Mox coram eo calathos
tres posuit cumulatos,
rosis odoriferis :
Duo praebebant niveas
rosas, alter sanguineas
pulchriores caeteris.

7

De quibus ait : " Hic rosas
locus habens tam formosas,
eius est qui praebuit
Preces pro supplicio,
qui primus martyrio
coronari meruit.

8

Et statim evigilavit
Iohannique revelavit
visa ab exordio.
Hinc ad Dei contulit
se, laudes et protulit,
lacrymas prae gaudio,

9

Addens : " Si Deus haec tibi
demonstravit, fode ibi
quo putas reliquias."
Illic fodere tentavit,
sed Migecius monstravit
ei partes alias.

10

Qui, docente Migecio,
loco dum fodit alio,
fit odoris effusio,
ex cuius fragrantia
Salus aegris emanavit
maxima, quae non sanavit
solum corpora, sed lavit
mentes a spurcitia.

11

Nam triginta bis astantes
et tredecim aegrotantes
sanos fecit et laetantes,
infusa suavitas.
Mundo presso prae nimia
siccitatis molestia,
magna descendit pluvia,
cessavitque siccitas.

12

Sic corpus diu celatum,
et a sepulchro sublatum,
plebique manifestatum,
est, et in Sion translatum
cum magna laetitia ;
In quo Christus collaudetur,
veneretur et ametur,
et a cunctis adoretur
omnisque chorus laetetur
decantans : Alleluia.

Manuscrits. MONTPELLIER : Bibl. de l'École de Médecine, 71, Missel de Sens, xive-xve siècle, *MR*. SENS : Bibl. de la Ville, 16-(17), Missel de Sens, pièce ajoutée au xviie siècle, *SE*.

1 b et martyris *MR*.
2 e sacrarum *Melden. Proprium S. Stephani de Monte, Parisiis, 1649.*
3 a Vir quidem *MR*. b vultu decoris *MR*. c albi tectus (!) *MR*.
4 c ut clausis *SE*.
5 a Cui sacerdos *Propr. S. Stephani.*
6 b tumulatos *Senonen. Propr. S. Stephani.* d praebeant *Senonen.* e alter manque dans *MR*.
7 b loculos habens *Senonen.* c huius est *MR. Melden.*
8 d Hic *Propr. S. Stephani.*
11 d odoris suavitas *Propr. S. Stephani.*
12 a Hoc corpus *Propr. S. Stephani.* b est a sepulchro *MR. Senonen.* d est manque dans *Propr. S. Stephani.* k decantantes *Senonen.*

143. DE SANCTO LVDOVICO.

1

Ludovico
pangamus corde pudico,
Alleluia.
Rex hac vita
vivebat ut heremita,
res miranda.

2

Gaudet rex de regulo,
Dominus de famulo,
sol de stella ;
Regni et Ecclesiae
iura rexit, requie
semper clara.

3

Multa bona clericis
contulit et laicis
pari forma.
Nec prece nec pretio
sua mens iudicio
fit corrupta.

4

Nullus tam summopere
vixit suo tempore,
valle nostra.
Hic multa pericula
passus est per saecula,
carne sumpta.

5

Damieta rapuit
hunc, carcere tenuit;
in hoc dici meruit
esse coeca.
Tunis fuit mortuus,
caelo fit perpetuus;
liber declarat suus
haec praedicta.

6

Nitet miraculis
magnis et parvulis
quem vinxit vinculis
gens misera.
Cuius precamine
fruamur lumine
Dei cum Virgine
puerpera.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Mazarine, 448, Prosaire des Célestins, xvie siècle, *Z.* MONTPELLIER : Bibl. de l'École de Médecine, 71, Missel de Sens, xive-xve siècle, *MR.*

2 d Regis et Ecclesiae *Fontisebralden.* 1534.

3 Après les trois premiers vers de cette strophe, on lit dans *Cenomanen.* :

Hic multa pericula, etc.

c.-à-d. la seconde partie de notre strophe 4.

La seconde partie de notre strophe 3 est totalement absente de *Cenomanen.*

4 a summo opere *MR.* b suo fecit tempore *Senonen.* A la place des vers a et b, on lit dans *Fontisebralden.* 1534 :

Nullus carne sanctior,
nullus mente purior.

Les trois premiers vers de la strophe 5 remplacent les trois derniers de la strophe 4 dans *Cenomanen.* d multa piacula *Z.* f cruce sumpta *Fontisebralden.* Cette variante intéressante ne semble pas être la vraie leçon. Tous les autres vers qui terminent chaque demi-strophe sont textuellement extraits du *Laetabundus;* Cruce sumpta serait la seule exception.

5 a Damietam *Cenomanen.* e Tunis tandem *Fontisebralden.* 1534.

6 c quem strinxit *Fontisebralden.* 1534. e Eius precamine *Z. Fontisebralden.* 1534.

144. DE S. LVPO EPISCOPO SENONENSI.

1

Hic exsulta, plebs fidelis:
iam exsultat Lupo caelis
caelestium curia.

2

Ori mente
praecinente,
illi gaude,
quia laude
dignus est et gloria;
Os in vanum ne laboret,
quod os canit, hoc mens oret,
concordi laetitia.

3

Quis futurus esset iste
hoc ostendit nobis, Christe,
eius pueritia ;
O quam felix, quantus ex merito,
cui nondum in mundum edito
datur Dei gratia !

4

Fide clarus et exutus
mundo, Deum est secutus
ab adolescentia ;
Quod quaesivit opere,
invenit in munere,
in caelesti patria.

5

Iure caelum illi datur,
vita cuius approbatur
signorum frequentia ;
Quia vita signis digna,
probant eius vitam signa
innumerabilia.

6

Quadam nocte dum oraret
obserataque vetaret
aditum ecclesia,
Cum subintrant aures Dei
eius vota, patent ei
clausa prius ostia.

7

Meloduni, prece facta,
igne quasi non adtacta
manent promptuaria ;
Cessat ignis penitus,
quasi sit divinitus
supermissa pluvia.

8

Facto signo, fusa prece,
liberatur plebs a nece
per eius suffragia ;
Moysi officio
debellat oratio
bellatorum millia.

9

Licet huic haereret mundus
fit a mundo semper mundus,
mundi vitans vitia ;
Etsi mundus huic arrisit,
illi tamen non irrisit
vana mundi gloria.

10

Caelo semper mens intendit
quia coelebs ; hoc ostendit
splendor gemmae quae descen-
[dit
inter sacrificia ;
Huic de caelo gemma datur,
qui per gemmam designatur,
atque gemmae comparatur
ratione varia.

11

Gemmae talis est natura :
gemma fulget et est dura,
et virtutis in se plura
gerit beneficia ;
Splendor signat sanctitatem,
dat signorum potestatem
virtus, mentis firmitatem
figurat duritia.

12

Ergo, gemma sacerdotum,
famulorum audi votum :
ut qui tibi famulantur,
stola sua qua privantur
inobedientia,
Prece tua coadiuti,
sint a Deo reinduti,
ut cum angelorum choris,
mortis absoluti loris
decantent : Alleluia !

Manuscrits. MONTPELLIER : Bibl. de l'École de Médecine, 71, Missel de Sens, xive-xve siècle, *MR*. SENS : Bibl. de la Ville, (16)-17, Missel de Sens, pièce ajoutée au xviie siècle, *SE*.

1 a exultat, après correction *MR.* b nam *Parisien.* 1666. exulat *Senonen.* et in caelis *Parisien.* 1666. c Lupo caeli curia *Parisien.* 1666.

2 a Ore *MR. SE. Senonen.* b praecurrente *MR. Senonen.* f Ob (!) *Senonen.*

3 b c :

dat ab eius ortu Christi
vox de caelo nuntia. *Parisien.* 1666.

e est cui *SE.* cui mundum *MR. Senonen.* immundum *MR.*

5 b vita eius *MR.*

6 b observataque *Parisien.* 1666. obsecrataque *MR.* d Dum *MR. SE. Parisien.* 1666. e vota patientiae (!) *Senonen.*

7 a Melodunum *MR. Senonen.* b ad tacta *MR. Senonen.* c manet *Senonen.* e tanquam sit *SE. Parisien.* 1666.

9 a hunc haberet mundus *Parisien.* 1666. e tamen illi *Parisien.* 1666. non arrisit *Parisien.* 1666. *Senonen.*

10 b quod ostendit *Parisien.* 1666. e Hinc *Senonen.* g gemma *MR.*

145. DE SS. SAVINIANO ET POTENTIANO.

1

Laeta fano
cantet plebs Saviniano :
Alleluia ;
Nam pugnavit,
tyrannos cum superavit,
res miranda.

2

Fido gaudet comite,
rex de bono milite,
sol de stella ;
Praedicantes aemulis
Christi facta populis
semper clara.

3

Obstant infidelibus,
Iudaeis et gentibus
pari forma.
Nec irrefragabilis
sanctorum mens humilis
fit corrupta.

4

A faucibus daemonum
plebs solvitur Senonum
valle nostra.
Poli currunt bravio
dediti supplicio,
carne sumpta.

5

Mortis data poculis
clientela populis
cordis nequit oculis
esse caeca ;
Recepti superius,
exsultant felicius
quo narrantur latius
haec praedicta.

6

Quibusnam temere
referta scelere
renuit credere
gens misera.
Nostros his spiritus
salvet divinitus
virgine genitus
puerpera.

Manuscrit. SENS : Bibl. de la Ville, (16)-17, Missel de Sens, pièce ajoutée au xviie siècle, *SE.*

2 d stimulis *Senonen.* 1543.

3 b gentilibus *SE. Senonen.*, fait un vers faux ; *gentibus* s'impose.
4 a facibus *Senonen.* e dedita *Senonen.*
5 a data populis *SE.* b clientela praesulis *SE.* Ces deux variantes ne sont pas plus claires que le texte qui est fort obscur.

146. DE BEATA MARIA.

1

Verbum manens ab aeterno
apud Patrem, ex materno
carnem sumpsit utero.
Est ex Matre factus Deus,
erubescat vir Iudaeus,
infelix de caetero.

2

Rivus fontem alvo gessit
et ex alvo fons processit
purificans omnia ;
Terra, pontus, astra, mundus
renovantur et fit mundus
miser a miseria.

3

Archa novi testamenti,
in qua nostri sacramenti
continetur veritas ;
Vas repletum vino mero,
cella plena pane vero,
sub quo latet Deitas.

4

Quidquid boni potest esse
profert virgo, virga Iesse,
quando parit Filium ;
Lacte pascit Salvatorem
Virgo nata Genitorem,
Creatorem omnium.

5

Miserorum miseratrix
et lapsorum reparatrix,
reos reconcilia.
Pia mater pium Natum
placa nobis, ut paratum
det regnum in gloria.

Manuscrit. MONTPELLIER : Bibl. de l'École de Médecine, 71, Missel de Sens, xive-xve siècle, *MR.*

2 f misera *MR.*
5 a b miseratur ... reparatur *MR.* c reconsiliat *MR.*

147. DE SANCTO CLAVDIO.

1

Iubilemus exsultantes,
ore, corde personantes,
magna cum laetitia,
Oscitemus applaudentes,
a puero inchoantes
Claudii miracula.

2

Hic in cunis adhuc iacens,
velut Christo totus nascens
fert signa sanctitatis ;
Amplexatur adolescens
terrigena pertimescens
semitas aequitatis.

3
Nobilibus hic exortus
pernobiles egit actus,
ex more nobilium ;
Nam litteras statim amplexatus
in doctrinis evasit perdoctus
supra morem gentium.

4
Est insuper factus praesul,
ex quo gaudet omnis consul
Bisuntinae structurae ;
Sed tristatur tunc exsul
quod Claudius sic praesul
floret iusto opere.

5
Bonis studet opem dare,
vitiosos increpare,
cunctis zelans gloriam ;
Evitavit maculare
vitam sanctam, seque dare
Christo vovit hostiam.

6
Renuendo haec caduca
ingressus est sacra loca
Augendi coenobium.
Non algescit velut rocha,
sed flagrascit ut festuca
quam rapit incendium.

7
Affligitur corpus sacrum
et redditur castigatum
duris poenitentiis ;
Recipiunt ob id factum
fratres cuncti virum sanctum
abbatem pro meritis.

8
Demum acto curriculo,
derelicto corpusculo,
caelum mens ingreditur ;
Conservatur a populo
corpus clarens miraculo,
quod integrum cernitur.

9
Quis nesciat sacerdotem
exorantem Christi Matrem
pro perdito lumine,
Audivisse respondentem :
« Surge, adi nostrum fratrem
in Iurensi limine. »

10
Festinavit illuc ire,
non desperans invenire
quod sperabat exhaurire :
salutis obsequium ;
Consequitur illud in re,
quod praedictum fuit mire
unde laudat, et de iure,
sanctissimum Claudium.

11
Gloriose praesul Claudi,
assistentes tuae laudi
et rogantes te, nos audi,
impetrando veniam ;
Ne, daemonis arte, claudi,
adhaerendo suae fraudi,
quam suggerit vano cordi
possimus in gehennam.

12
Miles Christi sanctissime,
te vocantes rectissime,
assequuntur amplissime
quod postulant aequissime
largitori munerum ;
Te rogamus, praesul summe,
ut nos stantes hic infime
tu subleves in sublime
sociando caeli turmae
sanctorum spirituum.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1106, Missel de l'église abbatiale de Longoret, diocèse d'Auxerre, pièce ajoutée, fin xve siècle. *U*; 17313, Missel, xve siècle, *X*. (Ce Missel ne renferme que les strophes 11 et 12.)

1 d Obstinemus *Senonen*. Obstitemus *Aurelianen*. *Bituricen*. *Senonen*. 1556. Le verbe *oscitare* doit se prendre ici dans son sens primitif d'« ouvrir la bouche»

2 f sanctitas aequitatis *Aurelianen. Bituricen. Senonen.*

3 a est exortus *Aurelianen. Bituricen. Melden. Senonen.* d e Ces deux vers se lisent ainsi dans *Melden.* :

Nam litteras amplexatus
statim evasit perdoctus.

f super morem *Aurelianen. Bituricen. Senonen.*

4 a Et insuper *Aurelianen. Bituricen. Senonen.* e sit praesul *Aurelianen. Bituricen. Melden. Senonen.* f florens *Melden.*

6 c Eugendi *U.* Il s'agit du Monastère d'Oyant; nous conservons l'orthographe des Missels imprimés. e flagrescit *Aurelianen. Bituricen. Senonen.* 1556.

8 b de relicto *Aurelianen. Senonen.*

9 e audi *Aurelianen. Bituricen. Senonen.* f in incensi lumine *Aurelianen. Bituricen. Senonen.* On n'a pas compris la vraie leçon, qui disait d'aller en pèlerinage à Saint-Claude, "sur les confins du Jura", *in Iurensi limine*, et l'on a imprimé qu'il fallait aller trouver Saint Claude "*in incensi lumine*" : ce qui n'est pas très clair !

10 e illuc in re *Aurelianen. Senonen.* illic in re *Melden.*

11 On lit avant cette strophe, dans *Aurelianen. Bituricen. Melden. Senonen.* : Sequens versus dicitur ter. b assistantes *X.* e a te *X.*

12 h hinc sublime *Aurelianen. Melden. Senonen.* hinc in fine *Bituricen.* i sociandos *Melden.* sociantes *Aurelianen. Senonen.*

148. DE SANCTA BARBARA.

1

Virgo mitis, generosa,
gemma caeli pretiosa,
sponsa Christi speciosa,
Dioscori filia,
Tecum virgo lapis volat
ut sic tuus pater colat
Trinitatem, quem violat
haeresis ludibria.

2

Christus eam visitavit
et in vinclis confortavit,
plagas eius mox sanavit ;
sana refert gratias.
Veste caeli sibi data,
migrat virgo haec beata,
sicque patris decollata
manus sentit impias.

3

Ave, proles Creatoris,
ave, sponsa Redemptoris,
salve, serva Salvatoris,
angelorum socia.
Supplicat nunc chorus iste
per Barbaram, pie Christe,
irasci nobis desiste,
qui es vera venia.

1 e axis volat *Ord. Trinitatis.* laxis volat *Belvacen. Leodien.* 1527. *Parisien.* 1516. g qui *Cabilonen.*

2 b in vinculis *Atrebaten.* 1517. *Belvacen. Cabilonen.* d sanas *Leodien.* 1527. *Parisien.* 1516. f sensit *Atrebaten.* 1517.

3 a prolem *Belvacen.* d nuntia *Belvacen. Leodien.* 1527. *Parisien.* 1516. e Supplicat ut *Atrebaten.* 1517.

Le texte de cette Prose se lit en outre dans un certain nombre de Missels imprimés, en particulier dans les Missels de Bourges, de Macon, de Séez et de Meaux, 1556.

MISSALE IVXTA VERVM ORDINEM ECCLESIAE MONASTERIENSIS. Coloniae, 1489.

1. In Nativitate Domini: in gallicantu, Sequentia: *Grates nunc omnes.* K.6.
2. „ „ in ortu diei, Sequentia: *Eia recolamus laudibus.* K.10.
3. „ „ ad summam Missam, in die, Sequentia: *Natus ante saecula.* [1] K.11.
4. In festo S. Stephani protomartyris, et in octava, Sequentia: *Hanc concordi famulatu.* K.711.
5. In die S. Iohannis evangelistae, et in octava, Sequentia: *Iohannes, Iesu Christo.* K.402.
6. In festo SS. Innocentium, et in octava, si in Dominica, Sequentia: *Laus Tibi, Christe, cui sapit.* K.342.
7. In die Epiphaniae Domini, et in octava, Sequentia: *Festa Christi.* K.24.
8. In die sancto Paschae, Sequentia: *Laudes Salvatori.* [2] K.81.
9. Feria secunda Paschae, Sequentia: *Laudes Christo redempti.* [3] K.92.
10. Feria tertia Paschae, Sequentia: *Agni Paschalis esu.* K.79.
11. Feria quarta Paschae, Sequentia: *Victimae Paschali.* [4] K.83.
12. In die sancto Ascensionis, Sequentia: *Summi triumphum Regis.* K.114.
13. In die sancto Pentecostes, et feria secunda, Sequentia: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
14. Feria tertia et quarta, et in octava Pentecostes, Sequentia: *Veni, Sancte Spiritus.* [5] K.125.
15. In Dedicatione ecclesiae vel altaris, Sequentia: *Psallat Ecclesia.* K.866.
16. In die sancto unius apostoli, Sequentia: *Clare sanctorum senatus.* [6] K.369.
17. De evangelistis, Sequentia: *Iocundare, plebs fidelis, cuius pater.* [7] K.427.

1 Item in Circumcisione Domini.
2 Item in octava Paschae et Dominica quinta post Pascha.
3 Item Dominica secunda post Pascha.
4 Item Dominica tertia et quarta post Pascha.
5 Item in Missa votiva Sancti Spiritus.
6 In die SS. Philippi et Iacobi, in octava SS. Petri et Pauli, in die S. Iacobi, S. Petri ad Vincula, S. Bartholomaei, et SS. Simonis et Iudae.
7 In die S. Marci, S. Matthaei, et S. Lucae.

18. De uno martyre, Sequentia: *Salvatorem concordi.* [8] K.437.
19. De pluribus martyribus, Sequentia: *O beata beatorum.* [9] K.445.
20. " " " *Agone triumphali.* [10] K.443.
21. Unius confessoris et pontificis, Sequentia: *Ad laudes Salvatoris.* [11] K.465.
22. De uno confessore non pontifice, et de uno abbate, Sequentia: *Ave, gemma confessorum.* [12] K.885.
23. De una virgine et martyre, Sequentia: *Exsultent filiae Sion.* [13] K.474.
24. De una virgine non martyre, Sequentia: *Gaude, caelestis sponsa.* [14] K.480.
25. In die sancto Andreae apostoli, Sequentia: *Deus, in Tua virtute.* K.398.
    In Conceptione Beatae Mariae, Sequentia: *Ave, praeclara maris stella.* [15] K.254.
26. In Conversione Sancti Pauli, Sequentia: *Dixit Dominus: Ex Basan.* [16] K.384.
27. In Purificatione B. Mariae Virginis, Sequentia: *Concentu parili.* K.217.
28. Ludgeri episcopi, Sequentia: *Inclyte psallamus.* K.639.
29. In Inventione Sanctae Crucis, Sequentia: *Laudes Crucis attollamus.* [17] K.60.
30. Iohannis ante Portam Latinam, Sequentia: *Verbum Dei, Deo natum.* K.408.
31. In die sancto Iohannis Baptistae, et die sequenti, quia tunc agitur eius octava, Sequentia: *Sancti Baptistae Christi.* K.351.
32. In die sancto Petri et Pauli, Sequentia: *Petre, summe Christi.* K.394.
33. In die sancto Visitationis Beatae Mariae, et per octavas, Sequentia: *Ave, Verbi Dei Parens.* K.211.
34. In Divisione apostolorum, Sequentia: *Caeli enarrant.* K.368.

8 In die S. Thomae Cantuariensis, S. Vincentii, S. Ignatii, S. Georgii, S. Floriani, S. Pantaleonis, S. Lamberti, et S. Calixti.

9 In die S. Bonifacii et sociorum, et SS. Viti, Modesti et Crescentiae; in Inventione S. Stephani protomartyris; in die S. Dionysii et sociorum; et in adventu duorum Ewaldorum.

10 In die SS. Fabiani et Sebastiani, SS. Nerei, Achillei et Pancratii, Decem millium martyrum, S. Mauritii et sociorum, et S. Gereonis et sociorum.

11 In die S. Silvestri, S. Blasii, S. Ambrosii si post Pascha venerit, S. Servatii, S. Remigii et sociorum, et S. Clementis.

12 In die S. Pauli primi eremitae, S. Antonii, S. Bernardi, S. Hieronymi, et S. Francisci.

13 In die S. Agnetis, S. Dorotheae, S. Margaritae, et S. Ceciliae.

14 In Adventu B. Walburgae.

15 Item in octava Assumptionis.

16 Item in Commemoratione S. Pauli.

17 Item in Exaltatione Sanctae Crucis.

35. Mariae Magdalenae, Sequentia : *Laus Tibi, Christe, Qui es Creator.* K.846.
36. Annae matris Mariae Virginis, Sequentia : *Sanctae Annae devotus.* K.773.
37. In die S. Laurentii, Sequentia : *Laurenti David.* K.623.
38. In Assumptione B. Mariae, in crastino, et in octava, Sequentia : *Congaudent angelorum chori.* K.247.
39. Augustini episcopi, Sequentia : *Interni festi gaudia.* K.502.
40. In Decollatione B. Iohannis Baptistae, Sequentia : *Psallite Regi nostro.* K.352.
41. In Nativitate B. Mariae, et per octavas, Sequentia : *Stirpe Maria regia.* K.192.
42. Michaelis archangeli, Sequentia : *Summi Regis archangele.* K.172.
43. In Translatione Sancti Ludgeri, Sequentia : *Cleri decantet concio.* K.890.
44. Undecim millium virginum, Sequentia : *Virginalis turma sexus.* K.456.
45. In die sancto Omnium Sanctorum, Sequentia : *Omnes sancti Seraphim.*[18] K.335.
46. Martini episcopi, Sequentia : *Sacerdotem Christi.* K.646.
47. Elisabeth viduae, Sequentia : *Gaude, Sion, quod egressus.* K.800.
48. Katherinae virginis, Sequentia : *Sanctissimae virginis.* K.813.
49. De Sancta Trinitate, Sequentia : *Benedicta semper Sancta.* K.139.
50. " " *Laus Deo Patri*[19]. K.146.
51. " " *Laus Patri gloriae.* K.891.
52. De Venerabili Corpore Christi, Sequentia : *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
53. Dominicis diebus, Prosa : *Profitentes Unitatem....... Adoremus ascendentem.* 149
54. De Domina nostra, a Nativitate Domini usque ad Circumcisionem, Sequentia : *Natus ante saecula.* K.11.
    Item, a Circumcisione Domini usque ad Purificationem, Sequentia : *Gaude, Dei Genitrix.* K.11.
55. Item, Sequentia : *Laetabundus exsultet.* K.13.
56. Item, a Purificatione usque ad Pascha et post Pentecosten usque ad Adventum, Sequentia : *Verbum bonum et suave.* K.268.
57. Item, Sequentia : *Ave, praeclara maris stella.* K.254.
58. Item, Sequentia : *Ave, Dei Genitrix summi.* K.246.
59. Item, Sequentia : *Ave, Maria, gratia plena.* K.264.
60. Item, Sequentia : *Gaude, Maria, templum.* K.302.
61. Item, post Pascha, Sequentia : *Virgini Mariae laudes intonent.* K.234.

18 Item in festo Sanctarum Reliquiarum.
19 Item in Missa de Eterna Sapientia.

149. DOMINICIS DIEBVS.

1

Profitentes Unitatem
veneremur Trinitatem
pari reverentia.
Adoremus ascendentem
Christum caelo venientem
plenum omni gratia.

2

Dies festa celebratur,
Dominica vocitatur
pro magno mysterio :
Quoniam sanctificatur
dies ista et dicatur
Christo Dei Filio.

3

Ipsa Dominica die
Christus, filius Mariae,
natus esse monstratur ;
Ipsa Dominica die,
a morte, plenus gloriae,
surrexisse creditur.

4

Advenit ignis Divinus,
quem flamma non lucens minus
in linguarum specie,
Spiritus Sanctus Dominus
septiforme Suum munus
Suis dedit hodie.

5

Prima luce, mundum fecit
vetustumque renovavit
ut nova sint omnia ;
Prima die, lux effulsit,
Christus nos illuminavit,
veniens in propria.

6

In scripturis figuratur
dies ista et signatur
in Sabbati requie,
Servitutis prohibetur
opus, ut Deus oretur
praeceptorum serie.

7

Fidelibus contemplari
orare et revereri
Sanctam Eucharistiam
Praecipitur, praedicari
verbum Dei et audiri
ad Divinam gloriam.

8

Renascamur cum nascente
Christo, baptismi virtute,
ut, nova creatura,
Resurgamus morte culpae,
quia mors est Christi morte
absorpta victoria.

9

Et *in fide gloriemur*,
et *in una modulemur*
fidei constantia ;
Trinitati praesentemur,
Unitati sociemur,
Cui laus et *gloria.*

150. DE SANCTO PAVLO.

1

Sancte Paule, merita
tua colentes inclyta,
refove clementius,
Ac sanctis in Scripturis,
apertis et obscuris,
instrue nos clarius.

2

Praedicator optime,
contra morbos animae
dic qualis sis opere.
— " In labore saepius
in aestu frequentius,
vinctus, et in carcere. "

3

O lux apostolica,
adhuc nobis indica
de tuis excessibus.
— " Raptus in Paradisum,
humanum vincens visum,
fruebar caelestibus. "

4

Ora tuis precibus,
sicut olim fletibus,
pro sanctis viventibus ;
Flecte tua genua
ad Patrem, ut venia
detur poenitentibus.

5

Da virtute spiritus
non gravari [penitus]
sed superna quaerere ;
Da post vitae terminum
Angelorum Dominum
sine fine cernere.

1 b *tua* donne au vers une syllabe de trop. Faut-il corriger *recolentes ?*

3 f fruebaris *Monasterien.*, fait un vers faux. Il est indispensable de rétablir *fruebar* : la seconde personne est contraire au rythme et au sens. Les strophes 2 et 3 renferment un mouvement qui ne manque pas de lyrisme. Dans les vers a b c on interroge Saint Paul ; il répond dans les vers d e f. La réponse est même composée à dessein de termes empruntés à l'Apôtre dans ses Épîtres.

5 b non gravari infimis *Monasterien.* Le mot *infimis* est une glose contraire à la rime. Un terme comme *funditus* ou *penitus* doit avoir disparu. Nous le rétablissons entre crochets.

MISSALE SECVNDVM VSVM ECCLESIAE PARISIENSIS. Parisiis. 1481.

1. Dominica prima Adventus, Prosa : *Salus aeterna.* [1] K.1.
2. Dominica secunda Adventus, Prosa : *Regnantem sempiterna.* [2] K.2.
3. Dominica tertia, Prosa : *Qui regis sceptra.* K.4.
4. Dominica quarta, Prosa : *Iubilemus omnes una.* K.5.
5. In die Natalis Domini, ad magnam Missam, Prosa : *Laetabundus exsultet.* [3] K.13.
6. Dominica infra octavas, Prosa : *Splendor Patris et figura.* K.21.
7. In die Epiphaniae, Dominica infra octavas, et in octavis, Prosa : *Epiphaniam Domino.* K.27.
8. In die sancto Paschae, Prosa : *Fulgens praeclara rutilat.* K.95.
9. Feria secunda Paschae, Prosa : *Mane prima Sabbati.* [4] K.93.
10. Feria tertia, Prosa : *Zyma vetus expurgetur.* K.91.
11. Feria quarta, Prosa : *Ecce dies celebris.* K.88.
12. Feria quinta, Prosa : *Lux illuxit dominica.* K.89.
13. Feria sexta, Prosa : *Sexta passus feria.* K.107.
14. Sabbato, Prosa : *Mundi renovatio nova.* K.90.
15. Dominica in octava Paschae, Prosa : *Salve dies, dierum gloria.* K.106.
16. Dominica secunda, Prosa : *Alleluia. Agnus redemit oves.* [5] K.83.
17. In die Ascensionis, et in die octavarum, Prosa : *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
18. Dominica infra octavas, Prosa : *Postquam hostem et inferna.* K.115.
    In die sancto Pentecostes, Prosa : *Fulgens praeclara rutilat,* et sequitur : *Paraclyti sancti.* K.95.
19. Feria secunda, Prosa : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
20. Feria tertia, Prosa : *Lux iocunda, lux insignis.* K.128.
21. Feria quarta, Prosa : *Simplex in essentia.* K.129.
22. Feria quinta, Prosa : *Qui procedis ab utroque.* K.130.

1 Item in die Natalis Domini, ad Missam in gallicantu.

2 Item in die Natalis Domini, ad Missam in mane.

3 Item in die Circumcisionis Domini, et ad Missam de Beata a Nativitate ad Epiphaniam.

4 Item in die S. Mariae Magdalenae.

5 Item in annotino, Dominica tertia, quarta et quinta post octavas Paschae ; in die S. Mariae Egyptiacae, S. Ambrosii, S. Georgii, S. Marci, S. Petri martyris, et S. Quiriaci, si post Pascha ; S. Yvonis, et S. Petri episcopi, si ante Pentecosten venerint.

23. Feria sexta, Prosa : *Alma chorus Domini.* K.140.
24. Sabbato, Prosa : *Veni, Sancte Spiritus.*[6] K.125.
25. De Sancta Trinitate, Prosa : *Profitentes Unitatem.* K.142.
26. De Sancto Sacramento Altaris, per octavas, Prosa : *Lauda, Sion, Salvatorem.*[7] K.150.
27. In festo Dedicationis ecclesiae, Prosa : *Ierusalem, et Sion filiae.* K.870.
28. Alia Prosa per octavam : *Rex Salomon fecit templum.* K.872.
29. „ „ *Quam dilecta tabernacula.* K.871.
30. De apostolis, Prosa : *Clare sanctorum senatus.*[8] K.369.
31. De uno martyre, Prosa : *Organicis canamus modulis.*[9] 32
32. De uno martyre, vel pluribus, vel etiam de uno confessore, vel pluribus, Prosa : *Supernae matris gaudia.*[10] K.338.
33. De pluribus martyribus, Prosa : *Mirabilis Deus.*[11] 137
De uno confessore episcopo, Prosa: *N. inclyte praesulum.*[12] K.336.
34. De uno abbate, vel etiam confessore non episcopo, Prosa : *Mundi aetate octava.*[13] 151
35. De virginibus, Prosa : *Virgines egregiae.*[14] K.478.
36. De una non virgine, Prosa : *Mulier laudabilis.*[15] K.481.
37. In die S. Andreae, Prosa : *Exsultemus et laetemur, et Andreae* K.399.
In die S. Eligii, Prosa : *Christo inclyta candida.* K.336.
38. Sancti Nicolai pontificis, Prosa : *Congaudentes exsultemus.*[16] K.665.

6 Item in Missa communi de Sancto Spiritu.

7 Item in Missa communi de Sancto Sacramento, Divisio : *Ecce Panis.*

8 In die S. Thomae, SS. Philippi et Iacobi, S. Iohannis ante Portam Latinam, et S. Barnabae ; in Commemoratione S. Pauli ; in die S. Martialis, S. Iacobi, S. Petri ad Vincula, et SS. Simonis et Iudae, et in Missa communi de apostolis.

9 In die S. Blasii ; in Inventione S. Stephani, et in die S. Clementis.

10 In die S. Nicasii et sociorum, S. Silvestri, S. Rigoberti, S. Guillermi, S. Mauri, S. Sulpitii, S. Iuliani, et S. Karoli ; S. Yvonis, si post Pentecosten ; S. Basilii, et SS. Ferreoli et Ferrucionis ; in Translatione S. Eligii ; in die S. Theobaldi ; in Translatione S. Benedicti ; in die S. Victoris, S. Germani Autissiodorensis, S. Iustini, S. Bernardi, S. Augustini, S. Lupi, S. Audomari, S. Firmini, SS. Cosmae et Damiani, S. Hieronymi, S. Geraldi, S. Melloni, S. Lucani, S. Clari, S. Maturini, et S. Chrysogoni. Item die iii octavarum S. Dionysii et sociorum, usque : *Hi sancti.* Item in die S. Petri episcopi, si post Pentecosten; S. Arnulphi, S. Clodoaldi, S. Francisci, quarta octavarum S. Dionysii et sociorum, et S. Aniani episcopi, Divisio : *Hic sanctus.*

11 In die SS. Fusciani et Gentiani, SS. Fabiani et Sebastiani, SS. Gervasii et Protasii, SS. Iohannis et Pauli, S. Hippolyti et sociorum, SS. Georgii et Aurelii, et S. Mauritii et sociorum ; prima die octavarum S. Dionysii et sociorum ; in die SS. Saviniani et Potentiani, et SS. Crispini et Crispiniani.

12 In die S. Landerici, S. Turiani, S. Remigii, et S. Maglorii.

13 In die S. Leufredi et secunda die octavarum S. Dionysii et sociorum.

14 In die S. Marthae, S. Aureae, Undecim millium virginum, et S. Ceciliae.

15 In die S. Elisabeth.

16 Item in Translatione S. Nicolai.

In Conceptione B. Mariae Virginis, Prosa : *Hac clara die turma.* Morel, 134.

39. In festo S. Stephani protomartyris, Prosa : *Heri mundus exsultavit.* K.714.
40. S. Iohannis evangelistae, Prosa: *Gratulemur ad festivum.* K.404.
41. Sanctorum Innocentium, et in octava, Prosa : *Çelsa pueri concrepent melodia.* K. 348.
42. Sancti Thomae martyris, Prosa: *Gaude, Sion, et laetare.*[17] Gautier, 2e éd., XXI.
43. In octavis S. Stephani, Prosa : *Magnus Deus in universa terra.* 81
44. Sanctae Genovefae virginis, Prosa: *Genovefae sollemnitas.* K.805.
45. Agnetis virginis et martyris, Prosa: *Animemur ad agonem.* K.759.
46. Vincentii martyris, Prosa : *Ecce dies praeoptata.* K.735.
47. In Conversione Sancti Pauli, Prosa: *Corde, voce, pulsa caelos.* K. 386.
48. In Purificatione Beatae Mariae, Prosa : *Lux advenit veneranda.*[18] K.219.
49. In Inventione Sanctae Crucis, Prosa : *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
50. S. Germani episcopi Parisiensis, Prosa : *Lux illuxit triumphalis.* 152
51. In Nativitate S. Iohannis Baptistae, Prosa : *Praecursoris et Baptistae.* K. 360.
52. In Visitatione B. Mariae Virginis, Prosa : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quo fecundata.* K. 209.
53. In die apostolorum Petri et Pauli, Prosa: *Gaude, Roma, caput mundi.* K.381.
54. Dominica infra octavas et in octavis S. Iohannis Baptistae, Prosa: *Ad honorem Tuum, Christe.* K. 353.
55. Dominica infra octavas apostolorum, Prosa : *Roma Petro glorietur.*[20] K. 395, vel : *Clare sanctorum senatus.* K. 369.
56. In Transfiguratione Domini, Prosa: *Benedicta semper sit Beata Trinitas.*[21] K. 139.
57. In die S. Laurentii, Prosa: *Prunis datum admiremur.* K.624.
58. In Susceptione Sanctae Coronae, Prosa: *Si vis vere gloriari.* K.53

In Assumptione B. Mariae Virginis, Prosa: *Laetabundus exsultet.*[22] K.13.

17 Item in Translatione S. Thomae.
18 Item Dominica infra octavas Nativitatis Mariae.
19 Item in Susceptione Sanctae Crucis.
20 Item in octavis apostolorum.
21 Item in Missa votiva de Sancta Trinitate, et in Sponsalibus.
22 Item in Susceptione Reliquiarum, in die Sanctae Annae, et victoriae regis Philippi nisi Dominica evenerit.

59. Prima die octavarum, Prosa: *Hodiernae lux diei celebris in.* K.202.
60. Secunda die, Prosa: *Ave Maria, gratia plena.* K.264.
61. Tertia die, Prosa: *O Maria, stella maris.*[23] K.260.
62. Die quarta, Prosa: *Ave, Virgo singularis, Mater.* K.250.
63. Die quinta, Prosa: *Ave, mundi spes, Maria.* K.289.
64. Dominica infra octavas, Prosa: *A rea virga primae matris.* K.255.
65. In octavis, Prosa: *Salve, Mater Salvatoris.*[24] K.248.
66. In die S. Bartholomaei, Prosa: *Laudemus omnes inclyta.* K.421.
67. In festo S. Ludovici, regis Franciae et confessoris, Prosa: *Laetabunda psallat plebs.*[25] K.640.
68. In Decollatione S. Iohannis Baptistae, Prosa: *Praecursorem Summi Regis.* K.354.
69. Fiacrii confessoris, Prosa: *Lucernae novae specula.* 153
70. Egidii abbatis, Prosa: *Promat pia vox cantoris.* Gautier, II, 181.
71. In Nativitate B. Mariae Virginis, Prosa: *Hac clara die turma.* Morel, 134.
72. Die secunda, Prosa: *Res est admirabilis.* Mone, 384.
73. Die quarta, Prosa: *Ave, Mater Iesu Christi.* K.220.
74. Die quinta, Prosa: *Inviolata.*[26] K.283.
75. In Exaltatione Sanctae Crucis, Prosa: *Salve, Crux, arbor.* K.75.
76. In die Sancti Matthaei, Prosa: *Iocundare, plebs fidelis, cuius pater.* K.427.
77. S. Michaelis archangeli, Prosa: *Laus erumpat ex affectu.* K.169.
78. In die Sanctorum Dionysii, Rustici et Eleutherii, Prosa: *Gaude prole, Graecia.*[27] K.546.
79. Lucae evangelistae, Prosa: *Psallat chorus corde mundo.* K.376.
80. In die Omnium Sanctorum, Prosa: *Alleluia. Christo inclyta candida.*[28] K.336.
81. S. Marcelli episcopi Parisiensis, Prosa: *Gaude, superna civitas.*[29] Gautier, II, 302.
82. Martini episcopi, Prosa: *Gaude, Sion, quae diem recolis.*[30] K.647.
83. Gendulphi episcopi, Prosa: *Ecce magno sacerdoti.* 154
84. In Praesentatione B. Mariae, Prosa: *Altissima providente.* K.204.

23 Item die tertia octavarum Nativitatis Mariae.

24 Item in Annuntiatione, si tempore Paschali evenerit, et in octava Nativitatis Mariae.

25 Item in Translatione capitis S. Ludovici.

26 Item in die S. Bathildis, si Dominica evenerit, et S. Genovefae de miraculo ardentium.

27 Item in Inventione corporum S. Dionysii et sociorum, Dominica infra octavam S. Dionysii, et in octava.

28 Item in Translatione S. Martini, et die quinta octavarum S. Dionysii. In die S. Luciae, et S. Agathae, Divisio: *Regina virginum.*

29 Item in Translatione S. Marcelli, Dominica infra octavam, et in octava.

30 Item Dominica infra octavam S. Martini, et in octava.

85. In natali B. Katherinae virginis et martyris, Prosa : *Vox sonora nostri chori.* K.812.

De Sancta Genovefa, Prosa : *Ignem sacrum refrigerat.* K.805.

86. De Sancto Sebastiano, Prosa : *Cessat morbus, cessat pestis.* ... 92

In Missa communi de omnibus Sanctis, Prosa : *Hi sancti.* K.338; vel : *Mundi aetate octava.* 151

87. De Beata Maria, Prosa : *Verbum bonum et suave.* K.268.

88. „ „ „ *Mittit ad Virginem.* K.199.

89. „ „ „ *Mirandum commercium.* K.274.

90. „ „ in tempore Paschali, Prosa : *Virgini Mariae laudes intonent.* K.234.

91. „ „ Prosa : *Benedicta es caelorum Regina.* K.201.

92. „ „ Prosa : *Veni, virgo virginum.* K.281.

93. „ „ Prosa : *Mariae praeconio.* K.312.

94. „ „ ob passionem et mortem Filii tristi et dolenti, devota meditatio : *Stabat mater dolorosa.* K.223.

151. DE VNO CONFESSORE.

1. Mundi aetate octava,

2. Florebunt duplici palma beatorum agmina,
3. Corpore glorificato cum regnante anima.

4. Induentur binas stolas quicumque prius meruerunt singulas.
5. Fulgebunt iusti tanquam sol, et velut clara caeli luminaria.

6. Omnes omnia scient, verba cessabunt, loquentur mutuo corda.
7. Una omnium Alleluia vox est quam signat sequentia pura

8. Voce canenda.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 13252, Tropaire de Saint-Magloire, xii[e] siècle, *B;* 830, Missel de Paris, xiii[e] siècle, *D;* 13254, Graduel, xiii[e] siècle, *E;* 15615, Missel de la Sorbonne, xiii[e] siècle, *F;* 12065, Missel de Paris, xv[e] siècle, *R.* Cf. en outre les Missels et Graduels Parisiens du xiii[e] au xv[e] siècle, et particulièrement les n[os] 830, 831, 857, 858, 860, 861, 1099, 1337, 8884, 8885, 9441, 14282, etc.

Cette pièce a été publiée par W. G. HENDERSON, dans l'édition du Missel de York, imprimée aux frais de la Surtees Society, Leeds, 1874.

Le titre de cette Prose dans le Tropaire de Saint-Magloire est : *Dominicis diebus*. Elle doit avoir été primitivement une des nombreuses *Prosae Dominicales* qui se chantaient les Dimanches après la Pentecôte.

2 duplici stola *Morinen.*
3 conregnante *E. F. R. Cameracen. Eboracen. Leodien.* 1499. *Morinen.*
4 Induantur *D. E. Leodien.* 1499. stolas binas *Cameracen.* bina stola *B.* primum *Morinen.* meruere *B.*
5 Iusti fulgebunt *Morinen.* velut sol, et sicut *Cameracen.* ac velut *Morinen.*
6 mutuo loquentur *B.* loquantur *Leodien.* 1499. mutua *Cameracen.*
7 sapientia (!) pura *E.* puro Corde *R.* contraire à l'assonance.
8 Mente *Leodien.* 1499. dicenda *Eboracen.* voce candida (!) *E.*

152. DE SANCTO GERMANO.

1

Lux illuxit triumphalis
in qua cursus agonalis
  evoluto spatio
Stola prima decoratur
et secundam praestolatur
  Germanus cum gaudio.

2

Mole carnis liberatur
et a Christo coronatur
  regni diademate;
Iam adeptus quod quaerebat
clare videt quod videbat
  prius in enigmate.

3

Celebremus diem istam
in qua Suum agonistam
  coronavit Dominus;
Finis fuit in agone,
sed honoris, sed coronae
  nullus erit terminus.

4

Luctus, labor et certamen
transierunt, sed solamen,
  sed quies, sed proemia
Quae nunc a Te, Iesu Christe,
Tuo dantur agonistae
  finis erunt nescia.

5

Iam illuxit, O Germane,
tibi clarum illud mane
  quod non habet vesperum;
Cessat lucta, cessat luctus
et ad urbem es perductus
  in qua nil est miserum.

6

In hac valle lacrymarum,
in hoc loco tenebrarum,
  in hac solitudine,
Suspirabas et plorabas
et ad lucem adspirabas
  quae caret caligine.

7

Invenisti fidum ducem
qui te duxit ad hanc Lucem
  Dei Patris Unicum,
Qui de pugna redituro
et ad regnum profecturo
  tibi dat viaticum.

8

Gaude, pater, et exsulta,
quia merces tua multa,
  quia multa gloria;
Caelum tibi reseratur,
te recepto gloriatur
  tota caeli curia.

9

Inter caeli senatores
collocaris, ut exores
  Christum verum Iudicem
Proni tibi supplicamus
ne nostrarum sentiamus
  Hunc culparum vindicem.

Manuscrits. PARIS: Bibl. Nat., 1086, Prosaire de Saint-Martial, xiie-xiiie siècle, *S*[2]; 830, Missel de Paris, xiiie siècle, *T*; 15615, Missel de Paris, à l'usage de la Sorbonne, xiiie siècle, *U*; 831, Missel de Paris, xive siècle, *W*; 1099, Idem, X; 8884, Idem, *Y*; 8885, Idem (malgré le silence du catalogue), *Z*. Cf. en outre: 9441, xiiie siècle; 857, 858, 859, 859A, 860, 861, 1112, 1337, 12065, 14282, xve siècle, et, en général, tous les Missels de Paris, Bibl. de l'Arsenal,

110, Missel de Paris, xiiie-xive siècle, *V.* Cf. en outre : Bibl. Mazarine, 405, 413, etc, xve siècle. LONDRES : Musée Brit., Add. 16905.

Cette belle Prose, digne d'Adam de Saint-Victor, porte dans le 1086 le titre suivant : *Prosa Sancti Martini.* Elle a été adaptée à Saint Julien dans le Missel de Coutances, 1557, par la suppression des deux premières strophes.

1 e secunda *X. Z.* f Martinus *S*[2].
2 e quem videbat *T.*
3 e et coronae *Constantien.*
4 a Lucta *Constantien.*
5 a O Martine *S*[2]. faute de rime qui indique bien que la pièce a été primitivement composée en l'honneur de Saint Germain. Illuxit Iuliane *Constantien.* d cessat dolor, cessat *Constantien.* cessa luctus *X.* e est *X.* productus *V. Z.* f est nil *Z.*
6 e et manque *T.* lucem anhelabas *S*[2].
7 a dulcem (après correction !) *W.* b ducit *T. V. W. X. Z.* d reddituro *Y.*
8 a Gaude, puer, *U.*
9 b ut uxores (!) *V.* e Te nostrarum *W. Y. Z. Constantien.* f hic culparum *U. X. Y. Z. Constantien.* hinc *T. V.* iudicem *T. Y.*

153. DE SANCTO FIACRIO.

1

Lucernae novae specula
illustratur Hibernia,
Coruscat Meldis insula
tantae lucis praesentia.

2

Illa misit Fiacrium,
haec missum habet radium,
Habent commune gaudium,
haec patrem, illa filium.

3

Ad vitam solitariam
suspirans, exit patriam ;
Faronem Meldis reperit,
cui suum votum aperit.

4

Hunc loco solitario
locat in solo proprio ;
Sic fit Iohannis similis,
cultor deserti sterilis.

5

Dum locum signat baculo,
novo nemus miraculo
Tanquam caesum deicitur,
humo non fossa cingitur.

6

Sic sancti viri meritum
loci dilatat ambitum ;
Res innotescit feminae
accusat ut de crimine.

7

Damnat opus malefici,
diffamat artem magici ;
Praesentandus hic praesidi
lassus insedit lapidi.

8

Lapis cedit nec caeditur,
petrae sedes insculpitur.
O feminae nequitia,
petrae maior duritia !

9

Orat ne loci limina
immunis intret femina :
Haec est causa cur feminae
arcentur eius limine.

10

Hic miseris refugium,
infirmis refrigerium,
Peregrinis hospitium,
spes lapsis, moestis gaudium.

11

Vitam arctat ieiunio,
somno brevi, cilicio ;
Se dum occultat latebris,
mundo fit magis celebris.

12

Virtutum fulget titulis,
medetur caecis oculis,
Polypo, fico, calculis,
febribus, morbis singulis.

13

Fidentem in Fiacrio
nulla laedet corruptio,
Pia cuius devotio
purgat ab omni vitio.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 831, Missel de Paris, xive siècle, *W;* 1099, Idem, *X.* TOURS : Bibl. de la Ville, 199, Missel de Paris, xve siècle, *TO.*

2 d parem *Ord. Trinitatis.*
3 c Faronam *Catalaunen.* 1599.
4 c Iohanni *X. TO.*
6 d accusatur *TO.* accusat cum *X.*
7 d in sedis (!) *W.* incedit *Redonen.*
11 b somnum *Catalaunen.* 1599.
12 c calculi *TO. Redonen.* calculo *Parisien.* membris singulis *X.*

Le texte est identique dans *Briocen.* Il se trouve encore dans *Trecen.* et *Silvanecten.*

154. DE SANCTO GENDULPHO.

1

Ecce magno sacerdoti
mundi cordis et devoti
immolemus hostiam,
Die sacro revoluto
quo de viae volat luto
viator in patriam.

2

Servus prudens in talentis,
miles fortis in tormentis,
bino gaudet praemio ;
Servi patris patrem laudent
qui patroni tanti gaudent
laeti patrocinio.

3

Felix pater Gendulphi genitus
in Adia fecunda caelitus
semen vitae seminat ;
Marcent clausae matris artus,
quam recludens florens partus
florem sacrum germinat.

4

Florem fons baptismatis
ros rigat charismatis
sub Sixto pontifice ;
Sub caelesti disciplina
dote morum et doctrina
dotatur mirifice.
Aetas stupet morum pignus ;
sacrae sedi servit dignus
sacrae sedis apice.

5

In pastorem sublimatur,
delegatur, operatur
salutem in gentibus,
Christo simul operante
et sermonem confirmante
signis consequentibus,

6

Arma poenitentium,
saccum et cilicium
flagra gerit corporis ;
Pane hordeaceo,
potu vivit amneo
sub deserto pectoris.

7

Geminatur spes coronae,
verus martyr in agone
perstat ad martyrium ;
Iudex saevit ut infligat,
fornax frigit, Christus rigat
spondens pugnae bravium.

8

Iudex plorat,
pastor orat,
et torquentis
in tormentis
vitae reddit filium.
Iudex credit,
pastor cedit,
cellam ponit
et disponit
fratrum domicilium.

9

Dum disponit officinam,
hostis armat spem vulpinam,
fratrum saevit in gallinam
animal perfidiae ;
Pater vulpi comminatur
et gallina reportatur,
vulpes luit, morti datur
ad fores ecclesiae.

10

Sic a vulpe spiritali
more vagos bestiali
suos solvit et poenali
carnis a contagio ;
Figuratur in gallina
vaga caro iumentina
quam seduxit fraus vulpina
dum vacillat ratio.

11

Ergo tui custos horti
qui gallinam datam morti
vitae reddis manu forti,
sic nos rege
quod in grege
nil possit vulpecula ;
Esto praesens, O patrone,
desolatis in agone,
esto noster intercessor,
vere martyr et confessor,
per aeterna saecula.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 830, Missel de Paris, xiii[e] siècle, *T;* 15615, Missel de Paris, à l'usage de la Sorbonne, xiii[e] siècle, *U;* 831, Missel de Paris, xiv[e] siècle, *W;* 1099, Idem, *X;* 8884, Idem, *Y;* 8885, Idem (malgré le silence du catalogue), *Z.* Cf. en outre : 9441, xiii[e] siècle ; 857, 858, 859, 859A, 860, 861, 1112, 1337, 12065, 14282, xv[e] siècle, et, en général tous les Missels de Paris. Bibl. de l'Arsenal, 110, xiii[e]-xiv[e] siècle, *V;* Cf. en outre: Bibl. Mazarine, 405, 413, etc., xv[e] siècle. LONDRES : Mus. Brit., Add. 16905.

1 f ad patriam *Z. Parisien.*

3 b in Aclia *U. V. Y.* in avia *T.* d marcens *T.* e quem *Y. Parisien.* quam reducens *Y.*

4 Les trois premiers vers de cette strophe n'ont pas de vers parallèles. Peut-être y a-t-il une lacune. Nous réunissons les trois demi-strophes, à cause de la rime. a florens *Parisien.* b res rigat *Parisien.* c sexto *T.* d caelestis *T* h sedis servus *T.* servit (*it* gratté), *U.*

5 a A pastore *T.* b deletatur (!) *T.* f signi (!) *T.*

6 b sacrum et *Parisien.* e anneo *V. W. Parisien.* alveo (!) *Z.*

7 a Germinatur *W. Parisien.* c in martyrium *T.* e fornax fregit *W.X.Z.* fugit *T. Y.* f prime bravium *T.*

8 torquantis (!) *W.*

9 **f** gallina reparatur *Z.* **g** vulpes levit (*sic*, après correction !) *Z.*
10 **b** more magos (!) *T.* **d** caris (!) *T.* **g** seducit *V. W. X. Parisien.* seducet *Z.* **h** cum vacillat *Z.*
11 **b** qui manque *Z.* **c** viam forti *T. Y.* **l** in aeterna, après correction *Z.*

MISSALE SECVNDVM VSVM ECCLESIAE XANCTONENSIS. Parisiis, 1491.

1. Dominica prima Adventus, Prosa : *Salus aeterna.* K.1.
2. Dominica secunda Adventus, Prosa : *Regnantem sempiterna.* K.2.
3. Dominica tertia, Prosa : *Qui regis sceptra.* K.4.
4. In Nativitate Domini : ad Missam de nocte, Prosa : *Nato canunt omnia.* K.9.
5. In die Nativitatis Domini, et per omnes octavas, Prosa : *Laetemur gaudiis.* K.85.
6. In Circumcisione Domini, Prosa : *Laetabundus exsultet.* K.13.
7. In die Epiphaniae, et in octavis, Prosa : *Epiphaniam Domino.* K.27.
8. In die Paschae, feria tertia et quarta, Prosa : *Surgit Christus cum trophaeo.* K.227, 228.
9. Feria secunda, Prosa : *Victimae Paschali.* K.83.
10. In die Ascensionis, et in octavis, Prosa : *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
11. In die Pentecostes, Prosa : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
12. De Sancta Trinitate, Prosa : *Alma chorus Domini.* K.140.
13. In festo Corporis Domini, Prosa : *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
14. In communi apostolorum, Prosa : *Caeli solem imitantes.* [1] K.371.
15. In natali unius martyris, Prosa : *Hodiernae lux diei celebris martyris.* 25
16. In natali plurimorum martyrum, Prosa : *Laetabundi iubilemus.* K.448.
17. In natali unius confessoris episcopi, Prosa : *Supernae matris gaudia.* K.338.
18. In communi virginum, Prosa : *Fulget dies celebris.* K.477.
19. Sancti Hilarii episcopi, Prosa : *Hilarius, via morum.* 155
20. Sancti Antonii confessoris, Prosa : *In hac die laetabunda.* K.496.
21. In Purificatione B. Mariae Virginis, Prosa : *Hac clara die turma.* Morel, 134.

    In Annuntiatione B. Mariae, si sit in tempore Paschali, Prosa : *Alle caeleste.* 44

    Marci evangelistae, Prosa : *Iocundare, plebs fidelis, cuius pater.* K.427.
22. Eutropii episcopi et martyris, Prosa : *Victima Christi victoris.* 33

1 In die S. Thomae, S. Iohannis ante Portam Latinam, et S. Barnabae apostoli.

2 Item in Exaltatione Sanctae Crucis.
3 Item in die S. Lucae evangelistae.

155. DE SANCTO HILARIO.

1

Hilarius, via morum,
praesul fuit Pictavorum;
Hilarius flos doctorum
est ecclesiasticorum.

2

Hilarii scientia
reformatur Ecclesia;
Hilarii sensu vana
secta cadit Ariana.

3

Hilarius, vir beatus,
erat tamen uxoratus;
Hilarius solam natam
habuit, Abram beatam.

4

Hilario terra cedit,
elevans se quando sedit;
Hilario quando fuit
minatus, papa crepuit.

5

Hilarius per odium
mittitur in exilium;
Hilarius hilariter
exsilii capit iter.

6

Hilarium haeretici
dolent non posse subiici;
Hilarium damnantia
non explent desideria.

7

Hilarius miracula
multa fecit in insula,
quae non possunt per singula
dici nec scribi cartula;

8

Hilarius vir inclytus
ut serpentes intuitus
est, serpentum exercitus
fugit multum perterritus.

9

Hilari, praesul beate,
O Hilari, relegatae
de insula fuit a te
missa carta tuae natae;

10

Hilari procuravisti
quod filia sponsa Christi
tua foret, et hoc isti
tuis scriptis mandavisti.

11
Hilarius ad propria
redit Domini gratia;
Hilarius revertitur,
sic pastor gregi redditur.

12
Hilario supplicante
revixit mortuus ante;
Hilario sunt infirmi
debilesque facti firmi.

13
Hilarius aegrotantes
sanat, sibi supplicantes;
Hilarius advocatus
noster sit praesul beatus.

1 b fuit praesul *Pictavien.*
3 c gnatam *Pictavien.*
4 c Ces deux vers sont peu respectueux pour le pape!
5 d cepit *Pictavien.*
6 c d. Le texte de ces deux vers est très altéré dans *Pictavien.* On y lit textuellement: *Hilarium Arrii damnant desideria non complent.* damnantque *Xanctonen.* La rime et le sens exigent *damnantia.*
8 b ut manque *Pictavien.* c et serpentum *Pictavien.*
9 d gnatae *Pictavien.*
10 c tua manque *Pictavien.*
11 b rediit *Pictavien.*, fait un vers faux.
13 b sibi sanat *Pictavien.*

156. DE SANCTA ANNA.

1
Ad caeleste praemium
suspiret cor fidelium
cum affectu nimio;
Theothecae honesta
Christi chorus psallat festa
cum pudoris lilio.

2
Vas odoris,
et pudoris
praesidium,
fidelium
salutem obtinuit.
Haec claruit
et placuit;
dividebat,
offerebat,
charitatem tenuit.

3
Decus ergo regium
virtutum collegium
tulit dignum.
Fructum in quo residet
Dominus qui providet
hoc benignum.

4
Mater Matris Christi,
praesens sis mundo tristi;
Anna, tu fuisti
benedicta;
Es mater sapiens,
lumen indeficiens,
solem et pariens,
Anna dicta.

5
Imbuta gratiae,
tu, mater Mariae,
purifica corda fidelium.
Concedens beata
cunctis, Anna grata,
gaudia supernorum civium.

6
'Anna sancta, sublevata
caelo iam fulges beata;
esto nobis via grata
ad caeli palatia.
Anna, parens Matris Dei,
fac nos dignos faciei
Christi; placeamus Ei
in caelesti patria.

157. DE S. PETRO AD VINCVLA

1. Gaudia nobis opima
2. Aetheris semper condona ;

3. Cuius inclyta per orbem iura,
4. Potentum sceptra subiicis fera;

5. Quem nunc venerans pie vox nostra
6. Celsa cantibus reddit neumata.

7. Suscipe sonos, poscimus, nostros,
8. Quos tibi voto cecinit cohors ;

9. Et tuo concede gaudia dono.

158. DE SANCTO LAVRENTIO.

1. Alme

2. Martyr Domini, gloriose enim athleta,
3. Suscipe preces nostras, aure placatissima,

4. Ut mereamur dignas tibi laudes canere in hac aula sancta
5. Qua hodie celebrat cuncta simul caterva tua sollemnia,

6. Qui per fidem Trinitatis, [digne] triumphum meruisti, palmam,
7. Et prece tua, per Crucis signum, caecos illuminabas ;

8. Ecclesiae thesauros tuis manibus donabas ; in caelestes thesauros manibus pauperum portabas ;
9. Et sequenti magistro voce clara proclamabas : " Quo progrederis, pater, sine filio, ad victimam ? "

10. O beate summe martyr Laurenti, qui inter martyres gloriose regnas,
11. Intercede pro nostrorum crimina, ut mente devota celebremus festa.

12. Et, cum sanctis omnibus, mereamur [nos] gaudere, ut dignis precibus illi nos adiuvent in saecla.
13. O Rex aeterne Deus, qui sine fine regnas, iunge nos cum ipsis in caelestia regna sancta.

14. Tibi sit gloria, qui gubernas cuncta, maria et arva, montium cacumina ;
15. Qui es trina sancta maiestas aeterna, Tua potentia salva nos per saecula.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1084, Tropaire de Saint-Martial, xi[e] siècle, *D;* 1118, Idem, *F;* 1120, Idem, *H;* 1138, Idem, *L*.

1 Le début de cette Prose est des plus restreints. Il se compose d'un seul

mot. Le cas d'ailleurs n'est pas exceptionnel et se rencontre dans un assez grand nombre de Proses des ixe-xie siècles.

2 Mater (!) *Xanctonen.*

3 Vocesque nostras *D. F. L.* Voces nostras *Tolosan.* audi aure *D. F. L Tolosan.*

4 tibi dignas *Xanctonen.* dignas ajouté en marge *D.*

5 Quem *D. F. L.* Quas *Tolosan.* caterva in tua *Tolosan.*

6 fidem charitatis *Tolosan.* dignum *H.* triumphi *Tolosan. Xanctonen.* Le parallélisme exige qu'un mot de deux syllabes disparaisse ; c'est pourquoi nous mettons *digne* entre crochets.

7 Et per precem tuam *Tolosan.* et per crucis *D. F. H. L. Tolosan.*, donne une syllabe de trop.

8 Et Ecclesiae *Tolosan. Xanctonen.* in caelos *D. H. Xanctonen.* in caelo *Tolosan.* thesaurus.... portatur *Tolosan.* manus.... portabant *F. L.* pauperum (ajouté en bas de la page) *H.*

9 sequendo magistrum *Tolosan.* magistri *D. F. L.* protestabas *L.*

11 nostrarum (!) *F. L.* crimine *Tolosan. Xanctonen.* Cette leçon doit être une correction postérieure. celebramus *Xanctonen.*

12 Ut cum *F. Tolosan.* [nos] rompt le parallélisme ; et dignis *F.* in saecula *Tolosan.*

14 Ibi *Xanctonen.* et aeterna *L.* et ardua *Tolosan.* montiumque *Xanctonen.*

15 potentia manque dans *Tolosan.* per cuncta saecula *Tolosan.*

159. DE S. VIVIANO.

1

In honore Viviani
sollemnizant Christiani
grata dantes gaudia;
Venerentur et collaudent
confessorem in quo gaudent
fidei concordia.

2

Sicut spina profert rosam
sine spinis speciosam,
gens pagana protulit
Hunc regalis stirps produxit
et de nocte lux illuxit
obscuraque repulit.

3

Postquam filius nequivit
dici, ius hunc stabilivit
Xanctoniae comitem.
Sed contemnens comitatum
totum fugit anhelatum
ad polorum limitem.

4

Pompam spernens saecularem
togam vestit regularem,
tonso crine capitis;
Lege Dei meditatur,
beatus vir vocitatur
pro fidei meritis.

5

Legit, studet in divinis,
vacat missis matutinis,
egenis compatitur;
Tantae fulgens sanctitatis
Xanctonensis civitatis
pontifex assumitur.

6

Bonus, pius, mansuetus,
indiscretis vir discretus,
refulget virtutibus;
Nam puerum exspiratum,
a vipera sauciatum,
tollit mortis morsibus.

7

Ad hunc veniens leprosus,
ore, corde lacrymosus,
voti compos exstitit;
Aridas habentem manus
signo crucis Vivianus
sospitati praestitit.

8

Orat praesul, exauditur,
ab angelis urbs munitur
armatorum specie;
Visis Gothi revertuntur,
quidam unda submerguntur,
timoris pernicie.

9

Boves clepit fur vesanus,
insensatus et prophanus,
super quibus Vivianus
Tolosam pervenerat:
Reum furti se fatetur,
et fateri non veretur,
dum in loco detinetur
quo furtum commiserat.

10

Applicante mercatore,
pretioso cum cruore,
Vivianum cum tremore
daemones vociferant;
Per ordinem rem scientes
civitatis sapientes,
reliquias reponentes,
diem festum iterant.

11

Post haec migrans ex hac vita,
fidelis Israelita,
intravit ad nuptias;
Ad quas, pie, nos, confessor,
stans pro nobis intercessor,
pervenire facias.

1 d collaudant *Xanctonen.*, contraire à la rime.
2 d regulis *Xanctonen.*
6 b in discretis *Xanctonen.*

160. DE S. MAVRITIO ET SOCIIS.

1

Pretiosa mors sanctorum
in conspectu Domini
Martyrum est Thebaeorum,
et laus suo nomini,

2

Qui tot simul coronavit
corona martyrii,
Et ad caelos sublimavit
de terra exsilii.

3

Hi Thebaei,
servi Dei,
nullius criminis rei,
moriuntur,
nunc sequuntur
Agnum sine macula;
Qui viventes
inter gentes,
quae Caesaris sunt reddentes.
et quae Dei
reddunt Ei,
regnabunt in saecula.

4

Quorum vita gloriosa
quorum mors est speciosa,
quorum passio beata,
quibus morte vita data.
Quorum virtus admiranda,
quorum fides adoranda,
quorum vota consecrata
in caelis sunt collocata.

5

Qui, dum Caesaris praelia
sequerentur in Gallia,
iussi sunt sacrificia
offerre, et daemonia
adorare crudelia.
O mira patientia
in eis et potentia,
spectantes ad caelestia
despiciunt terrestria,
spernunt praecepta regia.

6

Et respondens Mauritius
qui erat primicerius,
dixit regis militibus:
« Sciat Caesar egregius
nos esse servos Illius
qui Virginis est filius. »

7

Tunc Caesaris insania
saeva dictat imperia,
atque mori sanctos iubet
post Christi vestigia.
Quos tota caeli curia
accepit cum laetitia
et ad superna duxerunt
caelorum palatia.

8

Hi pro nobis intercedant,
et Christo sit gloria
qui regnat in saecula.

3 m regnabant *Xanctonen.*
7 g et duxerunt ad superna *Briocen.*

161. DE SANCTO FRONTONE.

1

Donatur miles laurea,
ergo perstrepent organa:
Lux praesens poscit gaudia,
sancta ministrans otia.

2

Absistant rancor et ira,
pellantur quaeque sunt dira;
Iam de morum concordia
dulcis fluat armonia.

3

O Fronto, nostra gloria,
hac laeteris symphonia,
Cuius praeclara munera
conducant nos ad aethera.

4

Quo nostra plaudat amoena
cum sanctorum cantilena
Vox celebrando corona
dulce melos: Alleluia.

2 a Absistunt *Xanctonen.* Le subjonctif *pellantur*, du second vers, appelle la correction: Absistant. c Nam *Xanctonen.*
4 c Voce brando (!) *Xanctonen.* d dulces *Xanctonen.* Les deux derniers vers de cette strophe sont incompréhensibles dans le Missel de Saintes. Nous corrigeons *Vox celebrando*, sans être satisfaits de notre correction.

162. DE S. MARTINO EPISCOPO.

1. O Martine sacer, merito
2. Canimus devotissime tibi in aula hac nos carmina,
3. Rex caelorum cathecuminum Se veste tunc indutum laudans,

4. Pangit clerus concioque fidelis ore simul et mente debita,
5. Circumstantium castra herili ante sacra baptismatis flumina,
6. Barbarorum virtute tua subdens decorando post magni Hilarii famam.
7. Gressus facili expetitur a te Martine pastor quo factus exorcista.
8. Virtute mira languidos tu sanabas,
9. Mortuos voce suscitans evocabas.
10. Post apostolos namque Dominus tantam dignatus est largiri suam gratiam,
11. Ut in virtute Trinitatis Deificae suscitares mortuorum trium corpora.
12. Te devota, Turonorum ut fieres praesul atque abba,
13. Lectioque divina et caelestis evocabat gratia.
14. O quam pontificalis vita Martini fuit pretiosa, O beati viri pretiosissima quam contulit caelis atque terris Deus sollemnia.
15. Fide Christi fragrans nimia orans implesti pro gregis vita, et pro nobis, petimus, Deum supplica ut meritis tuis pateat caelestis aula.
16. O nimis veneranda dies et fidelibus Dei satis praeclara,
17. Qua eius migravit anima cui sanctorum virtutum occurrunt agmina.
18. Tua nos, Christe, gratia per eius merita salva.
19. Nunc et per omnia saecla ab omni malo libera.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xi[e] siècle *A*; 1084, Idem, *B*; 1118, Idem, *D*; 1138, Idem, *K*.

1 merita (?) *K*. Les débuts faisant parfois exception aux règles de l'assonance, nous n'osons pas rétablir *merita*.
2 in aula carmina *K*. in aula hac carmina, (hac barré), *D*.
3 tunc manque dans *K*. Mot à mot impossible.
4 chorus *Xanctonen*. mente devota *K*.
5 herili manque dans *D*. *K*.
6 virtutes tuas *A*. virtutes tuas (s ajoutée aux deux mots) *B*. subdere *D*. *K*. subderes *A*. *B*. decorabo *A*. *B*. declarabo *D*. *K*. Hilari *D*. fama *A*. *B*. *D*. *K*. En face de ces variantes, toutes plus obscures les unes que les autres, nous conservons le texte de *Xanctonen*.
7 Gressu *Xanctonen*. facili expetitus *A*. facili extollitur *D*. qui factus *D*.
8 Virtutum *A*. Virtute tua *D*.
10 largire *A*. *B*. conferre, (largiri effacé), *D*.
11 Uti virtute *K*. trium corporum *A*.
12 devota plebs *Xanctonen*. abbas *Xanctonen*.
13 Lectione *Xanctonen*. caelesti *Xanctonen*. evocabas *A*. *B*. *D*. *K*. (pour evocabat ; convocabat *Xanctonen*.
14 fuit gloriosa *K*. pretiosissimi *D*. qua contulit *A*. caelestis terrestris *B*. *D*. *K*. Dei clementia *B*. *D*. *K*. Dei sollemnia *A*.

15 Fides *A. B. K.* flagrans munia *A. B. D. K.* pro regis *D.*
16 satis clara *K.*
17 Qua tua *Xanctonen.* anima cuius *D.* sanctarum *Xanctonen.*

Texte souvent incompréhensible dans le Missel de Saintes et dans les manuscrits de Saint-Martial.

163. DE SANCTO ANDREA.

1. Praefulgida dies exstat, Andreas qua tripudiat,
2. Angelica inter clara agmina, post vestigia
3. Agni, reboans cantica concinna; quem fratre a procella Thetydis una cum vocat, voce propria,
4. Iussa dans : « Modo terrea retia et cuncta blandimenta mundi linquite, alia sectantes lucra :
5. Hominum turbam orbis per maria capite lata. »
6. Ergo fraterna divino intima calore nexa
7. Parent monita Praepotentis dextra, lina quorum plena ducta per compita sunt telluris perampla,
8. Qui circum circa serentes dogmata nova, valde mira peragebant signa, Deitatis gratia.
9. Nam defleta lucique functa reddebant corpora;
10. Incommoda, nec non omnia pellebant pericla;
11. Donec alta scandunt per vexilla poli dindima,
12. Fruentes aurea luce [per saecla]; quorum per suffragia
13. Audi iubilamina, Rex, aure piissima,
14. Quae Andreae celebrans plebs canit sollemnia.
15. Ope cuius nos guberna.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *A;* 903, Graduel de Limoges, xie siècle, *A²;* 1084, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *B;* 1119, Idem, *E;* 1120, Idem, *F;* 1132, Idem, *G;* 1136, Idem, *H;* 1137, Idem, *I;* 1138, Idem, *K;* 1139, Idem, xiie siècle, *P;* 871, Missel de Bordeaux, xve siècle, *W.*

3 roborans *W.* reboant *I.* reboans caelica *A.* concinna manque dans *I.* concinant *P.* concina *A. A². B. E. F. H. K. W. Xanctonen.* fretea *Xanctonen.* fratrem *W.* Teadis (!) *A.* convocat *G. W. Xanctonen.* Le mot à mot de cette clausule est un véritable jeu de patience. Il faut construire : *quem una cum fratre (Agnus) vocat a procella Thetydis !*
4 recita (!) *A².*
5 turba *A². W.* turma *P.* capitulata (!) *A².* capitellata (!) *K.*
7 Parent munita *A. B. F. K.* Parent monitis *W.* Cette variante est une correction postérieure; l'auteur de la Prose qui avait besoin d'assonances en *a* a employé *parent* comme un verbe actif. Praepotenti dextera, *Xanctonen.* ducta est effacé dans *F.* ducta plena per compita sunt telluris ampla *W.*
8 Cui circum *E.* ferentis (!) dogmata *W.*

9 Iam defleta *E.* et defuncta luci *W.* contraire au rythme.
10 Sanabant pericla *I.* pericula *W. Xanctonen.*
11 Non et alta (!) *A*[2]. *K.*
12 Ferventes *F. W. Xanctonen.* laurea *I.* Parallélisme imparfait.
13 Spe cuius *G.*
14 Quod *Xanctonen.*

164. DE S. SEBASTIANO.

1

Pange, dulcis Francia,
martyris praeconia
Mediolanensium;
Gaudeat Suessio
in regali gremio
tantum claudens pretium.

2

Cuius ad praesentiam
exuit miseriam
vallis abundantiae,
Sodomae periculum
evadens in saeculum,
basi fulta gratiae.

3

Miles clarus genere,
de magnatum latere,
dulcis amor civium,
Verax in eloquio,
iustus in iudicio,
consolator omnium;

4

Christianam provide
fidem celans habitu,
sub pomposa chlamyde
pauper erat spiritu;
Martyrum certamina
roborans consilio,
tot coronans agmina
non fraudatur bravio.

5

Probans foris
vim amoris,
ore Dei
datur ei
dulce pacis osculum;
Fidem serens,
signa gerens,
hinc errores,
hinc languores
fugat, lucrans populum.

6

Prodit laetus ut ad ludum
dare telis corpus nudum
regis iussu pessimi;
Tela volant infinita,
sed caelestis a sagitta
fides nequit perimi.

7

Ut triumphi duplet sortem
pilis hirtus differt mortem,
donec resumptis viribus
Christo mactatur fustibus.
Unco pendens in cloaca.
scrobe sursum ab opaca
fertur herilis victima
quo sancta iussit anima.

8

Sic accinctus in agone
militavit spe coronae,
iam in pacis regione
distinctus post praelia;
Tanti ducis interventu
cuius risit in adventu
victrix vivat cum obtentu
regni Dei Gallia.

9

Iugi fruens gloria.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1108, xve-xvie siècle, *Y*. Bibl. de l'Arsenal 204, Missel à l'usage des Archers-Bourgeois de Paris, 1535, *Z*.

1 d et Suessio *Remen.* Successio *Abrincen. Morinen.*
2 b exivit *Abrincen. Morinen. Xanctonen.*
3 b magnato *Y.* manatum *Z.*
4 c sub clypea poposa (!) *Z.* sub clopula chlamyde *Xanctonen.*
5 f fidem ferens *Remen.* h i Ces deux vers sont intervertis dans *Y.* i hic languores *Remen.* k fugans *Remen.*

6 Le texte du Missel de Saintes devient ici très différent de celui que nous adoptons. La rythmique des strophes indique une interpolation. C'est pourquoi nous les publions en note.

6

Imperatori delatus
et graviter accusatus
quod fidem Christi sectatur,
Se constanter Christianum,
et idolorum profanum
ritum esse protestatur.

7

Carnifices ad stipitem
palam sacratum militem
ligaverunt atrociter,
Nequissima sententia,
nam pro salute regia
Deum rogabat iugiter.

8

Tunc nequitiae ministri
iussu impii magistri
arcus aptant velocius
Et sanctum reddunt consutum
sagittis, atque hirsutum
ut est spinis lieutius. (?)

9

Post, super hippodromium,
ibi iuxta palatium
laceratur crudeliter;
Sanctum emisit spiritum,
ad cuius cantant exitum
angeli sancti dulciter.

10

In cloaca aduncatur
corpus sacrati militis,
ne ut martyr habeatur
venerandus pro meritis;
Tunc per sanctum admonitae
Lucinae matri inclytae
diligenti fuit curae
illud dare sepulturae.

6 a et ad ludum *Abrincen. Baiocen. Cameracen. Constantien. Morinen.*
7 a Tu triumphi *Baiocen. Morinen.* duplex *Baiocen. Cameracen. Morinen.* h misit anima *Remen.* b pellis virtus *Z.* c resumpsit *Morinen.* e Gumpho *Morinen.* f sursum adoptata *Z.*
8 e Tanti dulcis *Z.*

Le Missel de Saintes, à la suite des strophes qui lui sont particulières ajoute :
Cessat morbus, cessat pestis;
mais c'est là une Prose spéciale que nous avons éditée, n° 92.

MISSALE AD VSVM ECCLESIAE CATHALAVNENSIS. Parisiis, 1489.[1]

1. Dominicâ prima Adventus Domini, Prosa : *Salus aeterna.* K.1.
2. In Nativitate Domini, in gallicantu, Prosa : *Nato canunt omnia.* K.9.
3. In Nativitate Domini, in die, ad magnam Missam, Prosa : *Congaudent angelorum chori.* K.247.
4. In natali beati protomartyris Stephani, Prosa : *Magnus Deus in universa terra.* 81
5. In natali S. Iohannis evangelistae, Prosa : *Iohannes, Iesu Christo.* K.402.
6. In natali Sanctorum Innocentum, Prosa : *Celsa pueri concrepent melodia.* K.348.
7. In die Epiphaniae, Prosa : *Epiphaniam Domino.* K.27.
8. In die sancto Paschae, Prosa : *Fulgens praeclara rutilat.* K.95.
9. Per octavam, Prosa : *Victimae Paschali.* K.83.
   In octava Paschae, Prosa : *Victimae Paschali.* K.83, vel :
10. „ „ *Mane prima Sabbati.* K.93.
   Dominica prima post octavam Paschae, Prosa : *Mane prima Sabbati.* K.93.
11. In die Ascensionis Domini, Prosa : *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
12. In die sancto Pentecostes, Prosa : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
13. [Feria secunda et feria tertia, Prosa : *Alma chorus Domini.* K.140.[1]]
   Feria quinta, Prosa : *Alma chorus Domini.* K.140, vel :
14. „ „ *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
15. In die Sanctae Trinitatis, Prosa : *Benedicta semper Sancta.* K.139.
16. De Sancto Sacramento, Prosa : *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
17. In Dedicatione ecclesiae, Prosa : *Clara chorus dulce pangat.* K.868.
18. De apostolis, Prosa : *Clare sanctorum senatus.* K.369.
19. De uno martyre, Prosa : *Supernae matris gaudia ;* vel Divisio : *Hic sanctus.* K.338.
   De martyribus, Prosa : *Hi sancti.* K.338.
20. De uno confessore, Prosa : *Laude iocunda confessoris.* K.471.
   De una virgine, Prosa : *Haec sancta.* K.338.

1 L'exemplaire unique de la première édition du Missel de Châlons, conservé à la Bibliothèque Nationale, à Paris, est incomplet. Nous rétablissons les Proses indiquées entre parenthèses d'après les éditions postérieures.

2 Outre les Proses énumérées dans cette liste, on trouve au calendrier en tête du Missel, VIII Nonas Aprilis, la Prose : *Mundi renovatio nova parit.* K.99.

165. DE SANCTO MEMMIO.

1

Laetabundus
Memmio decantet mundus;
Alleluia!
Fit profundus
ex pagano doctor mundus,
res miranda.

2

Lux lucem annuntiat,
dum ex ipso radiat
sol de stella;
Voto mundum abdicat,
voce Deum praedicat
semper clara.

3

Sicut Christus docuit,
paupertatem tenuit
pari forma;
Christum sequi voluit,
contemnenda docuit
haec *corrupta.*

4

Suscitavit filium
regis, extra fluvium,
valle nostra;
Ad Dei officium
suscitavit alium
carne sumpta.

5

Tres caecos illuminat,
mundana determinat
esse caeca;
Leprosi tres mundantur,
daemones effugantur,
languidi comitantur
haec praedicta.

6

Memmi, nos visita,
sic tu nos excita,
ne simus perdita,
gens misera;
Dirige opera,
duc nos ad aethera,
Ei confoedera
Quem *genuit puerpera.*

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 840, Missel de Châlons-sur-Marne, xve siècle, *V*; 842, Idem, xve-xvie siècle, *Z*. (Ces deux Missels ne portent, au catalogue, aucune attribution. La pièce que nous publions suffit à déterminer leur provenance.)

4 b iuxta fluvium *Catalaunen.*

5 Un vers semble être tombé de la première partie de cette strophe, dont le parallélisme laisse à désirer. Nous ne l'avons trouvé dans aucun des textes manuscrits ou imprimés que nous avons consultés.

6 L'auteur de la Prose a imité assez correctement le rythme du *Laetabundus*. Mais son dernier vers est incorrect. Il y a fait entrer en effet un vers et demi du morceau qui lui servait de modèle.

166. DE OMNIBVS SANCTIS.

1. Sancta Dei Mater, virgo benigna, Maria,

2. Tu nos miseros adiuva, atque Christi gratiam nobis impetra,
3. Quae nos tua per merita devitare faciat cuncta crimina.

4. Beate Michael, tu pro nobis maiestatem superni Regis invoca,
5. Et cuncti caelibes simul cives, commendate nos Deo prece sedula.

6. O Iohannes, Christi baptista, pro nobis indignis iugiter ora;
7. Et tu, sancte Petre, dignare cuncta disrumpere nostra vincula.

8. Omnes Domini Apostoli, solvite delicta nostra,
9. Quia vobis est a Domino potestas ad hoc concessa.

10. Nunc, sancti martyres, qui vestra tradidistis corpora,
11. Pro Christi nomine libenter, multa ad supplicia,

12. Vos quoque, confessores Christi, et sacerdotes, virginumque sanctarum turma praeclara,
13. Precamini pro nobis, ne nos seducat hostis, neque vana gloria, nec laus humana.

14. Omnes sancti Dei, verba pro nobis ferte pia,
15. Rogate Dominum, ut nostra deleat crimina,

16. Ut nos evadere faciat inimici scandala et inferni claustra,
17. Nos atque per suam collocet pietatem requiem saltem in aliquam;

18. Ut libeat nos dicere: « Honor, laus et gloria
19. Sancta Tibi sit Trinitas, per aeterna saecula. »

20. Amen dicant simul cuncta.

Manuscrit. PARIS : Bibl. de l'Arsenal, 595, Missel et Vespéral de Châlons-sur-Marne, xiv[e] siècle, *T.*

Le titre de cette Prose dans le Manuscrit de l'Arsenal est : *De Omnibus Sanctis et de Sancto Alpino Sequentia.*

3 cuncta noxia *Atrebaten.*
5 Ne faudrait-il pas corriger : *caelites ?*
8 nostra delicta *Catalaunen.*
10 quia *Atrebaten.*
11 ad multa supplicia *Atrebaten.*
12 et sanctarum *Catalaunen.*
16 Et nos *Atrebaten.*
17 in aliquem (!) *T.*

MISSALE AD VSVM THARENTASIAE.[1]

Lugduni ? c. 1520.

1. In Nativitate Domini: in gallicantu, Prosa: *Grates nunc omnes.* K.6.
2. „ „ in aurora, Prosa: *Nato nobis Salvatore.* K.23.
3. „ „ in die, Prosa: *Promissa mundo gaudia.* K.12.
4. In nativitate S. Stephani, Prosa: *Heri mundus exsultavit.* K.714.
5. In festo S. Iohannis evangelistae, Prosa: *Trinitatem reserat aquila.* K.407.
6. In festo Innocentium, Prosa: *Celsa pueri concrepent melodia.* K.348.
7. Sancti Thomae martyris, Prosa: *Pia Mater plangat Ecclesia.* Gautier, I, 269.
8. Dominica infra octavas Nativitatis, Prosa: *Laetabundus exsultet.*[2] K.13.
9. In Circumcisione Domini, Prosa: *Hac die festa concinat.* K.31.
10. In die Epiphaniae, Prosa: *Decorata tribus miraculis.* 167
11. In die sancto Paschae, Prosa: *Salve dies, dierum gloria.* K.106.
12. Feria secunda, Prosa: *Zyma vetus expurgetur.* K.91.
13. Feria tertia, Prosa: *Haec est dies nobis laeta.* 168
14. Dominica in octava Paschae, et omnibus Dominicis usque ad Ascensionem, Prosa: *Victimae Paschali.*[3] K.83.
15. In die Ascensionis, Prosa: *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
    Dominica infra octavam Ascensionis, Prosa: *O Deus maris, poli, arvi.* K.116.
16. In die sancto Pentecostes, Prosa: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
17. Feria secunda, Prosa: *Lux iocunda, lux insignis.* K.128.
18. Feria tertia, Prosa: *Umbra transit vetustatis.* 169
19. In festo Sanctae Trinitatis, Prosa: *Profitentes Unitatem.* K.142.

1 L'unique exemplaire connu de ce Missel faisait partie de la Bibliothèque de M. l'abbé Misset, qui l'a cédé à la Bibliothèque Nationale de Paris. Il est malheureusement incomplet des derniers feuillets qui contenaient les Proses. Nous avons dressé notre liste d'après les "*incipit*" qu'on lit dans le corps du Missel. Malgré nos recherches personnelles et celles de M. l'abbé Ul. Chevalier, il nous a été impossible de découvrir le texte des numéros 22, 27, 50 et 59.

2 Item in octava S. Iohannis, et in Missa de Beata a Nativitate usque ad Purificationem.

3 Item, tempore Paschali, in die S. Ambrosii, S. Georgii, S. Marci, S. Cleti, S. Petri martyris, SS. Philippi et Iacobi, et S. Iohannis ante Portam Latinam.

20. In sollemnitate Corporis Christi, Prosa : *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
21. S. Iacobi archiepiscopi Tharentasiae, Prosa : *Laudum praeconia.* 170
22. S. Antonii abbatis, Prosa : *Venerandi confessoris.*[4] ....
23. Agnetis martyris, Prosa : *Animemur ad agonem.* K.759.
24. Vincentii martyris, Prosa : *Ecce dies praeoptata.* K.735.
25. In Conversione S. Pauli, Prosa : *Corde, voce, pulsa caelos.* K.386.
26. In Purificatione Beatae Mariae, Prosa : *Templum cordis adornemus.* Gautier, I, 331.
27. S. Blasii episcopi et martyris, Prosa : *Coronam gloriae.*[5] ...
28. In Annuntiatione Beatae Mariae Virginis, Prosa : *Paranymphus salutat virginem.* Mone, 347.
29. In Inventione Sanctae Crucis, Prosa : *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
30. Sanctae Syndonis, Prosa : *Plaudat caeli hierarchia.* K.55.
31. In die S. Iohannis Baptistae, ad magnam Missam, Prosa : *Ad honorem Tuum, Christe.* K.353.
32. In die apostolorum Petri et Pauli, Prosa : *Roma Petro glorietur.* K.395.
33. In Visitatione Beatae Mariae, Prosa : *Virgini immensae.* 171
34. Infra octavas apostolorum Petri et Pauli, Prosa : *Caeli solem imitantes.*[6] K.371.
35. In octava apostolorum Petri et Pauli, Prosa : *Isti sunt duae olivae.* 172
36. De Sancta Margareta, Prosa : *Supernae matris gaudia.* K.338.
37. Sanctae Mariae Magdalenae, Prosa : *Mane prima Sabbati.* K.93.
38. In die S. Iacobi apostoli, Prosa : *Pangat chorus in hac die.* K.416.
39. Sanctae Annae matris Mariae Virginis, Prosa propria : *Laetabundus decantet hodie.* 173
40. Ad Vincula Sancti Petri, Prosa : *Gaude, Roma, caput mundi.* K.381.
41. In die S. Laurentii, ad magnam Missam, Prosa : *Stola iocunditatis.* K.625.
42. In die Assumptionis Beatae Mariae, Prosa : *Ave, Virgo singularis, mater.* K.250.
43. Sancti Theodolii episcopi, Prosa : *Collaudatur Rex.* K.724.
44. In die S. Bartholomaei apostoli, Prosa : *Laudemus omnes inclyta.* K.421.
45. Sancti Ludovici, regis Francorum, Prosa : *Regem regum veneremur.* K.641.
46. Sancti Augustini episcopi, Prosa : *Mente pia iubilemus.* K.510.

4 Item in die S. Francisci.
5 Item in die S. Christophori.
6 Item in die SS. Simonis et Iudae, et S. Thomae.

47. In Decollatione S. Iohannis Baptistae, Prosa: *Praecursorem Summi Regis.* K. 354.
48. In octava S. Augustini, Prosa: *Augustino laudes demus.* ... 174
49. In die Nativitatis B. Mariae, Prosa: *Salve, Mater Salvatoris.* K. 248.
50. De S. Petro, archiepiscopo Tharentasiae, Prosa: *In caelesti hierarchia.* ....
51. In Exaltatione Sanctae Crucis, Prosa: *Salve Crux.* K. 75?
52. De Corona Domini nostri Iesu Christi, Prosa: *Diadema salutare.* K. 47.
53. In die S. Matthaei evangelistae, Prosa: *Plausu chorus laetabundo.*[7] K. 376.
54. S. Mauritii cum sociis suis, Prosa: *Pangat Sion dulce melos.* 175
55. In festo S. Michaelis, Prosa: *Laus erumpat ex affectu.* K. 169.
56. Sancti Dionysii, Prosa: *Gaude prole, Graecia.* K. 546.
57. In Dedicatione ecclesiae, Prosa: *Sanctae Sion adsunt encaenia.* K. 877.
58. In die Omnium Sanctorum, Prosa: *Ad honorem sanctorum omnium.* 176
59. Sancti Martini episcopi, Prosa: *Erumpat in laudibus.* .....
60. In Praesentatione Beatae Mariae Virginis, Prosa: *Altissima providente.* K. 204.
61. Sanctae Katherinae virginis, Prosa: *Omnis mundus laetabundus.* 177
62. In die S. Andreae apostoli, Prosa: *Exsultemus et laetemur, et Andreae.* K. 399.
63. S. Nicolai episcopi, Prosa: *Congaudentes exsultemus vocali.* K. 665.
64. In festo Conceptionis Beatae Mariae, Prosa: *Dies festa celebretur.* K. 186.

De Beata Maria, Prosae diebus Sabbatis a Trinitate usque ad Adventum per ordinem alternative.

65. Tempore Paschali, Prosa: *Virgini Mariae.* K. 234?

Tempore Ascensionis, Prosa: *O Deus maris, poli, arvi.* K. 116.

66. De Nomine Iesu, Prosa: *Dulcis Iesus Nazarenus.* K. 33.
67. De Quinque Plagis, Prosa: *Coenam cum discipulis.* K. 57.
68. De Septem Doloribus Sacratissimae Virginis Mariae, Prosa: *Salve, Virgo generosa.* 178
69. De Sanctissima Christi Lacryma, Prosa: *O Lacryma gloriosa.* 179
70. In festo S. Gabrielis archangeli, Prosa: *Proloquium altum recitemus.* 180
71. De S. Barbara, contra tempestatem, Prosa: *Ave, martyr gloriosa.* K. 783.
72. In die Defunctorum, Prosa: *Dies irae.* K. 879.

7 Item in die S. Lucae.

167. IN EPIPHANIA DOMINI.

1

Decorata tribus miraculis
cum cantibus colatur sedulis
in gentibus, tribubus, populis
dies ista;
Hanc prophetae, priscis a saeculis,
signavere multis umbraculis,
praedixere multis oraculis,
et psalmista.

2

Verbum Patris condolens homini
novum dedit conceptum Virgini,
quam intactam Spiritus Domini
conservavit;
Sed conservans Patris propaginem
totaliter assumpsit hominem:
totus sursum et totus Virginem
subintravit.

3

Qui natus est sub mundi vespere,
cuius ortum intentis sidere
declaravit Pater ab aethere
gentilibus;
Stellam magi vident in aere,
Regem natum disponunt quaerere:
quantus sit Rex volunt ostendere
muneribus.

4

Novum sidus facit indicium,
reges magi sequuntur praevium
usque locum, intrant tugurium
mente pia;
Matrem, Natum, senemque trepidum
reperiunt, offerunt candidum
thus et myrrham aurumque splendidum:
ista tria.

5

Et quod sit rex Virginis Filius
hoc per aurum signatur clarius,
per thus quod sit Deus propitius
innotuit;
Myrrha signat quod sit passibilis,
homo vero incorruptibilis
culpa tantum nobis dissimilis
semper fuit.

6

Hunc Iordanis lavat in flumine
vir propheta, testante Flamine;
dum lavatur nos lavat crimine
mens divina;
Dirae mortis hic delet debitum
Ingenitus per Unigenitum,
in specie praesentat Spiritum
columbina.

7

Caro sumpta nobis visibilem
quem fecerat parvum et humilem
aqua sensit Deum mirabilem
dum innuit;
Lumen verum de vero Lumine
Verbo sacro factum in Virgine;
tunc quod Deus erat in homine
apparuit.

8

Trinum festum curemus colere,
Trino trinas laudes persolvere,
trino Trinum fateri munere
studeamus.
Trinum Deum et unum credere
satagamus verbis et opere,
detque Trinus ut Secum vivere
valeamus.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 8889, Missel de Tarentaise, xve siècle, *T.*

1 b colamus *T.* g 'suis oraculis *Massilien.*

2 e se conservans *Massilien.* g totum sursum *T.* tot sursum *Massilien.* et totum *T.*

3 b intenti *T. Massilien. Tarentasien.* La correction *intentis* s'impose. c Patri *Massilien.* e magni *T.* g quantum sit *T.*

4 a Patris indicium *Massilien.* b praemium *Tarentasien.*

5 e Myrrha notat *T.* f homo verus *Massilien.* g culpa tamen *Massilien.*

6 b ut propheta *T.* g praesentans *Massilien.*

7 c dum mirabilem *Tarentasien.* d dum univit *T. Tarentasien.* Nous adoptons la leçon de *Massilien.* exigée par la rime. f Verbum caro factum de Virgine *Massilien.* g erat Deus *Massilien.*

8 a colore (!) *Tarentasien.* b manque dans *T.* e Trinum et unum Deum credere *T.*

168. FERIA III PASCHAE.

1

Haec est dies nobis laeta,
dies nostrae mortis meta,
qua mutatur thau [in] theta
o ad alpha vertitur;
Ista dies est dierum,
in qua nobis Lumen verum,
pium, sacrum et sincerum,
de sepulchro nascitur.

2

In hac die tam festiva,
caro Christi rediviva
nos credentes in spe viva
locat, figit, erigit;
Ab hac die sumus tuti,
haec adicit nos virtuti,
vires trucis et versuti
dolos procul abigit.

3

Adam procul exulavit,
plagis multis vapulavit,
sed hunc [haec] lux revocavit
et sanavit vulnera;
Detumescunt fluctus freti,
Ionas exit ventre coeti,
Ninivitae fiunt laeti,
desiccatur hedera.

4

Haec lux Sarae fecit [risum],
caeco natu dedit visum,
et de ante paradisum
tulit ensem flammeum;
Caput anguis conculcatur,
qui, cum semper superatur,
nostrum saltem machinatur
laedere calcaneum.

5

Dat Rebeccae documentum
Iacob fragrans vestimentum,
ut sic patri det pulmentum
quod hunc velle noverat;
Dum venatu occupatur,
exspectatur, sed moratur,
et a fratre supplantatur
qui lentem cupierat.

6

Hic est, hic est dies ille
in quo Samson in maxille
solus sternit viros mille
et victor revertitur;
Portas aufert civitatis,
suffragatur captivatis,
et pro inimicis gratis
miro modo moritur.

7

Dies transmigrationis
dies est reversionis
ex antiquae Babylonis
dominatu pessimo;
Dies iubilationis,
dies liberationis
indurati Pharaonis
de iugo durissimo.

8

Aegrum sed semiperemptum
secus viam sic inventum
Iesus tollens in iumentum
fert ad stabularium;
Qui dum curat semivivum
vinum mittit et olivum,
recipitque donativum
duplicem denarium.

9

Pauperis emolumentum
quod per illum Violentum
nimis diu fuit tentum
usufructuario,
Irruente Fortiori
extorquetur iuniori,
redditurque possessori
sed proprietario.

10

Huius festi sacramentum,
licet per integumentum
et figurae velamentum,
sparsim vetus Testamentum
mystice significat;
" Annum hunc acceptionis,
caecis tempus visionis,
clausis et apertionis, "
Isaias praedicat.

11

Quinque legis, prophetarum
octo hagiographarum
novem libri Scripturarum
tempus hoc subinnuunt;
Prophetia Danielis,
Iohel et Ezechielis,
Sophoniae, Samuelis,
nos ad hoc praeinstruunt.

12

In hac, Iesu, die festa,
saeva quaevis et molesta,
dura, dira, mala, moesta
et quaecumque non modesta
teras ad interitum;
Fac superbos, magnos, reos:
mites, parvos et Zacchaeos,
peccatores fac Iudaeos,
pigros promptos et Hebraeos
celebrare transitum.

1 c thantheta, *Tarentasien.* Le thau était le symbole de la mort, le theta celui du triomphe. Nous suppléons *in.*

2 a festina *Tarentasien.*

3 c haec manque dans *Tarentasien.*

4 a risum manque dans *Tarentasien.* Ce mot s'impose, pour le sens et pour la rime.

5 b flagrans *Tarentasien.*, confusion fréquente dans les textes du Moyen-Age.

6 b maxille, nécessaire à la rime. *Tarentasien.*

8 f et oleum *Tarentasien.*

11 d subinnuit *Tarentasien.*

169. FERIA III PENTECOSTES.

1

Umbra transit vetustatis ;
vox erumpat novitatis
et laudis praeconium ;
Omnis mundus iocundetur,
in hac die adimpletur
illud vaticinium :

2

" Effundam de spiritu,
repentino sonitu,
cordibus fidelium. "
De excelso missus est
ignis, et infusus est
ossibus credentium.

3

Hic est ille Spiritus
insufflatus caelitus
priori mortalium ;
Hic de caelis missus est
et aquis infusus est
in mundi primordium.

4

Per hunc Noe inspiratur
a quo archa fabricatur
in typum Ecclesiae ;
Hic Abraham illustravit,
cum de Christo prophetavit,
tempus signans gratiae.

5

Huius donum Spiritus
signabatur primitus
cum lex dari debuit :
Facta sunt tonitrua,
micuerunt fulgura,
totus mons contremuit.

6

Die quinquagesimo
a paschali termino
lex a Deo mittitur ;
Sub eodem termino,
immittente Domino
Spiritus infunditur.

7

In unum sedentibus,
Ipsum exspectantibus
fit repente sonitus ;
Corporali specie
in ignis effigie
descendit Paraclitus.

8

Replet domum et credentes
facit spiritu ferventes :
loquuntur magnalia ;
Et quos timor occultavit,
ignis missus inflammavit,
templi petunt atria.

9

Ibi cum fiducia
fiunt mirabilia,
multa credunt millia.
Una fides omnium
in Christo credentium,
una erat anima.

10

Haec est praesens sollemnitas,
haec est miranda novitas,
in qua summa divinitas,
in qua divina caritas
Infundens se hominibus.
mundum mundans a sordibus,
ima iungens caelestibus
unum facit de pluribus.

11

Tu qui multa facis unum,
et de multis facis unum,
et in Uno facis unum,
Fac nos omnes in Te unum
ut ad Te tendamus Unum,
in Te Uno simus unum.

170. DE S. IACOBO ARCHIEPISCOPO THARENTASIAE.

1

Laudum praeconia
solvat celebria
turba fidelis :
Iacobus gloria
fulget eximia,
regnans in caelis.

2

Deum sequens pura mente,
spreto mundo marcessente,
respuit et idola ;
Paganorum spreta gente,
baptizatus est repente,
devotus deicola,

3

In fide novitius,
Fortunati socius,
viam eius sequitur ;
Non erat tunc alius
vivens eo durius :
ob hoc non deseritur.

4

Cum draconis oppressura
concremaret prorsus rura
Lirinensis insulae,
Fuit ei ingens cura
removere prece pura
pestem mortis aemulae.

5

Postquam draco disparuit,
illic uterque voluit,
Ipsa quoque provincia,
fundari monasteria,

6

Monachorum ad regulam
convertunt statim insulam ;
Arelatensis moritur
praesul, alter eligitur.

7

Honoratus Arelatensium
sublimatur ad episcopium ;
Cendronitis Iacobus praefuit,
ubi signis coruscans floruit.

8

Mansuetum sicut ovem
quod donarat morti bovem
ursum subiugavit ;
Ipse Dei ad honorem
quinque pedes contra morem
trabem augmentavit.

9

Corvus quem eripuit
ocellum restituit
baiulanti asino,
Et dum sol incaluit,
quod tunc nix induruit
factum est a Domino.

10

Homo simplex ut columba
in defuncti dum flet tumba
suscitatur propere ;
Die quarta suscitatus
est magistrum imitatus
statim in itinere.

11

Nos imitantes Iacobum
vincamus hostem improbum
Ut digne pro victoria
caeli fruamur gloria.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 8889, Missel de Tarentaise, xve siècle, *T.*

Cette Prose a été publiée dans les *Documents de l'Académie de Val d'Isère*, 1887, II, p. 25.

4 b iura *Tarentasien.* f mortalis *T.*
7 b ad episcopum *T. Tarentasien.* Cette leçon est contraire au rythme et à la rime ; *ad episcopatum* le serait également. Nous croyons que l'auteur a employé le mot *episcopium*, et qu'on s'en est ensuite effarouché. c Ceudronicis *T.*
10 b ut flet tum, *T.*

171. IN VISITATIONE BEATAE MARIAE.

1

Virgini immensae cantemus honorem,
vocibus alternis memorando tempus,
Quando Dei mater ivit ad minorem
conficiens tantum pietatis opus.

2

Egrediens miro movetur amore;
pectus ei magna charitas accendit :
Unde tenerrima nulli parcens morae
montis in excelsum festinans ascendit.

3

Intrat ad ancillam regina caelorum,
eloquio dulci cognatam salutat,
Nec mora, dum sentit Regem angelorum,
claudus adhuc alvo Iohannes exsultat.

4

O pius, O dulcis ambarum complexus!
Una Deo plena alteram replevit,
Nam fiunt utrinque Paracliti nexus
qui cor et affectum pariter explevit.

5

Nunc miseros tandem clementer visita
atque Iesum nobis pacatum ostende,
Virgo super omnes genitrix inclyta,
sola quidem per quam nati vivunt Adae.

Le texte de cette Prose manque dans notre Missel de Tarentaise. Nous le rétablissons d'après le Missel de Lausanne, 1493.

4 c utrumque *Lausannen.*, n'offre aucun sens. Nous rétablissons *utrinque*.

172. DE SS. PETRO ET PAVLO.

1

Isti sunt duae olivae,
isti duae primitivae
radices Ecclesiae.
Hi iecerunt fundamentum,
Deus dedit incrementum
rore suae gratiae.

2

Mira quidem est structura
quae levatur in pressura,
miri sunt artifices;
Quorum sanguis incremento
quibus fiunt in tormento
tortores opifices.

3

Candelabri fabrica
tota fuit mystica
et figurans talia.
Huius fabri ferreis
feriendo malleis
producunt hastilia.

4

Nero Petrum dum suspendit
sic producit, sic extendit
in lucem et gloriam,
Et dum Paulo truncat caput
sic exaltat eum apud
Summi Regis curiam.

5

Ecce tu es Petrus ille
quem terrebat vox ancillae
quae negare compulit,
Modo coram rege fortis
nullum times genus mortis,
scimus quid hoc contulit.

6

Mel de petra suxeras,
oleum non biberas
de saxo firmissimo;
Nunc unctus interius
nihil credis melius
quam mori pro Domino.

7

Tu piscator hominum
qui trahis ad Dominum
plena magnis retia.
Fac in eis colligi,
fac cum bonis eligi
in vasa caelestia.

8

Doctor ex persecutore
fac scholares cum doctore
obtinere bravium.
Hoc demissum in supernum,
hoc caducum in aeternum
transfer nobis gaudium.

9

Tu adolescentulus
custos eras sedulus
lapidantum vestibus;
In te vertit Dominus
quod oravit Stephanus
pro se lapidantibus.

10

Laeta vox caelestis aulae
tibi, Petre, tibi, Paule,
gaudet laudes canere;
Audite gregem pusillum,
sit acceptum hoc tantillum
quod valemus facere.

Le texte de cette Prose manque dans notre Missel de Tarentaise. Nous le rétablissons d'après les Missels de Lausanne, 1493, et de Genève, 1491.

1 b isti sunt duae primitiae *Lausannen.* f rose *Lausannen.*
2 b impressura *Gebennen.*
3 d Cuius *Lausannen.* f hostilia *Lausannen.*
5 c quem *Lausannen.*
6 a superas *Gebennen.*

Il existe une autre Prose qui a le même *incipit* que celle dont nous éditons le texte. Elle se chantait à l'abbaye de Saint-Corneille. Nous la publierons en son lieu.

173. DE SANCTA ANNA.

1

Laetabundus
decantet hodie mundus
Annae laudes
Totus mundus
fies homo, si iucundus
hanc collaudes.

2

Haec fuit enim causa
qua vitae porta clausa
panderetur;
Haec senex infecunda
fit a Deo fecunda
ut laudetur.

3

Haec arbor et plantula
ex qua Iesse virgula
est producta;
Haec domus ex qua porta
paradisi est orta
et inducta.

4

Haec est canalis munda
per quam gratiae unda
fuit data;
Haec est nupta famosa
cuius tota formosa
fuit nata.

5

Haec caelum a quo stella
trahens nos a procella,
terris dans lac et mella
caelo manna;
Haec mater Matris Dei
ad quam suspirant rei;
dicamus ergo ei:
Salve, Anna.

6

O felix propera,
preces reitera,
ne condemnetur *gens misera;*
Ostende ubera,
nataeque impera
ut nos deducat ad supera.

Le texte de cette Prose manque dans notre Missel de Tarentaise. Nous le rétablissons d'après les Missels de Lausanne, 1493, et de Toulouse, 1540.

1 e fiet *Lausannen.*
4 a carnalis *Lausannen.* canalis unda *Tolosan.* 1540.
5 b est trahens a *Lausannen.* c terris hians *Lausannen.*
6 c condannetur *Lausannen.*

174. DE SANCTO AVGVSTINO.

1

Augustino laudes demus,
Augustini qui gaudemus
meritis et gloria.
Clerus ipsum veneratur
per quem cleri sublimatur
dignitas et gratia.

2

Hic est Augustinus pater
quem seductum pia mater
et secutum devia
Post innumeros errores
ad virtutum traxit mores
per multa suspiria.

3

Hic est ille vir beatus
die, nocte meditatus
in lege dominica ;
In quo veritas laetatur,
per quem semper oppugnatur
pravitas haeretica.

4

Iste pater clericorum
forma regularium
Et exemplum est cunctorum
sub norma degentium.

5

Iste rivus sacri fontis
rigatoris mentium ;
Hic est collis eius montis
qui mons exstat montium.

6

Ecce palmes vitis verae
multum fructum afferens,
En Israelita vere
nullum dolum praeferens.

7

Qui de servo fit amicus
quem non laedit inimicus
qualibet iniuria.
Qui talentum duplicavit,
duplicatum reportavit
in Regis praesentia.

8

Tu vectis imputribilis,
intromissus in circulis
ut portes archam foederis,
Et mensa reflexibilis
divini panis fertilis,
id est verbi et operis.

9

Tu fiala, tu cyatus,
candelabri tu calamus
auri fulgore rutilus ;
Et tuba tabernaculi
convocans coetum populi
audire iussa Domini.

10

Tuque reclinatorium
Salomonis mirificum,
et sedes sapientiae ;
Tu columna argentea
sustentans aedificia
et figura Ecclesiae.

11

Tu lapis aedificii
illius Salomonici,
hoc est templi Dominici ;
Qui quadratus ad regulam
perornas Christi fabricam
Catholicam Ecclesiam.

12

Pane vitae satiatus
salutaris debriatus
aqua sapientiae,
Iam per terras veneraris
et in caelis adornaris
stola innocentiae.

13

O caeli luminarium,
et vas sacrarum arcium
doctor doctorum omnium ;
Fer clero patrocinium,
sis clericis refugium
ne fiant in opprobrium.

Le texte de cette Prose manque dans notre Missel de Tarentaise. Nous le rétablissons d'après les Missels de Lausanne, 1493, et de Genève, 1491.

3 a est manque *Lausannen.* b medicatus *Gebennen.*
4 b forma est *Lausannen.*
6 d proferens *Lausannen.*
9 a non cyatus *Lausannen.*
10 f in figura *Lausannen.*
13 b artium *Lausannen.*

175. DE S. MAVRICIO ET SOCIIS.

1

Pangat Sion dulce melos,
voce laeta pulset caelos
in tanta laetitia,
Vox a corde non discordet,
sed cor voci sic concordet
ut sint consonantia.

2

Ritu suo dux profanus
idolis Maximianus
parat sacrificia,
Sed legio Christiana
sacra transit tam profana
tam execrabilia.

3

Ut diis sacrificet
legio vocatur,
illa Deum confitens
deos detestatur,
quare bis in gladio
tota decimatur.

4

Viri fortes animo
constant fortiori,
nec his decimatio
talis est timori,
immo censent vivere
sic pro Christo mori.

5

Lupi furor inflammatur,
Christi grex dilaceratur
promptus ad supplicia ;
Ergo ferro saevienti
sexagintasex sexcenti
cadunt et sex millia.

6

Cadunt, sed felici sorte,
nam mercatur vitam morte
felix patientia
Quam felix qui sic mercatur,
cui pro morte vita datur,
vita mortis nescia.

7

Terra, caelum hilaretur
cum utrumque praeditetur
martyrum praesentia,
Terrae membra reservantur,
animaeque coronantur
in caelesti curia.

8

Tot cruore martyrum
pratum purpuratur,
perpetrato scelere
prava gens laetatur,
ad cuius convivia
Victor invitatur.

9

Fusi patet sanguinis
series Victori,
tendit, Christum confitens
caput percussori,
redditur cum aliis
suo Creatori.

10

Victor dictus a vincendo
nomen probat actibus,
vincens enim moriendo
victis gaudet hostibus
et terrena contemnendo
regnat in caelestibus.

11

Agaunenses iubilate,
corde, voce, manibus,
plaudentes Deum laudate
orantes in laudibus
ut iungat in claritate
vestris vos martyribus.

Le texte de cette Prose manque dans notre Missel de Tarentaise. Nous le rétablissons d'après les Missels de Lausanne, 1493, et de Genève, 1491.

Cette Prose a été publiée par BERNARD DE MONTMELIAN, *Saint Maurice et la légion Thébéenne*, 1888, tom. II, p. 317.

5 e sexaginta sexcenti *Gebennen. B. DE M.*, fait un vers faux.
6 b mercantur *Lausannen.*
7 b cum manque dans *B. DE M.* praedicetur *Lausannen. B. DE M.*
8 b pinpuratur (!) *Gebennen.*
10 e et manque dans *B. DE M.*
11 a Agavenses *Lausannen.* Agaunes *B. DE M.* f nos *Gebennen. B. DE M.*

176. IN FESTO OMNIVM SANCTORVM.

1

Ad honorem sanctorum omnium
qui possident caeli palatium
devotio plaudat fidelium
persolvendo laudis praeconium.
Oris voce, medullis cordium,
collaudemus regem et Dominum,
qui solus est rerum principium,
qui caput est et finis omnium.

2

A quo, per quem, in quo sunt omnia,
Ipsi salus, honor et gloria,
laus perennis, pax et victoria,
et claritas et sapientia :
Hunc collaudat in caeli patria
beatorum felix concordia ;
Huic laudes Mater Ecclesia
cum celebri reddit laetitia.

3

Veneremur illud eximium
Trinitatis summae sacrarium,
templum Dei, rei remedium,
peccatoris tutum refugium ;
In conceptu nescivit vitium,
nec in partu doloris taedium
nec caloris passa incendium,
contra morem protulit Filium :

4

Altissimi Patris consilium,
florem campi, convallis lilium,
Angelorum nostrum et gaudium.
In supernis a Patre genitum,
per quem constat quidquid est conditum
et a matre in terris editum.

5

Haec est virgo levitica,
flore, fructu specifica,
haec est urna mirifica
vero Manna magnifica ;
Haec cella Salomonica,
qua sedet Sapientia ;
haec cella aromatica,
virtutum plena gratia.

6

Hanc circumstant illa caelestia
spirituum sanctorum agmina,
Principatus et Dominantia,
Potestates, millium millia,
Regi regum administrantia,
sine fine : " Sanctus, " clamantia.

7

Patriarchae, viri praecipui,
fide pleni et bello strenui,
huic sacro praesunt conventui ;
Et prophetae virtute praediti
prius sancti quam ventre editi
sanctissimo non desunt coetui.

8

In hac praefulget curia
fide et patientia
doctrina apostolica
iudicans cum iustitia;
Et martyrum constantia,
vincens tormenta varia,
spernens mundana gaudia,
cum triumphali gloria.

9

Sacerdotum confessio
et confessorum concio
in hoc exsultant gaudio;
Quos carnis maceratio
et longa cruciatio
dignos fecit martyrio.

10

Illic epithalamium
et novum Agni canticum
decantat chorus virginum
rosas ferens et lilium.
Ad quorum [nos] consortium,
per eorum suffragium,
ducat Pater per Filium
qui regnat in perpetuum.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 8889, Missel de Tarentaise, xv[e] siècle, *T.*

Le texte de cette Prose manque dans notre Missel de Tarentaise.

2 e collaudant *T.*
4 e constant *T.*
10 e *nos* manque dans *T.* Nous le rétablissons, car il s'impose.

177. DE SANCTA KATHERINA.

1

Omnis mundus
laetabundus
psallat cum laetitia;
Noster coetus
cantet laetus
remota tristitia.

2

Puro corde,
sine sorde
colat haec festalia,
die isto
plaudit Christo
Costi regis filia.

3

Katherina
laude digna
currit ad palatium,
laeta vadit
et invadit
superbum Maxentium.

4

Rex commotus
fremit totus,
minatur supplicium,
Illa ridet
et deridet
tyranni iudicium.

5

Rex astutus
et versutus
inquirit originem,
Blandis verbis
et acerbis
aggreditur virginem.

6

Virgo blanda
et amanda
respondit sofistice,
Quaestiones
regis omnes
solvit dialectice.

7

In palaestra,
contra caestra
non timet assistere,
Nullus homo
est in domo
qui possit resistere.

8

Rex proponit;
haec exponit
illius problemata;
Obstupescit
et pavescit
rex ad eius dogmata.

9

Adducuntur
et promuntur
rhetores in publico;
Convertuntur,
coniunguntur
cum coetu angelico.

10

O benigna
Deo digna,
supplex roga Dominum,
Funde preces,
munda faeces
peccatorum hominum.

11

Dies iste,
Iesu Christe,
celebrantes foveat;
Summum bonum
sic in donum
Katherina foveat.

Le texte de cette Prose manque dans notre Missel de Tarentaise. Nous le rétablissons d'après le Missel de Lausanne, 1493.

6 f dialetice *Lausannen.*
7 b contra sceptra, faute d'impression évidente, *Lausannen.*
8 c probleumata *Lausannen.*
11 c f répétition fautive du même mot. Comment corriger? e domum *Lausannen.* rime fautive : *donum* s'impose.

178. DE VII DOLORIBVS B. MARIAE.

1

Salve virgo generosa
et regina gloriosa
caelestis militiae;
Praeelecta vernans rosa,
mater quondam dolorosa
in valle tristitiae.

2

Ferit gladius doloris
plenum divi cor amoris
senis vaticinio;
Complectentis sanctam prolem
hinc sensisti verbi molem
pectoris in scrinio.

3

Ast Herode saeviente
dulcem Natum tu repente,
Virgo Mater tenera,
In Aegyptum pertulisti
per desertum, et nutristi
qui creavit aethera.

4

Inde quaesisti Filium
florentem sicut lilium
doctorum in medio,
Anno Eius duodeno
plenum dogmate sereno
iam amissum triduo.

5

Captum, caesum, coronatum,
morti sciens iudicatum
vides in angustiis,
Ligno crucis oneratum
Se dum graditur oblatum
pro nostris flagitiis.

6

Ades cruci redimentis
Iesu flentis, morientis,
transfixa carne pura ;
Dolores quos parturiens
evasisti, iam sustinens
extortos cum usura.

7

Hora tandem vespertina,
mundi clara medicina
iam exstincta redditur
Tibi Matri deplangenti,
corpus fossum intuenti,
dum in sinu volvitur.

8

In sepulchro collocatur,
a militibus servatur,
cor maternum anxiatur
cum illinc abigeris ;
Suscipe nos commendatos,
et a culpis emendatos
dulci Filio fac gratos
et coniunge superis.

9

Ecce Virgo dolorosa
facta Mater amorosa,
stans sub cruce lacrymosa,
vicit vae tartarea ;
Christi plagis vulnerata,
Eius morte contristata,
mater nostra illibata
hostes nostros supera.

10

O Maria, mater Christi,
Eius morte quem flevisti,
confer vitam plebi tristi,
ut, post mortem, quem vicisti
laetetur felicius ;
Salve, Fili, Mater, ave,
Iesu bone, nobis fave,
atque verbum dic suave,
et ab hoste mortis pravae
redime propitius.

Manuscrit. Bibl. de M. l'abbé Misset, Missel de Passau, fin xve siècle, *MZ.*

MOREL, n° 149, a édité les cinq premières strophes de cette Prose et une partie de la sixième, d'après le Manuscrit 546 de Saint-Gall. Mais son texte est très incomplet. C'est pourquoi nous publions cette pièce en entier.

1 **f** in valle miseriae *Tarentasien.*
2 **b** divini *Tarentasien.*
3 **d** protulisti *MOREL.* **f** aetherea *Tarentasien.*
4 **a** quaesivisti *Tarentasien. MOREL*, fait un vers faux. **b** florescentem *Tarentasien. MOREL*, second vers faux. Les trois derniers vers de cette strophe manquent dans *MZ.*
5 **b** morte *Colonien. MOREL.* **c** videns *MZ.* **e** sed dum *MZ. Colonien.* graviter *Colonien.*

6 c transfixa carne ... Ici s'arrête le fragment publié par *MOREL*. e tam sustinens *MZ*.

7 c iam manque dans *MZ*. reditur *MZ*.

8 a En sepulchro *MZ*. b manque dans *MZ*. *Colonien*. d illic *MZ*. *Colonien*. abieris *Colonien*. f manque dans *MZ*. *Colonien*.

9 Les strophes qui suivent ne se lisent que dans *Tarentasien*.

179. DE SANCTA LACRYMA.

1

O lacryma gloriosa
Christi praeclarissima,
Gemma caeli pretiosa
lymphaque purissima,

2

A Christo quae nata,
angelo collecta,
Magdalenae data
Maximino vecta,

3

Imperatori Graecorum
inde praesentata,
Gaufrido, Vindocinorum
ad locum translata,

4

Interna et externa
conserva lumina,
Gratia sempiterna
corda illumina,

5

O benigna, *O benigna*, O benigna,
Quae semper *inviolata permansisti !*

Manuscrit. TOURS : Bibl. de la Ville, 190, Missel de Tours, xv[e]-xvi[e] siècle, *TS*.

Cette Prose a été publiée par CH. BARTHELEMY, *Rational ou Manuel des Divins Offices de Guillaume Durand, évêque de Mende*, Paris, 1854, tom. III, p. 287.

1 a O manque dans *Bisuntinen*. *Briocen*. b Christi carissima *Autissiodoren*. d purifica *Parisien*. 1542.

2 a A Christo nata *Parisien*. 1542, *Tarentasien*. A Christoque *BARTHELEMY*. A Christo nataque *Baiocen*. *Briocen*. b ab angelo collecta *Autissiodoren*.

3 a Graecorum manque dans *Tolosan*. 1540. b inde manque dans *Tolosan*. 1540. c Ganfrido *Tarentasien*.

4 a externaque *Bisuntinen*. b lumina manque dans *Tolosan*. 1540.

5 b quae sola semper inviolata *Tolosan*. 1540. L'imitation de l'*Inviolata* est manifeste dans cette clausule.

Le texte est identique dans *Ambianen*. *Cenomanen*. 1517, *Morinen*. *Sagien*. *Turonen*. *Virdunen*. 1554.

180. DE S. GABRIELE.

1

Proloquium altum recitemus
Gabrielis, ut nos incitemus
Ad amorem, omnes vocitemus,
ad has laudes corda ora demus.

2

Imperatrix cuius imperio
tota gaudet caelestis concio,
Tanta laus est tibi in Filio
quod humana non capit ratio.

3

Benedicta et venerabilis,
pia, prudens, decora, nobilis,
Universis incomparabilis,
tibi nunquam fuit consimilis.

4

Te creavit Pater Ingenitus,
obumbravit te Unigenitus,
Fecundavit te Sanctus Spiritus,
tu es facta tota divinitus.

5

Te creavit Deus mirabilem,
te respexit ancillam humilem,
Te quaesivit sponsam amabilem,
tibi nunquam fecit consimilem.

6

Te beatam laudare cupiunt
omnes Sancti, sed non sufficiunt,
Nam tot laudes tibi conveniunt
quod laudantes omnes deficiunt.

7

Quia tamen caput es virginum,
et laus summa non habens terminum,
Angelorum laudes et hominum
promereris prima post Dominum.

8

Cum sisteret humani generis
loqui praeco dignior ceteris
Vale dicit Reginae aetheris
cuius sedes manet in superis.

9

Vale, Sancta Sanctorum omnium,
laus et honor, decus fidelium,
Aula Christi, domus, palatium,
Deitatis reclinatorium.

1 La première strophe de cette Prose n'a pas le même rythme que les strophes suivantes. Peut-être a-t-elle été composée après coup. d damus *Traiecten. Sarisburien.* 1513.

4 c Spiritus Sanctus, contraire au rythme, *Sarisburien.* 1513, *Tarentasien. Traiecten.*

Cette Prose se lit également dans le Missel de Lyon, 1524.

MISSALE SECVNDVM BREVIARIVM CHORI ECCLESIAE AVGVSTENSIS. Babenbergae, 1489.

1. In Nativitate Christi: in primo gallicantu, Sequentia: *Grates nunc omnes.*[1] K.6.
2. „ „ in primo mane, Sequentia: *Eia recolamus laudibus.*[2] K.10.
3. „ „ ad summam Missam, Sequentia: *Natus ante saecula.* K.11.
4. De S. Stephano protomartyre, et in octava, Sequentia: *Hanc concordi famulatu.*[3] K.711.
5. De S. Iohanne evangelista, Sequentia: *Iohannes, Iesu Christo.* K.402.
6. De Innocentibus, Sequentia: *Laus Tibi, Christe, Patris Optimi Nate.* K.341.
7. Thomae archiepiscopi et martyris, Sequentia: *Spe mercedis et coronae.* K.729.

   In octava S. Iohannis evangelistae, Sequentia: *Plausu chorus laetabundo.* K.376.
8. In die Epiphaniae, Sequentia: *Festa Christi.* K.24.
9. In octava Epiphaniae, Sequentia: *Hunc diem celebret.* K.26.
10. In die sancto Paschae, et in octava, Sequentia: *Laudes Salvatori.* K.81.
11. Feria secunda, Sequentia: *Pangamus Creatori.*[4] K.84.
12. Feria tertia, Sequentia: *Agni Paschalis esu.*[5] K.79.
13. Feria quarta, Sequentia: *Laudes Deo concinat orbis.* K.102.
14. Feria quinta, Sequentia: *Grates Salvatori.* K.104.
15. Feria sexta, Sequentia: *Haec est sancta sollemnitas.*[6] K.82.
16. Sabbato, Sequentia: *Carmen suo dilecto.*[7] K.111.
17. Dominicis post octavas Paschae, Sequentia: *Victimae Paschali.*[8] K.83.
18. In die Ascensionis Domini et in octava, Sequentia: *Summi triumphum Regis.* K.114.

    Dominica post Ascensionem Domini, Sequentia: *Grates Salvatori.* K.104.

1 Item Dominicis infra octavam Nativitatis et infra octavam Epiphaniae.
2 Item in octava.
3 Item in Inventione S. Stephani.
4 Item in Annuntiatione S. Mariae tempore Paschali.
5 Item in die SS. Philippi et Iacobi.
6 Item in die S. Georgii, S. Vitalis, et SS. Gordiani et Epimachi.
7 Item in die S. Ambrosii, S. Marci, S. Servatii et S. Erasmi.
8 Item in Translatione S. Udalrici.

19. In die sancto Pentecostes, feria secunda, tertia, et quinta, Sequentia: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
20. Feria quarta, sexta, et Sabbato, Sequentia: *Veni Sancte Spiritus, et emitte.*[9] K.125.
21. In octava Pentecostes, Sequentia: *Pater da per Verbum nobis.* K.135.
22. De Sancta Trinitate, et Dominica prima post octavas Pentecostes, Sequentia: *Benedicta semper Sancta.*[10] K.139.
23. In festo Corporis Christi, Sequentia: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
24. Per octavam, Sequentia: *O panis dulcissime.* K.154.
25. In Dedicatione ecclesiae, Sequentia: *Psallat Ecclesia.* K.866.
„ „ infra Pascha et Pentecosten, Sequentia: *Haec est sancta sollemnitas.* K.82.
26. In die unius apostoli, Sequentia: *Clare sanctorum senatus.*[11] K.369.
27. De quatuor evangelistis, Sequentia: *Plausu chorus laetabundo.* K.376.
28. De pluribus martyribus, Sequentia: *O beata beatorum.*[12] K.445.
29. „ „ „ *Agone triumphali.*[13] K.443.
30. De confessoribus, Sequentia: *Rex regum Deus noster.*[14] K.459.
31. De virginibus, Sequentia: *Exsultent filiae Sion.*[15] K.474.
32. In die S. Andreae, et in octava: Sequentia: *Deus in tua virtute.* K.398.
33. S. Nicolai episcopi, Sequentia: *Laude Christo debita.* K.666.
34. In Conceptione B. Mariae, Sequentia: *Stirpe Maria regia.* K.192.
35. „ „ „ *Dies festa celebretur.* K.186.
36. Adelhaidis imperatricis, Sequentia: *Laudes egregias.* K.751.
37. Antonii abbatis, Sequentia: *In hac die laetabunda.* K.496.
38. Agnetis virginis, Sequentia: *Laus sit Regi gloriae.* K.760.
39. In Conversione S. Pauli, Sequentia: *Dixit Dominus: Ex Basan.* K.384.

9 Item in Missis de Sancto Spiritu.

10 Item in Transfiguratione Domini, et in Missis de Sancta Trinitate.

11 In die S. Thomae, S. Timothei, et S. Barnabae, in Commemoratione S. Pauli, in Translatione S. Thomae, in die S. Iacobi, S. Bartholomaei, S. Lucae, et SS. Simonis et Iudae.

12 In die SS. Decem millium martyrum, SS. Iohannis et Pauli, et S. Afri.

13 In die SS. Fabiani et Sebastiani, SS. septem Dormientium, SS. septem fratrum, Alexandri et aliorum, S. Cyriaci et sociorum eius, SS. Abundi, Hermetis et Pelagii, SS. Felicis et Adaucti, SS. Cosmae et Damiani, S. Dionysii et sociorum eius, et S. Eustachii et sociorum eius.

14 In die S. Silvestri, S. Erhardi episcopi, S. Syri episcopi, et S. Clementis.

15 In die S. Barbarae, S. Luciae, S. Agathae, S. Margaretae, S. Teclae, et S. Ceciliae.

Anastasiae viduae et martyris, Sequentia: *Gaude, Sion, quod egressus.* K.800.

40. In Purificatione S. Mariae Virginis, Sequentia: *Concentu parili.* K.217.
41. Blasii martyris, Sequentia: *Hic sanctus.*[16] K.463.
42. Dorotheae, Sequentia: *Psallat concors symphonia.* K.796.
43. In Inventione Sanctae Crucis, Sequentia: *Magnificent confessio.*[17] K.70.
44. Iohannis ante Portam Latinam, Sequentia: *Flore vernat virginali.* K.409.

 „ „ „ „ *Agni Paschalis esu.* K.79.

45. In Translatione S. Nicolai, Sequentia: *Congaudentes exsultemus vocali.* K.665.
46. Viti, Modesti et Crescentiae, Sequentia: *Sancti martyris Viti.* K.741.
47. In die sancto Iohannis Baptistae, et in octava, Sequentia: *Sancti Baptistae Christi.* K.351.
48. In die apostolorum Petri et Pauli, et in octava, Sequentia: *Petre, summe Christi.*[18] K.394.
49. In Visitatione S. Mariae Virginis, et in octava, Sequentia: *Veni, praecelsa Domina.* K.206.
50. Udalrici episcopi, et in octava eius, Sequentia: *Laude dignum sanctum.*[19] K.733.
51. „ „ „ „ *Udalrici benedici.* K.734.
52. Willibaldi pontificis, Sequentia: *Fulget dies praeclarus.* K.748.

 Kiliani et sociorum eius, Sequentia: *O beata beatorum.* K.445.

53. „ „ „ *Adoranda, veneranda.* K.618.
54. In Divisione Apostolorum, Sequentia: *Caeli enarrant.* K.368.
55. Heinrici imperatoris, Sequentia: *Laudet omnis spiritus.* K.597.
56. Mariae Magdalenae, Sequentia: *Laus Tibi, Christe, qui es Creator.* K.846.
57. Annae matris Mariae, et in octava, Sequentia: *Gaude, mater Anna.* K.769.
58. Panthaleonis martyris, Sequentia: *Poli gyrator.* K.689.
59. Marthae hospitae Domini et virginis, Sequentia: *Mundi decor, mundi forma.* K.853.
60. Afrae martyris, Sequentia: *Verbum sapientiae.*[20] K.754.

16 Item in die S. Erasmi, S. Onoferi, S. Christophori, S. Egidii, S. Hieronymi, et S. Leonardi.

17 Item in Exaltatione Sanctae Crucis.

18 Item in festo S. Petri ad Vincula.

19 Item in die S. Othmari.

20 Item in die SS. Hilariae, Dignae, Eunomiae et Eutropiae martyrum.

61. In die S. Laurentii et in octava, Sequentia : *Laurenti, David.* K.623.
62. In die Assumptionis Mariae, per octavam, in octava, et in tricesima, Sequentia : *Congaudent angelorum chori.* K.247.
63. Bernardi abbatis, Sequentia : *Bone doctor.* K.519.
64. Augustini confessoris, Sequentia : *De profundis tenebrarum.*[21] K.506.
65. In Decollatione Iohannis Baptistae, Sequentia : *Psallite Regi nostro.* K.352.
66. Magni abbatis, Sequentia : *Dilecte Deo.*[22] K.580.
   In Nativitate S. Mariae, et in octava, Sequentia : *Stirpe Maria regia.* K.192.
   In die S. Matthaei evangelistae, Sequentia : *Clare sanctorum senatus.* K.369 ; vel : *Plausu chorus laetabundo.* K.376.
67. In die S. Mauricii et sociorum, Sequentia : *Sancti belli celebremus.* K.657.
68. „ „ „ *In Thebaeorum triumpho.* K.659.
69. Michaelis archangeli, et in octava, Sequentia : *Ad celebres, Rex caelice.* K.168.
70. Francisci confessoris, Sequentia : *Gaude caelum, terra plaude.* K.568.
71. In die Undecim millium virginum, Sequentia : *Magne Deus, mirabilis.* K.861.
72. In Conversione S. Afrae, Sequentia : *Grates Deo et honor.* K.753.
   Narcissi episcopi, Sequentia : *O Narcisse, fons eloquio.* K.754.
73. In die Omnium Sanctorum, et in octava, Sequentia : *Omnes sancti Seraphim.* K.335.
74. Martini episcopi, et in octava, Sequentia : *Sacerdotem Christi.* K.646.
75. Elisabeth viduae, Sequentia : *Gaude, Sion, quod egressus.* K.800.
76. In Praesentatione S. Mariae, Sequentia : *Altissima providente.* K.204.
77. Katherinae virginis, et in octava, Sequentia : *Hac in die laudes piae.* 77
78. Conradi, Sequentia : *Adornata laudibus canticorum.* K.620.
79. Feria vi, de Sancta Cruce, Sequentia : *Si vis vera frui luce.* K.73.
80. Sabbato, de Beata Virgine, post octavas Pentecostes usque ad Adventum Domini, Sequentia : *Ave, praeclara maris stella.* K.254.
81. Sabbato, de Beata Virgine, ab Adventu usque ad Nativitatem Domini, Sequentia : *Ave, Maria, gratia plena.* K.264.
   A Nativitate usque ad Purificationem, Sequentia : *Gaude, Dei Genitrix.* K.11.

21 Item in Translatione S. Augustini.
22 Item in die S. Galli et in octava.

Infra Pascha et in Ascensione, Sequentia : *Pangamus Creatori.* K.84.

Incipiunt aliae Sequentiae cum Alleluia, quae secundum hunc ordinem decantantur : *Ave, praeclara maris stella.* K.254.

82. *Laetabundus exsultet.* K.13.
83. *Hodiernae lux diei.* K.202.
84. *Salve, Mater Salvatoris.* K.248.
85. *Verbum bonum et suave.* K.268.
86. *Astra caeli dum transcendo.* 120

In fine tamen, scilicet proxime ante Adventum canitur una de prolixioribus.

87. In Missa contra pestilentiam, Sequentia: *Audi nos, nam te Filius.* K.254.

MISSALE DIOCESIS ARGENTINENSIS.

Hagnoae. 1520.

1. In Nativitate Domini: in primo gallicantu, Sequentia: *Grates nunc omnes.* K.6.
2. „ „ in aurora, Sequentia: *Eia recolamus laudibus.* K.10.
3. „ „ ad summam Missam, Sequentia: *Natus ante saecula.* K.11.
4. In die S. Stephani protomartyris, et in octava, Sequentia: *Hanc concordi famulatu.* K.711.
5. In die S. Iohannis apostoli et evangelistae, et in octava, Sequentia: *Iohannes, Iesu Christo.* K.402.
6. In die Sanctorum Innocentum, et in octava, Sequentia: *Laus Tibi, Christe, cui sapit.* K.342.
7. In die S. Thomae episcopi Cantuariensis, Dominica infra octavam Nativitatis, et in nativitate S. Silvestri papae, Sequentia: *Laetabundus exsultet.* K.13.

   In octava Nativitatis Domini, Sequentia: *Laetabundus exsultet.* K.13; vel: *Eia recolamus laudibus.* K.10.
8. In die sancto Epiphaniae Domini, et per octavam, Sequentia: *Festa Christi.* K.24.
9. In die sancto Paschae, et in octava, Sequentia: *Laudes Salvatori.* K.81.
10. Alia Sequentia de tempore Paschali: *Victimae Paschali.* [1] K.83.
11. Alia de tempore Paschali: *Agni Paschalis esu.* K.79.
12. De Lancea et Clavis, Sequentia: *Hodiernae festum lucis et sollemne.* K.54.
13. De Compassione Beatissimae Virginis Mariae, Sequentia: *Gaude, turba fidelium.* K.224.
14. In die sancto Ascensionis Domini, et per octavam, Sequentia: *Summi triumphum Regis.* K.114.
15. In die Pentecostes, feria secunda, tertia, quarta, quinta et sexta, et in octava, Sequentia: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
16. Sabbato, Sequentia: *Veni, Sancte Spiritus.* [2] K.125.
17. Feria secunda, tertia et quarta post octavam Pentecostes, Sequentia: *Benedicta semper Sancta.* K.139.
18. In festo Corporis Christi, et per octavam, Sequentia: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.

1 Dominicis post octavas Paschae, in die S. Ambrosii, S. Georgii, S. Marci, et S. Truperti, in festo Coronae Domini, et in die SS. Gordiani, Epimachi, Sophiae, Fidei, Spei et Charitatis.

2 Item in Missa votiva de Sancto Spiritu.

19. Alia Sequentia de Corpore Christi: *O Panis dulcissime.* K.154.
20. De apostolis, Sequentia: *Clare sanctorum senatus.* [3] K.369.
21. De pluribus martyribus, Sequentia: *Agone triumphali.* [4] K.443.
22. „ „ „ *O beata beatorum.* [5] K.445.
23. De uno martyre vel simplici confessore, Sequentia: *Psallens Deo, Sion, gaude.* [6] K.436.
24. De confessore et pontifice, Sequentia: *Ad laudes Salvatoris.* K.465.
25. De virginibus, Sequentia: *Exsultent filiae Sion.* [7] K.474.
26. In die sancto Andreae, et in octava, Sequentia: *Deus, in Tua virtute.* K.398.
    In octava S. Katherinae, Sequentia: *Katherinae sollemnia sancta.* K.814.
27. Barbarae virginis et martyris, Sequentia: *Regi regum decantet.* K.780.
28. Nicolai episcopi, Sequentia: *Congaudentes exsultemus vocali.* K.665.
    In Conceptione Beatae Virginis Mariae, et in octava, Sequentia: *Stirpe Maria regia.* K.192.
    In die sancto Thomae apostoli, Sequentia: *Clare sanctorum senatus.* K.369.
29. Alia Sequentia de sancto Thoma: *Salve, Thoma Didyme.* K.430.
30. In die S. Agnetis virginis et martyris, et in octava, Sequentia: *Laus sit Regi gloriae.* K.760.
31. In Conversione S. Pauli, Sequentia: *Dixit Dominus: Ex Basan.* K.384.
32. In Purificatione Beatae Mariae Virginis, Sequentia: *Concentu parili.* K.217.
    In Annuntiatione Beatae Mariae Virginis, si post festum Paschae celebrabitur, Sequentia: *Stirpe Maria regia.* K.192.
    In die apostolorum Philippi et Iacobi, Sequentia: *Clare sanctorum senatus.* K.369; vel: *Victimae Paschali.* K.83.
33. In festo Inventionis Sanctae Crucis, Sequentia: *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
34. Iohannis ante Portam Latinam, Sequentia: *Verbum Dei, Deo natum.* K.408.
35. In die sancto Iohannis Baptistae, et in octava, Sequentia: *Sancti Baptistae Christi.* K.351.

3 In Commemoratione S. Pauli; in die S. Iacobi; in die S. Petri ad Vincula, si in Dominica evenerit; S. Matthaei, S. Lucae, et SS. Simonis et Iudae.

4 In die SS. Iohannis et Pauli, si in Dominica evenerit; in Inventione S. Stephani; in die SS. Sixti, Felicissimi et Agapiti; et SS. Dionysii, Rustici et Eleutherii, si in Dominica evenerit.

5 In Missa votiva de quatuordecim Auxiliatoribus.

6 In die S. Udalrici; item in die S. Galli, S. Othmari, et S. Clementis, si in Dominica evenerint.

7 In die S. Luciae, S. Agathae, et S. Ceciliae,

36. In die sancto apostolorum Petri et Pauli, Sequentia: *Petre, summe Christi.* K. 394.
37. In Visitatione Beatae Mariae Virginis, et in octava, Sequentia: *Ave, Verbi Dei Parens.* K. 211.
38. Alia Sequentia de Visitatione Mariae: *Veni, praecelsa Domina.* K. 206.
39. De S. Heinrico imperatore, Sequentia: *Laudet omnis spiritus.* K. 597.
40. Margaretae virginis et martyris, Sequentia: *Virgo Dei, Margareta.* K. 843.
41. In Divisione apostolorum, Sequentia: *Caeli enarrant.* K. 368.
42. Arbogasti episcopi, Sequentia: *Laudes Deo pange sincera.* K. 501.
43. Mariae Magdalenae, Sequentia: *Laus Tibi, Christe, qui es Creator.* K. 846.
44. De Sancta Anna, Sequentia: *Exsultet Ecclesia pro assumpta.* K. 768.
45. Afrae martyris, Sequentia: *Grates Deo et honor.* K. 753.
46. In die sancto Laurentii martyris, et in octava, Sequentia: *Laurenti, David.* K. 623.
47. In festo Assumptionis Mariae, et in octava, Sequentia: *Congaudent angelorum chori.* K. 247.
48. In die sancto Bartholomaei apostoli, Sequentia: *Laudet te Deus iustus.* K. 422.
49. De S. Augustino, Sequentia: *Sancti Augustini merita.* ... 181
50. In Decollatione S. Iohannis Baptistae, Sequentia: *Psallite Regi nostro.* K. 352.
51. In Nativitate B. Mariae Virginis, et per octavam excepto festo Exaltationis Sanctae Crucis, Sequentia: *Stirpe Maria regia.* K. 192.
    In Exaltatione Sanctae Crucis, Sequentia: *Laudes Crucis attollamus.* K. 60.
52. Richardis imperatricis, Sequentia: *Paradisi per amoena.* Mone, 1141.
53. Mauritii et sociorum eius, Sequentia: *Sancti belli celebremus.* K. 657.
54. Michaelis archangeli, Sequentia: *Magnum te Michaelem.* K. 167.
55. Alia Sequentia de S. Michaele: *Summi Regis archangele.* K. 172.
56. Hieronymi presbyteri, Sequentia: *Laudemus Christum, Qui est.* K. 600.
57. Gereonis et sociorum eius martyrum, Sequentia: *Maiestati sacrosanctae.* K. 590.
58. SS. Undecim millium virginum, Sequentia: *Virginalis turma sexus.* K. 456.
59. In festo Omnium Sanctorum, Sequentia: *Omnes sancti Seraphim.* K. 335.
60. Florentii episcopi, Sequentia: *Sacerdotum praefulgens gloria.* 182

61. Martini episcopi, Sequentia: *Sacerdotem Christi.*[8] K.646.
62. Elisabeth reginae, Sequentia: *Gaude, Sion, quod egressus.* K.800.
63. In festo Praesentationis Mariae Virginis, Sequentia: *Altissima providente.* K.204.
64. Katherinae virginis, Sequentia: *Katherinae sollemnia sancta.* K.814.
65. In Dedicatione templi et per octavam, et in Dedicatione altaris, Sequentia: *Psallat Ecclesia.* K.866.
66. De Sancta Trinitate, Sequentia: *Benedictio trinae unitati.* K.143.
67. De Sancta Cruce, Sequentia: *Salve, Crux laudabilis, arbor.* K.76.
68. De Passione Domini, Sequentia: *Salve, Crux.* K.76; vel: *Ave, Iesu Christe.* K.45.
De Compassione Beatae Mariae Virginis, Sequentia: *Gaude, turba fidelium.* K.224.
De B. Virgine infra Nativitatem Domini et Purificationem, vel usque ad Septuagesimam, si Purificationem praevenerit, Sequentia: *Laetabundus exsultet.* K.13.
De B. Virgine infra Pascha et Pentecosten, Sequentia: *Victimae Paschali.* K.83.
69. Alia Sequentia: *Virgini Mariae laudes concinant Christiani.* K.233.
70. De B. Virgine tempore Pentecostes, Sequentia: *Veni, Virgo virginum.* K.281.
71. In commemoratione Beatae Mariae Virginis, Sequentia: *Ave, Maria, gratia plena.* K.264.
72. Alia Sequentia: *Ave, praeclara maris stella.* K.254.
73. Alia: *Salve, Mater Salvatoris.* K.248.
74. Alia: *Verbum bonum et suave.* K.268.
75. Alia: *Hodiernae lux diei celebris in.* K.202.
76. Alia: *Ave, Virgo gloriosa, caeli iubar.* K.275.
77. Alia: *Ave, Virgo gratiosa, Virgo Mater.* K.279.
78. Alia: *Mittit ad Virginem.* K.199.

8 Item in octava si in Dominica evenerit.

181. DE SANCTO AVGVSTINO.

1. Sancti Augustini merita magnifica, Redemptoris cum gloria, celebret dignis laudibus Ecclesia;
2. Qui natus saeculo in Africa, sed renatus Christo est in Italia;
3. Quem sanctus convertit Ambrosius, ergo totus plaudat orbis catholicus.
4. Nam Divina Providentia divisit decori domus spolia.
5. Gemit capta plebs haeretica, proprio mucrone caeso Golia.
6. Laudent Ecclesiae agmina verum David sequentia,
7. Augustini quae per dogmata liberatur perfidia
8. Hic namque est vitae lucerna, candelabro superposita,
9. Doctrina cuius melliflua pandit iter ad caelestia;
10. Infantem scientiam mundi spernit sophiam, assectans Christianam theologiam;
11. Christi post vestigia via tendens regia, cum probasset omnia tenuit bona.
12. Ergo canonicam, sciens esse apostolicam, vitam instituit, et clericorum forma fuit.
13. Nil quaerens proprium, commune solum bonum omnium possidebat Deum.
14. Hanc unam petiit, hunc fontem vitae semper sitiit, quo et potus fuit Augustinus
15. Dei plenus amore scientia cum Cherubin et Seraphin pollens nunc in gloria,
16. Petat nobis vitam aeternam.

7 qui per *Argentinen.* 1520 liberat, *Argentinen.* 1520 a perfidia *Argentinen.* c. 1493, donne une syllabe de trop et rompt le rythme.

182. DE SANCTO FLORENTIO.

1

Sacerdotum praefulgens gloria
Florentius eximia,

2

Scoto natus stemmate,
finibus Alsatiae
floruit, sub praesule
Arbogasto;
Sexaginta fortium
gerens se praecipuum
Salomonis stantium
lecti strato.

3

Hic est nubes, vox in rota,
hic columna et immota,
stans in templo Domini;
Hic meretur non superbis
gestis, ferre solis verbis
aegrotis remedia.

4

Stupescit bestia
ad eius imperia;
Naturae suae ius
perdit solis radius.

5

O praesul, O confessor,
O cultor Domini,
Eius crucem baiulans;
Tu quadrigas Aminadab
ferens nobis impetra
posse sequi quod praedicas.

6

O Florenti, florens vita,
flumen fundens documenta,
tu sanctorum
flores morum
sensu nostro germina;
Interventu tuo, Christi
dona, quae promeruisti,
futurorum-
que bonorum
nobis confer gaudia.

7

Tibi, Christo, gloria.

2 g Salomonis adstantium, *Argentinen.*, donne une syllabe de trop.

5 Les deux parties de cette strophe laissent à désirer pour le parallélisme. Les trois premiers vers n'offrent qu'un rythme imparfait; ils sont probablement corrompus.

6 f Christe *Argentinen.* c. 1493. La leçon *Christi* (qui est la vraie), se lit dans *Argentinen.* 1520. h Étrange coupure!

MISSALE AD VSVM ECCLESIAE ATREBATENSIS. Parisiis, 1491.

1. Dominica prima in Adventu Domini, Prosa : *Gaude et exsulta tellus.* 183
2. Dominica secunda in Adventu Domini, Prosa : *Psallat Ecclesia.* K.866 et 2.
3. Dominica tertia in Adventu Domini, Prosa : *Cunctipotens pie Pater.* 184
4. Dominica quarta in Adventu Domini, Prosa : *Eia, iuxta verae prophetiae.* 185
5. In Natali Domini : ad primam Missam, Prosa : *Nato canunt omnia.* K.9.
6. „ „ ad secundam Missam, Prosa : *Eia recolamus laudibus.* K.10.
7. „ „ ad Missam in die, Prosa : *Christi hodierna pangimini.* 116
8. In octavis Domini, Prosa : *Laetabundus exsultet.*[1] K.13.
9. In Epiphania Domini, Prosa : *Epiphaniam Domino.* K.27.
10. In die Resurrectionis Domini, Prosa : *Fulgens praeclara rutilat.* K.95.
11. „ „ „ *Eia, dic nobis, quibus e terris nova.* K.103.
12. Feria secunda, Prosa : *Ecce vicit Radix David.* 186
13. Feria tertia, et in octavis Paschae, Prosa : *Victimae Paschali.* K.83.
14. Feria quarta : Prosa : *Mane prima Sabbati.*[2] K.93.
15. In die Ascensionis Domini, Prosa : *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
16. In die sancto Pentecostes, et feria quarta, Prosa : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
17. Feria secunda post Pentecosten, Prosa : *Laudes Deo devotas.* K.122.
18. Feria tertia post Pentecosten, Prosa : *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
19. De Sancta Trinitate, Prosa : *Benedicta semper Sancta.* K.139.
20. De Sacramento, Prosa : *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
21. De apostolis, Prosa : *Clare sanctorum senatus.*[3] K.369.

1 Item in octavis Epiphaniae.
2 Item in die S. Mariae Magdalenae.
3 In die S. Thomae ; in Cathedra S. Petri ; in die S. Mathiae, SS. Philippi et Iacobi, et S. Barnabae ; in Commemoratione S. Pauli ; in die S. Iacobi, et SS. Simonis et Iudae.

22. Alia Prosa de apostolis : *Caeli solem imitantes.* K.371.
23. De evangelistis, Prosa : *Iocundare plebs fidelis, cuius pater.*[4] K.427.
24. De quolibet sancto, communis Prosa : *Supernae Matris gaudia.*[5] K.338.
25. De S. Andrea apostolo, Prosa : *Sacrosancta hodiernae.* K.401.
26. De S. Nicolao, Prosa : *Congaudentes exsultemus vocali.* K.665.
27. In Conceptione Beatae Mariae Virginis, Prosa : *Verbum bonum et suave.* K.268.
28. De S. Stephano, Prosa : *Magnus Deus in universa terra.* ... 81
29. De S. Iohanne evangelista, Prosa: *Christo laudes persolvat.* Gautier, I, 246.
30. De Innocentibus, Prosa : *Celsa pueri concrepent melodia.* K.348.
31. De S. Agnete, Prosa : *Diem festum celebremus.* 187
32. De S. Vincentio, Prosa : *Martyris egregii triumphos.* K.737.
33. De S. Paulo apostolo, Prosa : *Corde, voce, pulsa caelos.* K.386.
34. In Purificatione Sanctae Mariae, Prosa : *Castae et incorruptae.* 188
35. In Depositione S. Vedasti, Prosa: *Unus Deus, amor una.*[6] K.717.
36. In Annuntiatione Sanctae Mariae, Prosa : *Hac clara die turma.* Morel, 134.
37. De S. Maria Aegyptiaca, Prosa : *Recordentur mentes piae.* 189
38. In Inventione Sanctae Crucis, Prosa : *Laudes Crucis attollamus.*[7] K.60.
    In Apparitione S. Michaelis, Prosa : *Ad celebres, Rex caelice.* K.168.
39. S. Iohannis Baptistae, Prosa : *Exsulta caelum, laetare terra.* 190
40. In natali apostolorum Petri et Pauli, Prosa : *Laude iocunda melos.* 35
41. In Visitatione B. Mariae, Prosa : *Ave, Verbi Dei Parens.* K.211.
42. De S. Petro ad Vincula, Prosa : *Gaude, Roma, caput mundi.* K.381.
43. In Transfiguratione, Prosa : *De Parente Summo natum.* K.41.
44. De S. Laurentio, Prosa : *Stola iocunditatis.* K.625.
45. In Assumptione B. Mariae, et in octavis, Prosa : *A rea virga primae matris.* K.255.
46. In natali S. Bartholomaei, Prosa : *Eia, Christo cantica.* K.424.
47. De S. Ludovico, Prosa : *Regem regum veneremur, et.* K.641.
48. De S. Augustino, Prosa : *Interni festi gaudia.* K.502.
49. In Decollatione S. Iohannis, Prosa : *Is qui solus est Ens.* 191

4 In die S. Marci, S. Iohannis in dolio missi, S. Matthaei et S. Lucae.

5 In die S. Eligii, S. Thomae Cantuariensis, S. Antonii, S. Blasii, S. Agathae, S. Gregorii, S. Ambrosii, S. Annae, S. Marthae, S. Germani, SS. Cosmae et Damiani, S. Hieronymi, S. Leodegarii et S. Aniani.

6 Item in Relatione et in Translatione eius, et in die S. Amati.

7 Item in Exaltatione Sanctae Crucis.

50. In Nativitate Beatae Mariae, Prosa : *Alle caeleste.* 44
51. In octavis B. Mariae Virginis, Prosa : *Salve, Mater Salvatoris.* K. 248.
52. De S. Michaele archangelo, Prosa : *Ad celebres, Rex caelice.* K. 168.
53. De S. Dionysio, Prosa : *Adludat vox Ecclesiae.* 192
54. De S. Quintino, Prosa : *Per unius casum grani.* K. 692.
55. De Omnibus Sanctis, Prosa : *Sancta Dei Mater, Virgo.* ... 166
56. In die Animarum, Prosa : *Dies irae, dies illa.* K. 879.
57. De Sancto Martino, Prosa : *Pulset astra vox sublimis.* 193
58. De Sancta Katherina, Prosa : *Hac in die mentes piae.* 77
59. In Dedicatione ecclesiae, Prosa : *Rex Salomon fecit templum.* K. 872.
60. De Cruce et Beata Maria, Prosa : *Lignum vitae quaerimus.* K. 195.
61. De Sancta Maria, Prosa : *Mariae praeconio.* K. 312.
62. „ „ „ *Ave, Virgo gloriosa, manens.* K. 285.
63. „ „ „ *Praeter rerum seriem.* 194
64. „ „ „ *Inviolata.* K. 283.
65. „ „ „ *Virgini Mariae laudes concinant Christiani.* K. 233.
66. De Sancto Iohanne Baptista, Prosa : *Vox clamantis in deserto.* Daniel, V, 264.
67. De Sancta Maria, Prosa : *Veni, virgo virginum.* K. 281.
„ „ „ *Virgini Mariae laudes concinant Christiani.* K. 233.
68. De Sancta Anna, Prosa : *Mater Matris Domini.* 40
69. De Sancta Maria, Prosa : *Paranymphus salutat.* Mone, 347.
70. „ „ „ *Tibi cordis in altari.* K. 272.
71. „ „ „ *Veneremur Virginem Genitricem.* K. 331.

183. DOMINICA PRIMA IN ADVENTV.

1. Gaude et exsulta tellus, es quia
2. Christi in adventu iam benedicta,

3. Captivitasque ab Iacob universa sic est aversa,
4. Iniquitasque sic tua est abstersa atque fugata.

5. Tecta exstant modo scelera tua [cuncta] nec non et flagitia,
6. Omnis et est ira avulsa a te atque iracundia.

7. Prope timentes Salutare Dei adest iam in eis habitans :
8. Veritas, misericordia, sibi [iam] obvia ruunt in oscula.

9. Nam pax et iustitia convenerunt una ;
10. Infra veritas, supra orta [et] iustitia.

11. Dabit Deus benigna; dabis fructum tuum nobis, O terra,

12. Quia Virgo Maria impraegnatur illibata.

5, 8, 10. Nous enfermons entre crochets des mots inutiles au sens et qui rompent le parallélisme des clausules.

12. On lit à la suite de cette clausule, dans le Missel d'Arras, les phrases suivantes qui n'ont ni rythme ni assonance. Nous les considérons comme une interpolation.

Omnes Tibi proclamemus : " Deus miserans," dicamus omnes,
" Nobis Tuam ostende claram faciem et Salutare Tuum largiri nobis dignare."

184. DOMINICA TERTIA IN ADVENTV.

1. Cunctipotens pie Pater, excita, quaesumus,

2. Tuam potentiam et veni cito,
3. Ut nos iam liberes [ab] hoste Zabulo ;

4. Tu pro nobis qui passus es,
5. Et pro nobis occisus es,

6. Salva semper et rege,
7. Tua sancta gratia,

8. Ne ipse callidus serpens nos separet,
9. Et sibi faciat servire nequiter,

10. Nos qui in Tuo Nomine vivimus,
11. Quod est sanctum sine fine permanens.

185. DOMINICA QVARTA IN ADVENTV.

1. Eia, iuxta verae prophetiae dicta,
2. Stella micat valde claras partes reddens Eoas :
3. Quae Balaam a propheta olim fuerant dicta.
4. Hic vir Oriens, nomen eius sanctum nuncupatum est ab Israelitica.
5. Sceptro subiget duces alienigenas, terras atque universas.
6. Possessio eius erit in terra freta atque supera et inferna.
7. Hunc dignitas angelica pura voce laudet, simul et in terra
8. Fateatur omnis lingua.

186. FERIA SECVNDA POST PASCHA.

1. Ecce vicit
2. Radix David, Leo de tribu Iuda.
3. Mors vicit mortem, et mors nostra est vita.
4. Mira bella et stupenda satis inter omnes victorias,
5. Ut moriens superaret fortem cum callida versutia.
6. Domum eius ingressus est Rex aeternus, et Averni confregit vasa.
7. Drachmam Secum quae perierat portavit, et patefecit regni claustra.
8. Paradisi portam quae clausa fuerat
9. Per lignum vetitum et lethalem culpam
10. Quam commisit protoplastus, reseravit dextra, per stipitis materiam.
11. Susceperat mors indemnem, quem tenere nunquam potuerat propter culpam.
12. Dum ambiit illicita, quae tenebat iuste perdidit acquisita.
13. Ampliare voluerat in successu et remansit evacuata.
14. In se refuscata defecit extremitas, ut quibus ad vitam fuerat largitus ingressum donaret et regressum, ad percipiendam veniam.
15. Hic verus est Agnus legalis qui in multis Se manifestavit figuris, tandem Se pro mundo hostiam dedit Patri, ut redimeret membra Sua.
16. Hic lapis est angularis quem reprobarunt aedificantes;
17. Iam factus est in caput anguli super omnes in excelso.
18. Regnum Eius magnum et potestas Eius prima in saecula.

Manuscrits. PARIS: Bibl. Nat., 1084, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *B;* 1118, Idem, *D;* 1240, Idem, *M;* 9449, Tropaire de Nevers, xie siècle, *O;* 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, xiie siècle, *Q;* 1106, Missel de l'église abbatiale de Longoret, diocèse d'Auxerre, xive siècle, *U;* 10513, Prosaire, xive siècle, *V.* Bibl. de l'Arsenal, 1169, Tropaire d'Autun, xie siècle, *N.* LONDRES: Mus. Brit., 8 C XIII, xiie siècle, *LC.*

1 Vincit *LC.*
2 Leo fortis *LC. Atrebaten*
3 vincit *LC.* devicit *Atrebaten. Cluniacen.* 1510. mors sui ut mortem *D.* Le texte de *D.* doit avoir été copié sur un archétype qui portait ***morsui cit*** (l'*u* se confondant avec le *v*), leçon qu'on trouve dans *O.*
4 Maria (!) *Atrebaten.* atque stupenda *M.* satis stupenda *Atrebaten.* victoria *B. N.*

5 Et moriens *Q. V.* sic superaret *B. D. M. Lugdunen.* 1524.

6 Bonum *D.* Domum illius *Atrebaten.* Rex sempiternus *LC. Atrebaten.* et inferni *O. Q. U. V. LC. Atrebaten. Carnoten. Lugdunen.* 1524; peut-être est-ce la vraie leçon. confregit claustra *LC. Atrebaten.* vasa effacé, remplacé par claustra *B.*

7 Quem (!) *D.* adsportavit *N. O. Q. U. V. LC. Atrebaten. Carnoten. Cluniacen.* 1510. reportavit *Lugdunen.* 1524. regni vasa *LC. Atrebaten.*

8 porta *B. D. M. N. O. Q. U. V. LC. Atrebaten. Carnoten. Lugdunen.* 1524, *Cluniacen.* 1510. La correction *portam* s'impose.

9 vetitum lignum *Lugdunen.* 1524. culpam lethalem *N. O. U. LC. Carnoten. Cluniacen.* 1510. culpa *B. D. M. Q. V. Lugdunen.* 1524. lethali *B. M. Q. V. Lugdunen.* 1524. lethale *D.* culpam quam protoplaustus fecit *Atrebaten.* Nous rétablissons *lethalem* culpam, à cause de l'assonance. in primaevo *N. O. Q. U. V. LC. Atrebaten. Carnoten. Cluniacen.* 1510. in hoc aevo *B. M. Lugdunen.* 1524. in hoc aevum *D.*

Entre les clausules 9 et 10 on lit dans certains textes la phrase suivante, qui rompt le sens et doit être rejetée : *Quam Q. V. Cluniacen.* 1510 (Quem (!) *M. O.*) *Clauserat Eva tumens M. O. Q. V. Cluniacen.* 1510. Conditori *M. Cluniacen.* 1510. (Conditoris *O. Q. V.*) *clauseratque M. Cluniacen.* 1510 (reseratque *O. Q. V.*) *cunctis postmodum de stirpe sua natis M.* (c. p. natis de s. s. *Cluniacen.* 1510) (mater postmodum de stirpe sua *O. Q. V.*)

10 Quem *B. D. M. N. O. Q. U. V.* Quae *LC. Cluniacen.* 1510. cum misit *N.* protoplaustus *LC. Carnoten.* protoplastum *M.* protoplasti *O.* protoplausti *Q. V. Lugdunen.* 1524. dextram *B. D. M. V. LC.* dexteram *N. O. Q. Atrebaten.* dextera *Lugdunen.* 1524. per stipitem *B. D. M. N. O. Q. V. Atrebaten. Lugdunen.* 1524, aethercam *B. D. M.* aethereum (!) *Lugdunen.* 1524. stipitem nostram corruptelam materiam *Atrebaten.*

11 Susciperat *D.* indemne *D.* indemna *M.* indemnam *O.* poterat *M. U.* praeter culpam *D.*

12 Cum *LC. Ambianen.* ambiguit *LC.* ambigit *O. U.* abiit *B. Lugdunen.* 1524. habuit *N.* in licita *LC.* illicitam *B.* illicita omnia iuste *Atrebaten.* quem tenebat *B. M. N. O.* in quem tenebat *D.* iustam *D.* acquisitam *B. D. LC.*

13 Ambiere (!) *M.* voluerat successus *Atrebaten.* noluerat insuccensa sed remansit *Lugdunen.* 1524.

14 In se refusa *B. D. Lugdunen.* 1524. refucata *Cluniacen.* 1510. refulsit *M.* defici *M.* deficit *D.* refuscatam *N.* fecit *N. O. Q. V. Cluniacen.* 1510. defecti *LC.* a quibus *D.* in quibus *LC.* et quibus *Lugdunen.* 1524. ut quis *Atrebaten.* vita data fuerat *Atrebaten.* largitur *M.* largitus fuerat *LC. Carnoten. Lugdunen.* 1524. ingressus *B. D.* regressus *B. D.* egressum veniam ad percipiendam scelerum *Atrebaten.* ad percipiendum regni vitam *O. Q. V.*

15 Ut quibus est Agnus *N. Atrebaten. Carnoten.* Cette mauvaise leçon provient d'un manuscrit semblable à *U*, dans lequel il existe une lacune entre *ut quibus* de la clausule 14 et *Agnus* de la clausule 15. Et quibus est *LC.* regalis *O.* qui multis *D. N. O. Q. U. V. LC. Atrebaten. Carnoten. Lugdunen.* 1524, *Cluniacen.* 1510. hostiam pro mundo *Cluniacen.* 1510. hostia *M.*

16 reprobaverunt *M. Q. U. Carnoten. Lugdunen.* 1524, *Cluniacen.* 1510, probarunt *D.* construentes *M.*

17 Nam *LC.* factum est *N.* istud exponctué *N.* in excelsis *Lugdunen.* 1524. in alto *M.*

18 potestas Eius et honor, manens in aeternum per cuncta semper saeculorum saecla *M.* potestas Illius *N. O. Q. U. V. LC. Atrebaten. Carnoten.* prima per *N. U. Cluniacen.* 1510. pia per *LC. Carnoten.* prona per *Atrebaten.* permanet in saecula *O. Q. V.* magna in saecula *Lugdunen.* 1524.

187. DE SANCTA AGNETE.

1

Diem festum celebremus
et Agnetis recitemus
virginis martyrium:
O res nimis admiranda,
atque virtus praedicanda
populis fidelium!

2

Annis tribus atque decem
non peractis, subit necem
aetate tam tenera;
Haec praefecti natum sprevit
nec promissis acquievit,
mundi spernens prospera.

3

Sed respondet fide fortis:
"Vade retro, fomes mortis,
meque noli tangere:
Coniuncta sum pulchriori,
longeque te meliori,
sempiterno foedere."

4

Qui post dolens lecto datur,
a medicis revelatur
quod amore premitur;
Cuius pater, hoc audito,
sisti sibi iubet cito
Agnem, quam alloquitur.

5

Primo profert blandimenta,
post haec promittit tormenta
sibi dari nimia;
Sed tormentis non terretur,
nec blandimentis movetur
virginis constantia.

6

Nudam iubet spoliari,
scortum factam proclamari:
complent iussa famuli.
Clamant Agnem sceleratam
ad lupanar praeparatam
sciant omnes populi.

7

Christus texit hanc suorum
densitate capillorum
melius quam vestibus;
Leno vadit, locum adit,
suffocatus statim cadit,
captus a daemonibus.

8

Virgo, prece patris, orat,
gemit, plorat, et implorat
vitam reddi filio:
Surgit ille, laudans Deum,
se fatetur esse reum;
sed Agnes Aspasio

9

Crucianda commendatur;
ignis ingens mox paratur
in quo virgo ponitur;
Statim flamma se divisit,
illibatam hanc dimisit;
perversa gens uritur.

10

Post haec virgo decollatur,
corpus terrae commendatur,
caelo reddit spiritum,
Ubi lucem suis donat
Christus, et quemque coronat
iuxta suum meritum.

II

Quo possimus, Ipso duce,
cum Agnete frui luce
per eius suffragia;
Ut cum ipsa super caelos,
ubi dulce sonat melos,
cantemus: Alleluia.

188. IN PVRIFICATIONE B. MARIAE.

1. Castae et incorruptae pangamus Mariae iubila,
2. Quae sine corporea peperit Christum macula,
3. Alloquia credula suscipiens angelica.
4. Hodie sidera melliflua persolvunt Deo cantica;
5. Etenim omnia sunt prodita videntum vaticinia.
6. Virgo Deo gravida nova dat saeculo miracula:
7. Maiestas omnifica latet intra claustra tenerrima.
8. Nam deifica potestas atque natura, volens agmina redintegrare caelestia superbiendo depravata,
9. Non auriflua praeoptavit palatia, sed virginea elegit membra, castifico virore delectabilia.
10. Exsulta iam, candida mater et sponsa cara, et perfecta columba,
11. Virgula Davidica, cuius florida nunquam marcescet prosapia.
12. Excelsa supra sidera Virgo sola; stupent astra matutina, te supera venerantur luminaria;
13. Inferna tremunt tartara, cito praedam quam ceperant amissura, ex quo nostra Sathan corrupit primordia.
14. Eia et eia, Mater casta, propitia esto vernulis per saecula,
15. Qui te devota et canora concelebrant unanimiter symphonia.
16. Te lingua, te praecordia laudant intima;
17. Exora iam pro universa tibi consolidata Sancta Ecclesia.

Manuscrit. LONDRES: Mus. Brit.; Harl. 2961, Bréviaire d'Exeter, vers 1100, *LA*.

1 canamus *Atrebaten.* iubila Mariae *LA. Atrebaten.* L'assonance semble exiger l'interversion de ces deux mots.
8 reintegrare *Atrebaten.*
9 aurifica *Atrebaten.*
11 marcessit *Atrebaten.*
12 supra venerantur *Atrebaten.*
13 ex qua *LA.*
15 Et te devota *Atrebaten.* symphoniam *LA.*

189. DE SANCTA MARIA EGYPTIACA.

1

Recordentur mentes piae
vitae sursum spem Mariae
datam in caelestibus,
Nolens mortem peccatorum,
quam mundavit Rex caelorum
suis a reatibus.

2

Derelinquens patriam
venit Alexandriam
libidine polluta;
Sed Mariae Virginis
ope plenitudinis
est gratiam secuta.

3

Orans enim cum audiret
quod Iordanem si transiret
mereretur requiem,
Christi Matrem salutavit
et abscedens adoravit
ipsius effigiem.

4

Gemendo gradiens
per solitudinem
elongat fugiens
non videns hominem,
avem, aut bestiam;
Eam prosequitur
exclamans Zosymas,
stat haec et loquitur
fundenti lacrymas,
pandens miseriam.

5

Audit senex servam Dei,
dum quod egit refert Ei
stupet ille modum rei,
devote considerans;
Quia gelu prae rigore
saepe stridens nequiore
torrebatur a calore
haec pro Deo tolerans.

6

Pede sicco transitura
signat aquas et futura
praevidet in spiritu;
Sursum pendens elevatur
et splendore perlustratur,
orando cum gemitu.

7

Transeunti cum trophaeo
praesens adest ingens leo
parans eius tumulum;
Quod Maria vocaretur
scriptum senex intuetur
mox in terra titulum.

8

Preces ergo per Mariae
donet Christus, ut in die
nubis et caliginis
Valeamus esse sui
et cum Eo vera frui
claritate luminis.

190. DE S. IOHANNE BAPTISTA.

1. Exsulta caelum, laetare terra, Christique turma,
2. Praecursoris alma sollemnizans haec festa,
3. Voce Christi sancta est qui mundi lucerna,
4. Cuius nativitas est orta perspicua die ista,
5. Ampla mundi regna luce magna radians universa.
6. Armonica melodia concrepa, palinodiam canta voce laetabunda,
7. Et iubila clarisona proclama qualiter hac in die sit natus Baptista.

8. Adstans ab alta angelus aula : " Absistat," inquit, " pavor, Zacharia,
9. Anima sacra placens in aethra, est proles ob hoc data tibi grata;
10. Per quam maxima tibi gaudia venient, summa et tripudia, atque multa gaudebit iocunda populi turma Christiana.
11. Hunc gratuita Dei gratia Iohannem plena certe nominat Suum quia Auctorem materna sentiet intra clausus viscera."
12. Zacharia ad haec nuntia gestante pectora incredula,
13. Fiunt muta statim labia, organa clauduntur loquacia.
14. Sed sancta splendente ymera, caelo magna et dante luminaria,
15. Mater alma per angelica verba adest laeta, fecunda, florida.
16. O mira, magna, gratiosa Dei munera.
17. Quae lingua tanta valet explicare gaudia?
18. Mater infecunda iam fecunda gerit viscera, pater ante muta nunc aperta pandit labia, per Iohannis natalia.
19. Adest ergo magna illa mundi lampas splendida quae est ante saecla Christo praeparata consona Davidica melodia.
20. Familia unde maxima sumit ac iungit gaudiis gaudia.
21. Propterea, O Ecclesia, in toto orbe terrarum posita,
22. Offer praeconia Christo et munera,
23. Dicens : " O Iohannes, praemissa lucerna,
24. Intercede pro nostra omnium vita aeterna. "

Manuscrits. LONDRES : Mus. Brit., Caligula A XIV, vers 1185, *LD.* OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA;* Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.* Corpus Christi Coll., 473, Tropaire de Winchester, xi[e] siècle, *CCC.*

Cette Prose a été publiée par W. G. HENDERSON dans l'édition du Missel de York, imprimée aux frais de la Surtees Society, à Leeds en 1874.

2 sollemnitatis *CA.*
4 orta est *CB.*
5 per regna *Atrebaten.* radiant *CB.*
6 Harmonia *HENDERSON.* pallinodian *LD. OA*[1]. palinodian *OA*[2]. *CCC.* pallidoniam *CA.* tanta *CA.*
7 fit natus *CCC. Atrebaten.* sui *CA.*
8 alto *OA*[1]. Abscedat *OA. CCC.* ait : Ne pertimescas, Zacharia *LD. CA. CB.*
9 places *OA*[2]. *Atrebaten.* in aethera *CA. Atrebaten.* ab hoc *OA.*
10 Per quem *LD.* summo cum tripudio *CA. CB.*
11 Hac corrigé Hanc *OA*[1]. Hanc *LD. OA*[2]. *CB. CCC.* Tunc *CA.* plenum *CA. CB. HENDERSON.* plenam *LD. OA. CCC. Atrebaten.* nomina *LD. OA. CA. CB.* sensit *LD.* clausus antra *LD. OA. CA. CB.*
12 gestantem *CA.*
13 Erunt mutata *CA.*
14 Sed hac *OA*[2]. *HENDERSON.* Sed haec sancta, tous nos textes, contraire à la grammaire et au rythme. magno *LD.* magne *CA.* dante lumina *LD. OA. CA. CB. CCC.*

16 O manque dans *OA*[2]. gloriosa *LD. Atrebaten.*
18 patris *CB.* aperte *CB.* pandunt labia Iohannis *CA. CB.*
19 saecula *CA. CCC. Atrebaten.* contraire au rythme.
20 inde *LD. OA. CCC.* surgat *CA.* canticis cantica *OA. CCÇ.*
21 O manque dans *Henderson.* in manque dans *LD. OA. CA. CCÇ. Atrebaten.* tota *CCC.*
22 O fer *LD.* Assit *CA.*
23 Iohannes, natorum maxime *LD. OA. CCC. Atrebaten.*
24 Intercessor pro nobis omnibus sis in saecula *CA. CB.*

191. DE S. IOHANNE BAPTISTA.

1

Is qui solus est Ens per Se,
rei factor universae
iuxta suum libitum,
Sola cuius voluntate
rerum vices sunt mutatae
tempusque dispositum,

2

Senescente mundi die,
finem dedit prophetiae,
nato senum filio;
Plus Iohannes quam propheta:
prophetiae datur meta,
legi limitatio.

3

Gabriele nuntiante
discit pater eius quantae
sit futurus gratiae,
Audienti nati vitam
nec credenti rem auditam
ligantur arteriae.

4

Ventre clausus ventre clausum
sentit Christum, et applausum
facit puer puero;
Venientem veneratur
qui cum mater salutatur
exsultat in utero.

5

Eo nato sunt laetati
tam vicini quam cognati
sicut dixit nuntius;
Eo nato sunt soluti
nodi vocis patris muti
quia vox est filius.

6

Vox clamantis per desertum,
praeco cuius os disertum
ad Christi praeconium;
Cuius odor famae bonae
Christum in opinione
facit eum plurium.

7

Sed se Christum negat esse
Christum monstrans et expresse
denotans ad digitum,
Quem baptizans in Iordane
super Ipsum videt plane
descendentem Spiritum.

8

Ob uxorem tentus malam
detestatur tamen palam
regis adulterium,
Quem idcirco rex decollat
ut in disco caput tollat
saltatrix in proemium.

9

O nefanda religio
pro vitando periurio
perpetrat homicidium;
Immo propter adulteram
scienter iurat perperam
ne desit maleficium.

10

O quanta, Deus, tolerat
quo maior non surrexerat
inter natos mulierum;
Meretrici adiicitur
sic omne ius subvertitur
sic totum fit praeposterum.

II

Nos, per Iohannis merita,
Deus, ex alto visita,
pacis in viam dirigens;
Ut cum Iudex adveneris
assignes nos in dexteris,
in vasa tua colligens.

192. DE SANCTO DIONYSIO.

1

Adludat vox Ecclesiae
voci caelestis curiae
huius diei gratia;
Lux ista lux est gratiae
qua primum lumen Greciae
refulsit in Ecclesia.

2

Gratum lumen, lux ignita
qua resplendent infinita
caelo luminaria;
Hic est Areopagita
cui propago urbs est sita
in caelesti patria.

3

Ad hanc urbem sic devenit,
nam de pago Romam venit,
pervenit Lutetiam;
Huc directus huc advenit,
hic destruxit quam invenit
idolorum copiam.

4

Hic fundata domo Dei
Deum colit, offert Ei
idolorum spolia;
Credunt gentes et in rei
novitate fervent rei;
cadit idolatria.

5

Sed non latet civitas
supra montem posita,
Nec lucernae claritas
cum non sit abscondita.

6

Furit ergo vir prophanus
quem mittit Domitianus
ut sanctorum cesset manus,
cessent et prodigia;
Prodit miles veteranus
et cum eo sacra manus,
vincta pedes, vincta manus,
omnes ad supplicia.

7

Nihil obsunt seni poenae,
nil catasta, nil catenae,
nihil crates ferrea;
Mitigantur truces ferae
et, dum cogitur ardere
friget virtus ignea.

8

Missa Christi celebratur
et a sene dum cantatur
angelorum plebs laetatur
et Christi praesentia;
Carcere debilitatur,
sed a Christo confortatur,
dum ab Eo sibi datur
salutaris Hostia.

9

Pane vitae vegetatur
et lictori praesentatur
gladioque consummatur
laetus de victoria;
Martyr caput amputatum
manu portat, ne truncatum
sit a trunco separatum,
sed sint plena gaudia.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1107, Missel de l'abbaye de Saint-Denys, xiv[e] siècle, *M.*

3 c Lutentiam (!) *M.*
5 a Sed si *M.*
6 g iuncta pedes, iuncta manus *Atrebaten.*
9 d lectus (!) | *M.*

193. DE SANCTO MARTINO.

1

Pulset astra vox sublimis :
sublimari digna nimis
occurrunt sollemnia.
Quibus gaudet se Martinus
in Abrahae sacros sinus
excipi cum gloria.

2

Seminavit hic non parce
quod fidelis patriarchae
nunc metit in area,
Hic suave tulit iugum
ut multarum ibi frugum
possideret horrea.

3

Rectus corde, mente pronus
leve Christi tulit onus
ab adolescentia ;
Spernit miles regis munus
nec tribuni vult tribunus
patris tribunalia.

4

Pauper, nudus, et inanis,
gelu tremens, Ambianis,
secus portae limina,
Immo Christus huius viri
veste iactat Se vestiri
manu cathecumina.

5

Quod Salvator fecit prius
hoc et iste per Illius
nomen fecit postea :
Quos tenebant mortis portae
revocavit tres a morte
sicut Christus antea.

6

Dies omnis in aerumnis,
fuit illi nox insomnis
et fatiscens palpebra ;
Utens cibo nunquam sibi
satisfecit, usum cibi
potusve illecebra.

7

Tremebunda tandem febris
vexat eum, ipse crebris
letaniis aethera ;
Nec permittit sibi tamen
vel substerni vile stramen
vel mutari latera.

8

Nec opertum cilicinis
cinereque foedat cinis
aut vestis setigera,
Sed mutatur super claro
lacte candens eius caro
eadem et altera.

9

Gloriosi compos finis
manibus se resupinis
vertens versus aethera.
" Sic nos, " inquit, " decet mori."
Mox caelestes adstant chori
in eius obsequia.

10

Quos beatus Severinus
stupens auscultat eminus
iubilantes : Alleluia.

194. DE BEATA MARIA.

1

Praeter rerum ordinem
parit Deum-hominem
Virgo-mater,
Nec vir tangit virginem,
nec prolis originem
novit pater.

2

Virtus Sancti Spiritus
opus istud caelitus
operatur ;
Initus aut exitus
partus tui penitus
quis scrutatur ?

3

Dei providentia
quae disponit omnia
tam suave,
Tua puerperia
transfer in mysteria,
Mater, ave.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1107, Missel de l'abbaye de Saint-Denys, xive siècle, *M;* 11592, Missel de Toul, xve siècle, *R.*

Cette Prose a été publiée par MILCHSACK, *Hymni et Sequentiae*, p. 219. Dans *M.* et dans le Missel de Noyon elle a pour titre : *Offertorium de Beata Maria.*

1 a seriem *R. Atrebaten. Morinen. Noviomen.* MILCHSACK.
2 b illud *Noviomen.* d et exitus *M. Noviomen.*
3 b qui *M. Atrebaten.* disposuit *R.*

MISSALE AD CONSVETVDINEM ECCLESIAE BELVACENSIS. — Rothomagi, 1514.

1. Dominica I Adventus, Prosa : *Salus aeterna.* [1] K.1.
2. Dominica II Adventus, Prosa : *Regnantem sempiterna.* K.2.
3. Dominica III Adventus, Prosa : *Qui regis sceptra.* K.4.
4. Dominica quarta Adventus Domini, Prosa : *Iubilemus omnes una.* [2] K.5.
5. In die Nativitatis Domini : ad Missam in diluculo, Prosa : *Caeleste organum hodie.* [3] K.7.
6. „ „ „ ad magnam Missam, Prosa: *Christi hodierna pangimini.* 22
7. In natali Sancti Stephani protomartyris, Prosa : *Magnus Deus in universa terra.* [4] 81
8. Alia Prosa : *Eia vox clara.* [5] 195
9. Sancti Iohannis apostoli et evangelistae, Prosa : *Laudes, Rex Tibi.* [6] 196
10. Sanctorum Innocentium, Prosa : *Celsa pueri concrepent melodia.* K.348.
11. Thomae, episcopi Canthuariensis, Prosa : *Spe mercedis et coronae.* K.729.
12. Dominica infra octavam, Prosa : *Laetabundus exsultet.* [7] K.13.
13. In octava Sanctorum Innocentium, Prosa : *Misit Herodes.*[8] K.347.
14. In die Epiphaniae, Prosa : *Epiphaniam Domino.* [9] K.27.
15. In die sancto Paschae, Prosa : *Fulgens praeclara rutilat.* K.95.
16. Feria secunda post Pascha, Prosa : *Prome casta concio.* [10] ... 96
17. Feria tertia, Prosa : *Concinat orbis cunctus.* [11] 97
18. Feria quarta, Prosa : *Mane prima Sabbati.* [12] K.93.
19. Feria quinta, Prosa : *Dic nobis, quibus e terris nova.* [13] K.103.

1 Item in nocte Nativitatis Domini, ad Missam in gallicantu.
2 Item in Vigilia Nativitatis Domini et in Dominica ante Adventum.
3 Item in Purificatione B. Mariae.
4 Item in Inventione Sancti Stephani.
5 Item in octava Sancti Stephani.
6 Item in die S. Iohannis ante Portam Latinam.
7 Item in die Circumcisionis Domini, in Missis de Beata a Nativitate usque ad Purificationem, in die S. Annae, et in die quarta infra octavas Assumptionis.
8 Textus deest.
9 Item in octavis Epiphaniae.
10 Item Dominica secunda post Pascha.
11 Item Dominica tertia post Pascha.
12 Item in die S. Mariae Magdalenae.
13 Item Dominica in octava Paschae, et quarta post Pascha.

20. Feria sexta, Prosa : *Laudamus Te, Rex.* 197
21. Sabbatis post Pascha, Prosa : *Victimae Paschali.*[14] K.83.
22. In die Ascensionis et in die octavarum, Prosa : *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
    In die Penthecostes, Prosa : *Fulgens praeclara rutilat.* K.95.
23. Feria secunda, Prosa : *Alma chorus Domini.*[15] K.140.
24. Feria tertia, Prosa : *Laudes Deo devotas.*[16] K.122.
25. Feria quarta, Prosa : *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
    Sabbato post Pentecosten, Prosa : *Clare sanctorum senatus.* K.369.
26. De Sanctissima Trinitate, Prosa : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
27. De Sancto Sacramento, Prosa : *Lauda, Sion, Salvatorem.*[17] K.150.
28. In die unius apostoli, Prosa : *Clare sanctorum senatus.*[18] K.369.
29. Alia de Evangelistis, Prosa : *Iocundare, plebs fidelis, cuius pater.*[19] K.427.
30. Unius martyris pontificis, Prosa : *Adest nobis dies alma.* K.438.
31. „ „ „ *Supernae matris gaudia.*[20]
    In natali plurimorum martyrum, Prosa : *Supernae matris gaudia.*[21] K.338.
32. „ „ „ *Mirabilis Deus.* 137
33. In natali unius confessoris pontificis, Prosa : *Organicis canamus modulis.* 32
34. In natali unius virginis, Prosa : *Virginis venerandae.* K.472.
35. De non virgine, Prosa : *Mulier laudabilis.* K.481.
36. Plurimarum virginum, Prosa : *Virgines egregiae.*[22] K.478.
37. In die Dedicationis ecclesiae, Prosa : *Clara chorus dulce pangat.* K.868.
38. Alia : *Rex Salomon fecit templum.* K.872.
39. Alia : *Sanctae Sion adsunt encaenia.* K.877.
40. In die Sancti Andreae, Prosa : *Sacrosancta hodiernae.* K.401.
41. Sancti Nicolai episcopi, Prosa : *Congaudentes exsultemus vocali.* K.665.
42. In Conceptione B. Mariae, Prosa : *Dies ista celebretur.* K.185.
43. Sanctorum Luciani, Mariani et Iuliani martyrum, Prosa : *Lux in laude iocundetur.*[23] .... 198.

14 Item in annotino Paschae, Dominica quinta post Pascha, et in festivitate Sancti Sepulchri.

15 Item feria quinta.

16 Item feria sexta, et die septima octavae SS. Petri et Pauli.

17 In Missis votivis de S. Sacramento, Divisio : *Ecce panis angelorum.*

18 Item in die S. Thomae, SS. Philippi et Iacobi ; in Commemoratione S. Pauli ; in die S. Iacobi et SS. Simonis et Iudae.

19 In die S. Matthaei.

20 Potest etiam dici de quolibet sancto.

21 Item in communi plurimorum confessorum, et in Missa votiva de S. Rocho.

22 Item in die S. Angadrismae.

23 In die octava, Prosa, qui voluerit, ut in die.

24 Item in die S. Lucae.
25 Item in Exaltatione Sanctae Crucis.
26 Item in die S. Geremari.
27 Item in die tertia octavae SS. Petri et Pauli.
28 Item in octava, et in die S. Petri ad Vincula.
29 Item in die quarta octavae ; in die quinta, Divisio : *Hic a petra.*
30 Item in die octava Nativitatis B. Mariae.

31 Item in die S. Remigii et S. Francisci.
32 Item in die octava.
33 Item in die octava.

86. De S. Antonio confessore, Prosa : *Antonius humilis.* 26
87. De Beatissima Barbara virgine et martyre, Prosa : *Virgo mitis, generosa.* 148
88. In Missa ad honorem Virginis gloriosae, pro mulieribus praegnantibus, aut alias in partu laborantibus, Prosa : *O ancilla Christi.* 55
89. De B. Maria Virgine, Prosa : *Benedicta es caelorum regina.* K.201.
90. „ „ „ *Veni, Virgo virginum.* K.281.
91. „ „ „ *Mariae praeconio.* K.312.
92. „ „ „ *Mittit ad Virginem.* K.199.
93. „ „ „ *Mirandum commercium.* K.274.
94. De Nativitate B. Mariae, Prosa : *Ave, praeclara maris stella* K.254.

195. DE SANCTO STEPHANO.

1. Eia vox clara [nostra] concrepet gaudia, modulans organa,
2. Et cum pneumatis aura Dominum consona praecinant famina.

3. Mirabilem praedicare iuvat in sanctis, eia ;
4. Qui Stephanum gloriae corona induit alma,

5. Cuius sacra plebs celebrat festa, atque levitarum turma dulces geminat odas.
6. O merita, O viri mens sancta, caeli patuerunt regna cui penitus ampla.

7. Unde, conspecta gloria superna, mox fatur talia :
8. " En Iesus adstat humanatus, alma in Patris dextera. "

9. Gens Iudaea sed face maligna fervens in levitam, torvum contra insonat.
10. Et saxea quae gerebat corda testem lapidabant fantem Dei gloriam.

11. Sed pro culpa sontum, supplicabat, flexus genua, martyr econtra;
12. Sicque, saeva carnis per tormenta, eius anima penetrat astra.

13. Nos quoque voce canora pangimus sacra trophaea,
14. Rogando ut, Christe, regna reseres nobis caelica,

15. Stephani per merita.

1 nostra manque dans *Belvacen.* Est nécessaire au rythme.
11 sumptum supplicabat *Belvacen.*, n'offre aucun sens. Nous corrigeons *sontum*,

196. DE SANCTO IOHANNE.

1. Laudes, Rex, Tibi pie canamus, Christe,

2. Cuius sanguine gaudet Ecclesia Christianorum gloria,
3. Apostolorum sacra confirmata auctoritate per orbem.

4. Gaudent hodie Tui famuli, Iohannes quod dilectus Tuus Tecum manet in gloria ut dies ista comprobat.
5. Tibi etenim magis voluit coniungi, deliciis mundi quam miseris et caducis ut homo mortalis uti.

6. Quis nos liberabit de morte perenni?
6 a. Cur non imitemur facta tanti viri, infelices et miseri?
7. Quis non obstupescet nomen Tuum, Christe?
7 a. Qui sic testes Tuos provehis in orbe, mirabili potentia.

8. Iesu bone, fortis, sancte, misericors, pie,
9. Verbum Patris, Vita mundi, ab alto respice.

10. Nostros vide actus et rege,
11. Nobis miserere de tua sede,

12. Dum sumus mortali in hoc corpore:
13. Ad hoc natus es, Domine.

14. Ora pro nobis, tu, Iohannes, Dei athleta, in caelesti gloria.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1140, Prosaire de Beauvais, (à l'usage de la chapelle Sainte-Catherine, dans la cathédrale de Beauvais), 1492, *Z*.

6 a et manque dans *Z*.

197. FERIA VI POST PASCHA.

1. Laudamus Te, Rex, Maria Genite sempiterne,

2. Cuius crux est salus nostra,
3. Cuius mors est vita nostra ;

4. Tu Victima et hostia factus es crucis ara ;
5. Mortis porta morte Tua per crucem est obstrusa ;

6. Exstincta sunt venena Tuo sanguine Leviathan ;
7. Siccata Babylon iam per Te flumina sulphurea.

8. Christe Redemptor, muni famulos crucis signo ;
9. Adversos fuga, Tuos releva et exalta.

10. Novit Constantinus quid posset crux Tua, Christe Iesu ;
11. Novit Heraclius, dum cadit Cosroe hostis Tuus.

12. Sensit Danubius Te Deum esse verum,
13. Infectus veneno serpentis teterrimo.

14. Iesu, Tibi sit gloria et laus.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 9449, Tropaire de Nevers, xi[e] siècle, *O*; 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, xii[e] siècle, *Q*. OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA*.

Cette Prose a été imprimée par W. G. HENDERSON dans l'édition du Missel de York, imprimée aux frais de la Surtees Society, à Leeds en 1874.

1 Mariae *HENDERSON*.
3 mos est *O*.
4 factus est *O*. *Q*. *Belvacen*. faute évidente.
5 exclusa *OA*.
7 Babylonia *Belvacen*. contraire au parallélisme.
8 mundi *HENDERSON*.
9 aversos *HENDERSON*.
11 Novit et *OA*. Cosdroe *Q*. Chosdrohe *O*. Chosdroe *OA*. hostis Tuis *O*.
12 Danubium *OA*.
13 Infectis *O*. *Q*. Infectum *OA*.

Dans nos manuscrits *O*. et *Q*. cette Prose se chante en l'honneur de la Sainte Croix. C'est là évidemment sa destination primitive.

198. DE SANCTO LVCIANO.

1

Lux in laude iocundetur,
et in laude Dei detur
iocundum Alleluia !

2

Laudum laudes Christo dona :
Christus caput et corona
martyrum et gloria ;
Qui a Christo praeelecti
et victores sunt effecti
ab eius victoria.

3

Laudemus in Lucianum
Christum qui hunc Sibi granum
elegit a palea ;
Laus et honor huic diei
quae electum granum Dei
perduxit ad horrea.

4

Romae Petro praedicante,
vitae verbo coruscante,
Lucianus credidit ;
Urbe Roma vir egressus
ad Belvacos tendit gressus,
quibus fidem tradidit,

5

Fidem Dei, non deorum ;
et errorem idolorum
doctor stravit strenuus,
Fide firmus et sermone
praefacundus, actione
virtutum conspicuus.

6

Verbis, factis vir beatus
aeque docet, debriatus
septiformi gratia ;
Per hunc daemon debellatur,
Dei nomen praedicatur,
plantatur Ecclesia.

7

Ad montem miles Romanus
quo docebat Lucianus
citis volat gressibus,
Statim duo dant consortes
preciosas Deo mortes
abscissis capitibus.

8
Tandem praesul decollatur,
luce locus perlustratur,
vox de caelo veniens
clamat: "Veni, Luciane,
gaude Mecum, gaude plane,
vive pro me moriens."

9
Martyr sancte, martyr bone,
verax pater et patrone
noster nove Belvacensis,
tu sis nobis falx et ensis
ad secanda vitia,
Nos hic seca, nos hic ure
ut nos tecum ducas pure
et cum puris et cum mundis
iam mundati ab immundis
vivamus in gloria.

3 e quae granum electum *Belvacen.*, fait un vers faux. L'interversion s'impose.

199. DE SANCTA AGNETE.

1
Agnetis sollemnio
iubilat cum gaudio
castitatis Filio
mundus amor,
Cordis in altario
Agnam Agno socio
immolet devotio,
verus clamor.

2
Iesum rorem, lilium,
sponsum vult et socium
et praefecti filium
dedignatur;
Preces, minas, munium
spernit et supplicium,
sustinendo spolium
non nudatur.

3
Crinis arte deica
tegit toga caelica,
cella fit vivifica
impurorum;
Impudicus moritur,
per pudicam redditur,
Christum, fidem, loquitur
vi iustorum.

4
Ignibus exponitur,
orat nec comburitur,
gladio percutitur
impiorum;
Sic Agna coniungitur
Agno pro quo caeditur,
regia eripitur
vi morborum.

5
O flos pudicitiae,
speculum munditiae,
amoris, constantiae
fulcimentum
Hostia munditiae,
victima iustitiae,
dulcoris et gratiae
condimentum.

6
O plena dulcedine,
Agni rubens sanguine,
pellas a certamine
nocumentum.
Agni pollens agmine,
in mortis examine,
sis cum Matre Virgine
tutamentum.

7
O felix agnicula,
Agnes, prece sedula,
nostra fac piacula
expiari.
Duc ad Agni pabula,
pastorissa parvula,
oves Agno copula
salutari.

Manuscrit. LONDRES : Mus. Brit., Egerton 2601, Liber Prosarum ecclesiae B. Ludovici de Pissiaco, xv[e] siècle, *LL.*

1 a sollemnia *Belvacen.*, contraire à la rime. b iubilet *LL.* h amor *LL.*
2 a rosam *LL.*
3 h vim *LL.*
4 e Sed *LL*
5-6 Entre ces deux strophes on lit dans le Missel de Beauvais la demi-strophe suivante, qui rompt le parallélisme et semble une interpolation :

Tu vernantis nuptiae
Agni fruens specie,
propago laetitiae
complementum.

Cette demi-strophe se trouve aussi dans *LL.* mais elle commence par Tuae vernant.

7 g Agno caeli copula *LL.*

200. DE SANCTO GEREMARO.

1

Geremari annua
laude plebs dulciflua
celebret sollemnia ;
Laus a corde prodeat
ut laudato placeat
laudantis melodia.

2

Ex Francorum genere
claro clarus opere
duxit hic originem ;
Sacris datus litteris
suscipit a superis
morum plenitudinem.

3

Orbatus parentibus
satis locupletibus
locuplex relinquitur ;
Mundi temnens gloriam
rerum affluentiam
corde non amplectitur.

4

Iugo levi subiicit
Christi se humiliter,
Curas vanas abiicit
carnem domans iugiter.

5

A tumultu populi
esse cupit longius
Ut contemptor saeculi
caelo fiat propius.

6

Per beatum Audoenum,
virum sanctum, Dei plenum
praecellenti gratia,
Sibi datur ut praecatur
locus gratus, exoptatus
quo fiat ecclesia.

7

Vox de caelis est haec facta :
« Octo lustra sunt transacta
ut Christus pro meritis
Suo caro Geremaro
destinavit et paravit
locum hunc quem cernitis. »

8

Ros hunc locum illustravit
et impressus designavit
ut geometris virgula
monachis habitacula.

9
In hoc loco mundus vixit,
in supernis mentem fixit,
ut vitae summae pabula
optineret per saecula.

10
O beate Geremare,
vir insignis, vir praeclare,
apud Christum
chorum istum
clementer concilia ;
Ut Fons summae pietatis
mundum mundans a peccatis
servos Suos
atque tuos
mundet data venia.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1140, Prosaire de Beauvais, 1492, *Z.*

1 d ex corde *Belvacen.*
3 e affluentia *Z.*
4 a leni *Z.*
8 a locum hunc *Z.* b desinavit *Belvacen.*
10 Après cette strophe, on lit dans *Belvacen.* :

Amen dicant omnia.

201. DE SANCTO EBRVLFO.

1
Laetabundus
Ebrulfo decantet *chorus :*
Alleluia ;
Opem cuius
deposcit hac die sacram,
voce pia.

2
Angelus apparuit
matri et exposuit
parituræ
Pueri originem
et gerendae ordinem
vitae purae.

3
Hic ex Francis genitus
Belvaci est editus
ortu clarus ;
Annis puerilibus
sacris fulsit moribus,
Christo carus.

4
Fredegundis monitis
propriisque meritis
abbas factus,
Carnem suam domuit,
iugiter exercuit
pios actus.

5
Per hunc beneficia
plurimis eximia
dantur, Dei gratia
operante :
Caecis lumen redditur,
claudus recte graditur,
daemon hoc eiicitur
exorante.

6
Exutus pallio
carnis, convivio
laeto pascitur in patria ;
Ipsius precibus
nos suis civibus
iungat Rex Christus in gloria.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1140, Prosaire de Beauvais, 1492, *Z.*

202. IN ASSVMPTIONE B. MARIAE.

1. Reginae nunc caelorum festa
2. Recolat veneranda caterva fidelis, eia ;
3. Modulando resultet praeconia eius pia.
4. In cuius aulam descenderat divinitas pro salute nostra,
5. Quem non superna nec terrea, maritima nec tenent spatia ;
6. Ergo laude ad sidera tollamus eam lucida,
7. Super quae iam est posita tam corpore quam anima.
8. Haec virgo inclyta materque casta vera deifera
9. Cogit ad tartara ire profunda mentes Iudaicas,
10. Propter sua dogmata plena blasphemia,
11. Quod Christus non ex ea carnem assumpserat
12. Absque maris aliqua illecebra:
13. Horrent quod fari ora catholica ;
14. Unde semper ora, sancta Maria,
15. Omnium pro nostra salute magna
16. Ut per tua possimus caeli templa nos scandere merita,
17. Qui credimus quod virgo Christum vera de carne genueras,
18. Et virgo post partum inviolata maneas.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1138, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *K* ; 16823, Missel de Saint-Corneille, xiiie siècle, *O* ; 17318, Idem, *P* ; 17319, Idem, *Q* ; 17321, Idem, *R* ; 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiiie siècle, *S* ; 16828, Idem, xive siècle, *T* ; 1140, Prosaire de Beauvais, xve siècle, *Z*. ARRAS : Bibl. de la Ville, 437, *ARA*.

2 Recole *T*. venerando *Z. ARA. Belvacen.* venerandam *K*.
3 patrocinia eius *K*.
4 Aula *P. Z. Belvacen.* In cuius laude melliflua symphonia resonant organa *K*. descenderat virginitas *Belvacen.*
5 Quam *K. ARA.* non supera *T. Z. Belvacen.* non terrea *P. R. S.* nec terrea manque dans *Q*. non tenent *O. P. R. S.*
6 ad superna *O. R.* ad supera *P. S. Z.* psallamus eam *K*. eam manque dans *Z*. lucidam *K. O. R. S.* lucida (m effacé) *P*.
7 Supraque *O. P. R. S.* tam praesidet *ARA.* est iam *K*. tam in corpore *K*.
8 Haec est virgo *O. P. R.* dei fera *T*.
9 Cogitat (!) tartara *K*. montes (!) *K*.
10 sua scelera *K*. sua domata *T*.
12 Sine maris *K*. Absque matris *O. P.* illecebris *K*.
13 Errent *K*.
14 Inde *Q*.
15 Omniumque *O. P. R.*
16 Ut perpetua *K*. caeli regna *K*. sic scandere *K*.
17 Deum vera *Z. Belvacen.*
18 illibata maneas *O. P. Q. R. S. T.*

203. DIE VII OCTAVAE ASSVMPTIONIS.

1

Iubilemus collaudantes
communi laetitia,
Collaudemus venerantes
Virginis magnalia.

2

De qua Christus, potestate,
non natura genitus,
Mundum sua pietate
salvavit divinitus.

3

Ante partum virgo mansit,
et in partu equidem,
Ac post partum conservavit
Deus-Homo virginem.

4

Qui cum Patre, sine Matre,
omnia composuit,
Sic ex Matre, sine Patre,
nobis nasci voluit.

5

O quam dulce condimentum,
O quanta mysteria!
O quam magnum sacramentum,
O quam magna gaudia!

6

Virgo est qui generatur,
et Virgo quae generat;
Et ab ipsa collactatur
quam ante formaverat!

7

Super choros angelorum
es, perpulchra Domina,
Exaltata, et sanctorum
laeta cernis agmina.

8

Per te vita reparatur,
per te mors destruitur;
Homo lapsus restauratur,
per te caelo redditur.

9

Ave, Christi gloriosa
Genitrix et Filia,
Super omnes speciosa,
Dei plena gratia;

10

Tibi cuncta famulantur
in terris terrestria,
Quam in caelis venerantur
omnia caelestia.

11

Ergo, Sancta, die isto,
nobis sis propitia,
O Maria, nosque Christo
prece reconcilia.

12

Ut sequamur cum electis
Agnum sine macula,
Emundati a delictis
per aeterna saecula.

13

Amen dicat voce dulciflua
chorus noster, cum mente sedula.

Manuscrits. PARIS: Bibl. Nat., 1139, Tropaire de Saint-Martial, xii[e] siècle, *P*; 10511, Graduel, xii[e] siècle, *Q*.

2 a De qua Deus *Belvacen.* c sua potestate *P.*

3 c Et post *P.* conservabit *Belvacen.* Les vers b et d ne riment pas.
4 c Hic ex Matre *Belvacen.*
6 d quem ante *Q.*
8 a vita restauratur *P.*
11 a die ista *Belvacen.* d reconsilia *P.*
12 c Et mundati *P.* Emundatis *Belvacen.* Et manque dans *Q.* Ces leçons mauvaises indiquent la leçon vraie : *Emundati.* a c Ces deux vers ne riment pas. c a peccatis *Q.*
13 voce dulcissima *Belvacen.*

204. DE S. BARTHOLOMAEO.

1

Iubilemus, fratres mei,
votiva laetitia,
Beati Bartholomaei
colentes sollemnia.

2

Quem doctorem dum sortitur
tenebrarum patria,
Verae lucis insignitur
sacramentis India.

3

Ibi verbis et exemplis
multa plebis millia
Lucrifecit, fusis templis
et eorum gloria.

4

O praedicanda
quae divina gessit manus
per eum miracula!
Silent infanda
quae solebat dare vanus
Astaroth oracula.

5

Incendi se daemonium
clamavit per Pseustium
"Tace, pestis,"
Dei testis
inquit, "damnatissima."
Aeger ad haec convaluit,
grates quantas valuit
agens Deo,
et cum eo
turba devotissima.

6

Deprecatur rex pro nata
morbo Polemius lunatico vexata,
moxque levatur sanata.
Hoc affinis et remota
cum rege pariter provincia permota,
baptizatur pene tota.

7

Rex Astrages de germani
fide dolens et immani
succensus insania,
Sanctum sibi praesentari
iubet atque fustigari
securum ad omnia.

8

Hinc ad ictus et ad poenas
cumulando dat habenas
tyranni nequitia;
Sed ad poenas et ad ictus
Christi miles stat invictus,
adiutrice gratia.

9

Post vivus decoriatur
ad summa ludibria;
Ad extremum decollatur
complendo martyria.

10

Ergo coram assistentes
et trophaei recensentes
huius natalitia,
Praesens ipse visitare,
serve Dei, nos dignare
paterna clementia.

11

Eme nobis apud Deum,
beate Apostole,
prece pia,
Ut cantemus ante Eum
perennes caelicolae :
Alleluia !

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1140, Prosaire de Beauvais, 1492, *Z.*

3 a Inde *Sagien.*
4 d nefanda *Sagien.*
5 a Incendisse *Sagien.* daemonum *Z.* b clamat *Z.*
6 b Polimius *Z.* c laetatur *Belvacen.* d Haec *Sagien.*
7 b dolet *Belvacen. Sagien.* e ac *Belvacen.*
8 f a victrice *Sagien.*
11 c prece pia manque dans *Sagien.* f Alleluia manque dans *Sagien.*

205. DE NATIVITATE B. MARIAE VIRGINIS.

Alle resonent omnes ecclesiae
cum dulci melo symphoniae
Filium Mariae genitricis piae,
Ut nos septiformis gratiae
repleat donis et gloriae,
unde Deo dicamus : luya.

Cette petite Prose a été publiée, d'après le célèbre manuscrit de Sens, xiiie-xive siècle, par FELIX CLÉMENT, *Histoire générale de la Musique religieuse*, Paris, 1860, p. 126. Son texte est identique au nôtre. Elle se lit également, sous le titre d'Antienne dans le Bréviaire de Paris, 1482. Dans le Missel de Beauvais elle suit, il est vrai, l'Antienne : *Alma Redemptoris*, mais sous la rubrique : *Alia Prosa.* C'est pourquoi nous l'éditons ici.

206. DE SANCTO FIRMINO.

1

Triumphanti cruore proprio,
tuo, Sion, applaude filio,
ab hoc tandem carnis exsilio
respiranti ;
Felix dies, felix martyrium,
quo paratur currenti bravium,
fesso quies et regni solium
exsulanti.

2

Vir illustris, Hispanus genere,
fide firmus, potens in opere,
speciali virtutum munere
sublimatus,
Pastorali fungens officio,
miro gregi providit studio,
sacro Deum non minus otio
contemplatus.

3

Urbs Agennum per hunc credit,
sed et ipsa sancto cedit,
Belvaci perfidia ;
Ubi tamen post certamen
poenae probat hunc examen
et angunt supplicia.

4

Sed exstincto mox tortore,
vir beatus a squalore
liberatur carceris,
Et, assertor veritatis,
gratis data donat gratis,
vitae forma caeteris.

5

Mens devota
Deo nota ;
prodit tamen per immota
caritatis studia :
Clamat foris
vis amoris,
et quod celat os actoris
pandit famae gratia.

6

Suam tandem Ambianis,
prophanatam deum fanis,
Firminus ingreditur ;
Hic leprosis munda cutis,
caecis lumen, sermo mutis
eius ope redditur.

7

Hic per eum seminatur
unde Deo referatur
sanctae messis copia ;
Nam diversi sexus, aevi,
baptizantur, mora brevi,
tria fere millia.

8

Ibi, nece pretiosa,
cum cruoris sui rosa,
migravit a saeculo ;
Et ad decus sepulturae,
delibuto myrrha, thure,
quievit in tumulo.

9

Quem condignis
Christus signis
declaravit,
dum monstravit
locum solis radio ;
Dum naturae
fracto iure,
bruma risit,
et emisit
rosam iunctam lilio.

10

Ave, martyr venerande,
vitae nobis viam pande,
duc rogantes ad optandae
visionis gaudia,
Ut a nocte liberati
resignemur claritati,
et perenne Trinitati
cantemus Alleluia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 15615, Missel de Paris, à l'usage de la Sorbonne (Prose ajoutée à la suite de celles de Paris), xiii[e] siècle, *L*; 10513, Prosaire du xiv[e] siècle, *P*. ARRAS : Bibl. de la Ville, 957, Offices du Monastère de Saint-Vaast, xiv[e]-xv[e] siècle, *ARC*.

1 c ad hoc tantae carnis (!) *Belvacen.* ob hoc *Matisconen.* g et regis solium *Noviomen.* h exultanti *Belvacen. Cameracen. Silvanecten.* Dans *Noviomen.* le mot *exulanti* est transporté après le mot *Vir* de la strophe 2.

2 c spiritali *L.* f providet *Cameracen.*

3 a Agenum *Belvacen. Cameracen.* Agensis *Silvanecten.* b et manque dans *Ambianen.* ipso *Belvacen.* sedet (!) *Cameracen.* d Ibi tamen *L.* tandem *Noviomen.* e poena *Belvacen. Noviomen.* hoc examen *Belvacen. Cameracen. Matisconen.* f agunt *Matisconen. Silvanecten.* angit supplicium *Noviomen.*

4 a mox terrore *Silvanecten.* b ab squalore *Silvanecten.* a calore *Matisconen.* d Ut assertor *L.* Tunc assertor *Noviomen.* Et asserto (!) *Belvacen.*

e grata data *Cameracen.* data grata *ARC.* gratis datam *P.* donat data *Noviomen.* f formam *P.* format *L.*

5 b Deo vota *Ambianen. Noviomen.* c pandit tamen *Ambianen.* per innota *Matisconen.* per monita, après grattage de *im*monita *P.* g auctoris *L. Ambianen. Cameracen. Matisconen. Noviomen.* h pandi *Silvanecten.*

6 a Civitatem Ambianis *Cameracen.* b diis, fanis *Cameracen.* d Hinc *P.*

7 a Sic *Silvanecten.* c tantae messis *P.* d sexus qui (!) *Noviomen.* e hora brevi *Ambianen. Belvacen. Cameracen. Matisconen. Noviomen.* more *Silvanecten.* f fere tria *Matisconen. Noviomen.*

8 a Ubi nece *P. Silvanecten.* Ubi vere *Cameracen.* Ibi vere *Matisconen.* f delibato *Belvacen.* et thure *Cameracen.*

9 a cum dignis *Belvacen.Cameracen.Matisconen.Silvanecten.* b Iesus *ARC.* d demonstravit *L.* f Cum naturae *Cameracen. Silvanecten.* h brumariscit (!) *Belvacen.*

10 b viam nobis vitae *Noviomen.* c adoptandae *Matisconen.* e Ut ab hoste *Silvanecten.* a morte *Noviomen.* f resignemus *Matisconen.* insignemur *Cameracen.* coniungamur *Ambianen.* g et perenni *Belvacen.*

Cette Prose se lit deux fois dans le Missel d'Amiens : *In die Beati Firmini* et *In Inventione Beati Firmini.* Les deux textes sont identiques. Il y a une première division entre la strophe 4 et la strophe 5, et une seconde entre la strophe 9 et la strophe 10.

207. IN TRANSLATIONE S. LVCIANI.

1

Hodiernae lux diei
martyris in sancti Dei
agitur memoria,
Decantemus in hac die
Luciani victoriae
laudes et praeconia.

2

Ortus clarus in Romanis,
fide constans et immanis
in signorum gratia,
Hic est missus a Clemente,
clarus actis, clarus mente,
purgaturus area.

3

Ad feroces Belvacorum
venit plebes, idolorum
imbutas spurcitia,
Sed athleta Dei fortis
nulla prorsus dirae mortis
formidat supplicia.

4

Saevit lictor in victore,
surgit victor a lictore
gradiens ut antea ;
Truncum caput truncus gerit
et in laudes Dei ferit
lingua nescit nescia.

5

Te precamur, martyr Christi,
quos in fide genuisti
restaures in patria ;
Tu tuorum miserere,
ut cum Christo tecum vere
cantemus in gloria.

4 f vers incompréhensible.

208. DE SANCTO IVSTO.

1. Resonet fidelium Ecclesia,

2. Claris vocibus inclyta
3. *Celebrans* Iusti merita ;

4. Qui novennis clara
5. Factus prosapia,

6. Floruit ut lilia,

7. Fide atque iustitia.

8. Felix uterque parens, Iustinus et Felicia,
9. Quos tam felice nato ditavit Christi gratia.

6 a. Martyrii gloria

10. Iustus *namque mitis hostia*
11. Futurus, mox ab infantia

6 b. Contempsit mortalia ;

11. Studens divinis sic ambiebat caelestia
13. Christo devotus ut adhaereret per omnia.

14. Plura virtutum inter insignia mentis meruit praesagia,
15. Per quae provectus dum cum patre una divina fisus clementia,

16. Fratrem captivum urbe ab remota reduxit per superna nactum indicia.

17. Insequens lictor parvi caedit colla, sic martyr caeli clara intrat palatia,

18. Ubi nunc rosea triumphans nitet laurea,
19. Inter collegia innocentum pia,

20. Niveum sequens Agnum sine macula,

21. *Cui sit laus praeclara.*

Cette Prose est une imitation de celle que nous avons publiée n° 97. On y retrouve même certaines phrases textuelles que nous imprimons en italiques. A part de très légères différences, (cl. 18-19), le rythme est identique.

209. DE SANCTO EVSTACHIO.

1

Corde puro, mente munda
moduletur vox iocunda
  lucis huius gaudia,
Lux est grata, lux insignis,
in qua digna Deo dignis
  conferuntur praemia.

2

Ignem vincens et leonem,
Christi martyr post agonem
  et decursum stadium,
Natis iunctus et uxori
hac in die visus mori
  vitae cepit bravium.

3
Vanitati deditus
dum aberrat nescius,
Invitatur caelitus
ad fidem Eustachius.

4
Ne gentilis perderet
boni fructum seminis,
Cum iam caste viveret
omnis expers criminis.

5
Hic tentatus graviter
fit exemplum posteris,
Dum amissa pariter
uxore cum liberis,

6
Fidem puram retinet
nec adversis frangitur,
In spe cuncta sustinet
neque sperans fallitur.

7
Nam procurat Dei cura
ut propinet in mensura
lacrymarum calicem ;
Non oblita misereri
nec in ira contineri
iustum passa iudicem.

8
Viro iusto post laborem
natos reddit et uxorem,
et in statum hunc priorem
ac fortunam erigit ;
Sed non parens regis irae,
dum iubetur aut perire
aut a fide resilire,
mori magis eligit.

9
Ergo Christo convicturus
fide fortis, spe securus,
Bovem ingressus aeneum
vaporem spernit igneum.

10
Corpus quale prius erat
incorruptum perseverat,
Nec in extremis crinium
vires apparent ignium.

11
Tanquam aurum e fornace
mundus exit spiritus,
Locus eius fit in pace
quem non turbat gemitus.

12
Nullus enim ibi luctus,
nullus timor hostium,
Sed laborum dulcis fructus
et perenne gaudium.

13
Martyr dulcis et praeclare,
quos hic vides laborare
tuis iuva precibus,
Ut amarum mundi mare
sic possimus transmeare
ne mergamur fluctibus.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1107, Missel de l'abbaye de Saint-Denys, xiv[e] siècle, *M.* Bibl. Mazarine, 422, Missel de Paris (probablement à l'usage de l'église Saint-Eustache), xv[e] siècle, *X.* COPENHAGUE : Bibl. Roy., Missel de Paris, 1504, Messes à l'usage de l'Hôpital Saint-Jacques ajoutées en 1509, *CO.*

Cette Prose a été par CLICHTOVE, *Elucidatorium ecclesiasticum*, 1558, p. 251. Le Père C. CAHIER, *Caractéristiques des Saints*, p. 184, en cite quelques vers.

Dans *X*, le rubricateur avait intitulé cette Prose : *De Sancto Vincentio.* Une main postérieure a rétabli en marge : *De Sancto Eustachio.*

1 b modulatur *Belvacen.* d Crux (!) est *Morinen.*

2 a et tortorem *Belvacen.* b post laborem *Belvacen.* d Natus (!) vinctus *Tornacen.* f capit *Parisien.* 1666.

3 a Veritati (!) *Morinen.* b ab errat *M.* ab erat *X.* oberrat *Belvacen, Morinen.*

4 a penderet *X.* b fructus *Belvacen.* c cum tam *Belvacen. Parisien.* 1666. bene viveret *X. CO. Parisien.* 1666. sed ut bene *Tornacen.* d vitans noxam criminis *X. CO. Parisien.* 1666. sprevit noxam *Tornacen.*

5 b sit exemplum *Morinen.* c Sic amissa *Tornacen.* d cum uxore *Morinen.*

7 a Iam *Morinen.* d Nam oblita *X.*

8 a Virgo (!) *Morinen.* e Sed si *M.* parcens *Belvacen.* regit (!) *X.* f dudum *Morinen.* h elegit *X. Tornacen.*

9 a coniuncturus *M. X. Tornacen.* b fide firmus *Belvacen.* d vincit igneum *Belvacen.*

10 b incombustum *Belvacen.* d apparet *M.*

11 a Tandem aurum *Belvacen.* in fornace *Morinen. Tornacen. Parisien.* 1666. d quam *Morinen. Parisien.* 1666. quae *X.* genitus (!) *Morinen.*

12 b ullus *X.*

13 a martyr fortis *Parisien.* 1666. b quod *X.*

A la suite de cette strophe on lit dans le Missel de Tournay :

14

Sed finito vitae statu
ex hoc rapti incolatu
  ad caeli palatia,
Tecum Christum videamus,
cum beatis gaudeamus
  in caelesti gloria.

15

Amen dicant omnia.

Ces vers manquent dans nos autres textes.

210. DE S. SEBASTIANO.

1

Alme martyr, O praeclare,
apud Christum deprecare
  pro nostris excessibus,
Collocatus caeli sede
suppliciter intercede
  pro cunctis fidelibus.

2

Nos urgemur tot pressuris,
tantis malis, tantis curis
  tot calamitatibus ;
  Sed fieri propitium
  credimus Dei Filium
  tuis sacris precibus.

3

Ergo, martyr pretiose,
  funde preces, Filius
Ut Virginis gloriosae
  sit nobis propitius.

4

Atque Pater det paterna
pietate sempiterna
  nobis caeli gaudia,
Quod erramus sic condonet
ut cum sanctis nos coronet
  in aeterna patria.

5

In qua martyr Sebastianus triumphat cum caeteris martyribus.

6

Ad Ipsius consortium
  nos venire faciat
Qui electos suos omnes
  vero pane satiat.

Les quatre premières strophes du cette Prose sont bien rythmées. La strophe 5 n'offre au contraire aucun rythme. On a évidemment adapté à Saint Sébastien une pièce ou partie de pièce qui ne lui appartient pas.

MISSALE AD VSVM INSIGNIS ECCLESIAE ABRINCENSIS. Rothomagi, 1505.

1. Dominica prima Adventus Domini, Sequentia: *Salus aeterna.* K.1.
2. Dominica secunda, Sequentia: *Regnantem sempiterna.* K.2.
3. Dominica tertia, Sequentia: *Qui regis sceptra.* K.4.
4. Dominica quarta, Sequentia: *Iubilemus omnes una.*[1] K.5.
5. In die Nativitatis: in gallicantu, Sequentia: *Nato canunt omnia.*[2] K.9.
6. „ „ in aurora, Sequentia: *Caeleste organum hodie.* K.7.
7. „ „ ad magnam Missam, Sequentia: *Lux fulget hodierna.* 211
8. In natali S. Stephani, Sequentia: *Magnus Deus in universa terra.* 81
9. In die S. Iohannis apostoli et evangelistae, Sequentia: *Scribam Evangelii.* 212
10. Sanctorum Innocentium, Sequentia: *Celsa pueri concrepent melodia.* K.348.
11. Sancti Thomae martyris, Sequentia: *Gaude, Sion, et laetare.* K.205.
12. Dominica infra octavam Nativitatis, Sequentia: *Laetabundus exsultet.* K 13.
    Sancti Silvestri papae, Sequentia: *Adest nobis dies alma.* K.438.
13. In die Epiphaniae, Sequentia: *Epiphaniam Domino.* K.27.
14. In die sancto Paschae, Sequentia: *Fulgens praeclara rutilat.* K.95.
15. Feria secunda, Sequentia: *Mane prima Sabbati.*[3] K.93.
16. Feria tertia, Sequentia: *Prome casta concio.* 96
17. Feria quarta, Sequentia: *Victimae Paschali.*[4] K.83.
18. In die Ascensionis Domini, Sequentia: *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
19. In die Pentecostes, Sequentia: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
20. Feria secunda, Sequentia: *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
21. In die Trinitatis, Sequentia: *Benedicta sit Sancta Trinitas.* 100
22. In festo Eucharistiae Corporis Christi, Sequentia: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.

1 Item in vigilia Nativitatis Domini.
2 Item in Circumcisione Domini.
3 Item in die S. Mariae Magdalenae.
4 Item feria quinta et sexta, et Dominicis post octavas Paschae.

23. In die unius apostoli, Sequentia : *Alleluia nunc decantet.*[5] K.374.
24. Item de apostolis, Sequentia : *Caeli solem imitantes.*[6] K.371.
25. De evangelistis, Sequentia : *Laus devota mente.*[7] 74
26. Plurimorum martyrum, Sequentia : *Ecce pulchra canorum.*[8] 101
27. Unius confessoris, Sequentia : *Supernae matris gaudia.*[9] K.338.
28. " " " *Adest nobis dies alma.*[10] K.438.
29. De virginibus, Sequentia : *Virginis venerandae.*[11] K.472.
30. In die Sancti Andreae, Sequentia: *Sacrosancta hodiernae.* K.401.
31. Sancti Nicolai episcopi et confessoris, Sequentia : *Congaudentes exsultemus vocali.* K.665.
32. Sancti Vincentii martyris, Sequentia : *Stola felicitatis.* ... 213
33. In Purificatione B. Mariae Virginis, Sequentia : *Gaude, mater Sion, gaude.* 214
34. In Annuntiatione B. Mariae Virginis, si post Pascha evenerit, Sequentia : *Ave, Maria, gratia plena.* K.264.
35. In festo Visitationis B. Mariae Virginis, Sequentia : *Missus Gabriel de caelis.* K.200.
36. In Inventione S. Crucis, Sequentia : *Laudes Crucis attollamus.*[12] K.60.
37. In Translatione S. Andreae, Sequentia: *Fontes Elym universi.* 215
38. In die Sancti Iohannis Baptistae, Sequentia : *Sancti Baptistae Christi.* K.351.
39. De Sancta Anna, Sequentia : *Mater Matris Domini.* 40
40. Sanctae Marthae, Sequentia : *In Marthae sollemnio.* 216
41. In die S. Laurentii, Sequentia : *Stola iocunditatis.* K.625.
42. In die Assumptionis Beatae Mariae, (et per octavam, ad placitum), Sequentia : *A rea virga primae matris.* K.255.
43. S. Bartholomaei apostoli, Sequentia : *Laudemus omnes inclyta.* K.421.
44. Sancti Ludovici confessoris, Sequentia : *Regem regum veneremur, et.* K.641.
45. In Decollatione Sancti Iohannis Baptistae, Sequentia : *Praecursorem Summi Regis.* K.354.
46. In Nativitate Beatae Mariae, et in octava, Sequentia : *Alle caeleste.* 44
47. In Dedicatione Ecclesiae, et in octava, Sequentia : *Rex Salomon fecit templum.* K. 872.

5 Item in die SS. Petri et Pauli.

6 In Conversione S. Pauli, in die SS. Philippi et Iacobi, in octava SS. Petri et Pauli, in die S. Iacobi, et SS. Simonis et Iudae.

7 In die S. Marci et S. Matthaei.

8 In die SS. Fabiani et Sebastiani, et SS. Gervasii et Protasii.

9 In die S. Marci et Marcelliani, S. Mauritii et S. Nicasii.

10 In die SS. Marci et Marcelliani si placet.

11 In die S. Agnetis, S. Agathae et S. Ceciliae.

12 Item in Exaltatione Sanctae Crucis.

211. DE NATIVITATE DOMINI.

1. Lux fulget hodierna, Christus in qua mundo gaudia
2. Patris dedit nova, missus ab arce supera,
3. Arva petens ima, carnea septus trabea.

4. Saeculi pro vita mortalia suscepit et fragilia;
5. Servili in forma apparuit, tegens humanis divina.

6. Relinquens integra matris et illibata viscera,
7. Virginis aurea prodiit tanquam sponsus ab aula.

8. Vagit parvulus praesepis inter angustias, quem non capiunt aethera sola et infera nec rerum omnium spatia.
9. Arcta tegitur fascia qui vestit omnia. Pascit qui cuncta sugit ubera virginea et tonans rutilat in aethra.

13 Item in die S. Michaelis in monte Tumba.

10. Angelica resultant Domino: " Gloriam in excelsis Deo ", agmina.
11. Pastoribus gaudia intonant caelica venisse populis in terra;
12. Cunabula Cuius ad veneranda stella vians duxit nova trina Magos ferentes munera mystica.
13. Quem callida Herodis versutia perimere saeviebat, infantium trucidans millium millia.
14. Felix mater et intacta, Hunc enixa, O Virgo, virginum regina,
15. Regem natum die ista posce Tuum pro nobis Filium sedula.
16. Ut nostra qui iam venit tollere crimina,
17. Nos ducat ad caelica regna quo laetemur in gloria, tecum, Maria.

Manuscrits. PARIS: Bibl. Nat., 9437, Missel, xiie siècle, *B;* 13254, Graduel, xiiie siècle, *E.* CHARTRES: Bibl. de la Ville, 222, Missel de Chartres, xiiie siècle, *CHA.* GRENOBLE: Bibl. de la Ville, 131, Missel de Senlis, xive siècle, *GR.* LIMOGES: Bibl. de la Ville, 17, Graduel de l'abbaye de Fontevrault, xive siècle, *LIT.*

2 Patri *GR. Silvanecten.* arce siderea *Fontisebralden.* Cette clausule est rejetée après la clausule 4 dans *LIT.*
3 Arva potens *Abrincen.*
5 Servuli *LIT. Fontisebralden.*
6 Delinquens *LIT.*
8 puerulus *Fontisebralden.* quam non *LIT.* aethera solum *Abrincen. Fontisebralden.* et integra nec rerum *B.*
9 qui tegit *Abrincen.* tonat, rutilat *E.* tonat rutilans *GR. Abrincen. Silvanecten.* aethera *LIT. Abrincen.* astra *GR.*
10 resultent *GR. Silvanecten.*
11 venisse Dominum in terra *GR. Silvanecten.*
12 stella ovans *E.* stella viam... novam *LIT.* stella via... nova *Fontisebralden.* mystica munera *Abrincen.*
13 Herodes *GR. Fontisebralden.* trucidans multorum corpora *Abrincen.*
16 Et nostra *LIT.*
17 ad manque dans *Abrincen.* O Maria *LIT. Fontisebralden.* Le texte est identique dans *Carnoten.*

212. DE SANCTO IOHANNE.

1

Scribam Evangelii,
custodem triclinii
collaudemus hodie,

2

Qui dum pullos eligit
et obtutum dirigit
in Solem iustitiae
Visus non reflectitur,
propter hoc depingitur
aquilina facie.

3

Eum Dei Filius
amans specialius
quibuscumque caeteris,
Traxit a proposito,
licet non illicito,
ducendae mulieris.

4

Castitate placuit,
et qui toros respuit,
in coena recubuit
supra pectus Domini,
Cuius in armario
legit eius visio
quorum se locutio
non indulget homini.

5

Quae vel erunt,
vel fuerunt,
eius menti
in praesenti
sunt oblata speculo,
Et primarum
vis causarum,
et quis in his
debet finis
evenire saeculo.

6

Hic Mariae
pius piae,
candor floris,
flos candoris,
virgo summae Virginis
Fit tutela,
de cautela
morientis
in tormentis
Divinae Propaginis.

7

Tres veneno toxicati
surgunt in occursum fati,
Quos suscitat mirifice
solo contactu tunicae.

8

Gemmas facit ex arena,
vinum illi sunt venena,
Et fervor praebet olei
suavitatem balnei.

9

Tumbam petit quasi stratum,
manna supplet viri statum,
sive corpus sit ablatum,
sive sit in gloria.
O Iohannes, Deo grate,
fac ne separemur a te,
sed, te duce, te primate,
vivamus in patria.

10

Ubi pax et gloria;
Amen dicant omnia.

213. DE S. VINCENTIO.

1

Stola felicitatis, *Alleluia*,

2

Exornat *hodie Dominus*
martyrem *Suum* Vincentium;
Recolat, dignis cum laudibus,
chorus hic eius martyrium.

3

Hodie trucem tyrannum
martyr invictus Vincentius vicit;
Hodie vitae praemium
suscepit qui legitime certavit.

4

Patienter hic catenas
et horrorem carceris
Sustinuit, atque poenas
famis et itineris.

5

Sed haec eum fortiorem
reddunt atque laetiorem,
conservante Domino;
Quod cum videt Dacianus
prae dolore fit insanus,
aestuans in animo.

6

Valerium relegari,
Vincentium reservari
praecepit suppliciis,
Donec eum per tormenta
nulli prius adinventa
subigat imperiis.

7

Aequuleus mox paratur
ad quem martyr applicatur;
Gaudens fert supplicia
plenus Dei gratia.

8

Dicens: " Hoc est quod optavi,
pro quo Deo supplicavi;
Ad æterna gaudia
tendo per supplicia. "

9

Dacianus frendet dente,
voce clamat, furit mente,
Et quoniam vincitur
victis non irascitur.

10

Cessat tortor fatigatus:
sanguis per utrumque latus
Fluit ex visceribus,
solutis compagibus.

11

Adsumptum aequuleo
lecto ponunt ferreo;
Carbones subiiciunt
et furcas adiiciunt.

12

Haec perfert laetissimus
athleta fortissimus,
Agens Deo gratias
propter tot iniurias.

13

Quod cum videt Dacianus,
clamat servis: " Cesset manus,
Mollem parate lectulum
quo requiescat paululum. "

14

Martyr ut lecto ponitur
iam in morte resolvitur;
Huius nobis prece pia
det Christus vera gaudia.

Cette Prose est une imitation de la célèbre Prose consacrée à Saint Laurent, et que Kehrein a publiée n° 625.

214. IN PVRIFICATIONE B. MARIAE.

1

Gaude, mater Sion, gaude,
corde, voce, manu plaude,
in reginae caeli laude
attollens praeconium;
Die ista domus Dei
pari voto psallat ei
per quam flentes, per quam rei
nacti sunt remedium.

2

Prima parens paradisum
clausit nobis, trusit visum,
facti sumus in derisum
in conspectu hostium;
Stultus Adam, primus homo,
est expulsus Dei domo,
subit poenam, perdit pomo
patriam vitalium.

3

Per hunc fructum Evae fructus
ex natura fit corruptus,
unde dolor, unde luctus,
  finibus terrestrium ;
Hoc de fructu condolentes
obstupescunt nostri dentes
paradiso pulsi flentes
  subimus exilium

4

Nobis diu exulatis
dolet Pater pietatis,
et misertus desolatis
  Suum mittit Filium ;
Inclinavit maiestatem
nostram ad humilitatem,
in ancillae castitatem
  assumens hospitium.

5

Hospitata Dei prole
stellae maris mixto Sole
gravidatur sine mole
  virginale gremium ;
Quo procedit specialis
fructus aegris medicalis
aufert morbos, confert malis,
  perimit daemonium.

6

Sit hic fructus benedictus :
cedit hostis, ruit victus,
homo lapsus stat rescriptus
  in libro viventium ;
Benedicta radix Iesse
nos vitali replens messe
quae dat servos salvos esse
  suum per obsequium.

7

Virgo Mater, o Maria,
virgo clemens, virgo pia,
virgo per quam patet via
  ad caeli palatium,
Pietatem imploramus,
proclamantes te rogamus
confer nobis quod optamus
  Filium propitium.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 904, Missel de Rouen, xiv[e] siècle, *U.* ROUEN: Bibl. de la Ville, 304, Missel d'Evreux, xv[e] siècle, *RN.;* 301, Missel de l'abbaye de Jumièges, 1485, *RO.*

Cette Prose a été publiée dans les *Latinska Sänger fordom avända*, Piae cantiones. S. Trinitas. Iesus Christus. S. Spiritus. S. Maria, p. 127, d'après le Missel d'Upsal, 1483.

1 a Gaude, Sion mater *Latinska Sänger.* e Fac in die domus, (pour Hac in die) *U.* f pari voce *Latinska Sänger.* h sunt nati (pour nacti) *U.* sunt nacti *Latinska Sänger.*

2 c facti simus *Latinska Sänger.* e Miser Adam *Latinska Sänger.* g perdit homo *Constantien.* 1557.

4 c misere desolatis *Constantien.* 1557. d misit *Sagien. Latinska Sänger.* f ad utilitatem *Latinska Sänger.*

5 b maris stellae *Constantien.* 1557. stella maris *Latinska Sänger.* misto *Constantien.* 1557.

6 c stat receptus *Constantien.* 1557. stat adscriptus *Sagien. Latinska Sänger.* g qui *U. Latinska Sänger.* det suos *Constantien.* 1557.

7 c per quam patet vitae via *Sagien.*

On trouve dans les Missels Écossais une Prose en l'honneur de Saint Kentigern, qui a le même début. Nous la publierons en son lieu.

215. IN TRANSLATIONE S. ANDREAE.

1

Fontes Elym universi
per diversa sunt dispersi
post donorum gratiam ;
Sic Andreas, vir insignis,
fide, fama, factis, signis,
invadit Achaiam.

2

Per hunc credit urbs Nicena,
a qua Dei vir septena
eiecit daemonia ;
Ab eisdem suffocatus
vivit puer suscitatus,
teste Nicomedia.

3

Surgunt simul decem quater,
quorum primus Philopater
perpessi naufragia ;
Caelum, terra commovetur,
purus puer ut purgetur
a matris calumnia.

4

Invocata Patris dextra,
multos sanat intus, extra,
multis pressos vitiis,
Luxu carnis involutos,
caecos, claudos, surdos, mutos,
obsessos daemoniis.

5

Hunc Aegeas carceravit,
hunc septena flagellavit
ministrorum ternio ;
Tandem crucem salutavit,
in qua pendens praedicavit
biduali spatio.

6

Luce caeli circumseptus
diu demum est adeptus
repromissa gaudia ;
Sed Aegeas sic deceptus
coram cunctis est arreptus,
spirans in miseria.

7

O Andrea, qui sanctorum
mitis es ac pius, chorum
hunc Christo concilia ;
Ut fruamur omnes una
quam psalmista petit una
in caelesti patria.

1 a L'expression *Fontes Elym* désigne ici les douze Apôtres. Ce symbolisme est fréquent dans les auteurs du Moyen-Age.

3 c peperssi (!) *Abrincen.*

7 d e Allusion au verset du psaume : *Unam petii a Domino, hanc requiram : ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae.*

216. DE SANCTA MARTHA.

1

In Marthae sollemnio
pangat omnis concio
Christo melos gloriae,

2

Quem haec carens vitio
suscepit hospitio
cum vultu laetitiae;
Christus hospes hospitam
caritati deditam
hospitatur hodie.

3

Marthae frater mortuus
erat iam quatriduus
et foetens in tumulo,
Cum Christus hunc precibus
Marthae, mortis viribus
fractis, reddit saeculo.

4

Huic dedit facundiam,
praedicandi gratiam,
super aegros etiam
concessit potentiam;
Erat fulgens facie
et fons sapientiae,
rivus amicitiae,
impetratrix veniae.

5

Christum pavit
quem amavit,
nomen Eius praedicavit
coram omni populo;
Haec serpentem
saevientem
atque quaeque destruentem
ligavit cum cingulo.

6

Iuxta flumen
stans ut numen,
dum dat mite
verba vitae,
infans mari mergitur:
Illum gentes
quaerunt flentes;
cui reperto
in aperto
per hanc vita redditur.

7

Vina vitans haec degebat,
semel die comedebat
glandes, nuces, quas legebat,
lympha sitim coercebat;
Nuda pedes incedebat,
genu centies flectebat,
nocte, die, se stringebat
setis equi: sic vivebat.

8

Mortem suam haec praescivit,
quia Christus praemunivit,
hanc in morte tumulavit
cum Frontone quem amavit;
Martha, caeli sedens sede,
tu pro nobis intercede,
ut nos tecum, pro mercede,
Christi collocemur aede.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 17309, fragments de Missel, xve siècle. *S.*

Cette Prose a été publiée par M. PELLECHET, *Notes sur les livres liturgiques des diocèses d'Autun, Chalon et Mâcon*, Paris-Autun, 1883, p. 392. Elle se lit également dans FAILLON, *Monuments inédits sur l'Apostolat de Sainte Marie-Madeleine en Provence*, 1848, tom. II, p. 395.

1 c Christi *Melden.* 1556.
2 a carnis vitio *S.* d hospitem *Sagien.* f hospitavit *Cenomanen. Sagien.*
3 f reddat *Abrincen.* dedit *Turonen.* 1517, *FAILLON, PELLECHET.*

4 a Hinc *S.* b praedicando *S. Abrincen. Baiocen. Constantien.* f repleta scientiae *Cenomanen. Sagien.* g eius (!) amicitiae *S.* h imperatrix *S. Abrincen. Constantien.* 1499, 1557, *FAILLON*, *PELLECHET*.

5 g Nec non quaeque *FAILLON*.

6 a flamen *S.* b stat *Turonen.* 1517. c dum permitte (!) *S.* dum per mite *Cenomanen. Sagien.* c d dum dat verbo vitae lumen *Melden.* 1556. d verbum *Cenomanen. Sagien. FAILLON*. e infans unda *Abrincen.* h quo reperto *S.* i et exstracto *S. FAILLON*, *PELLECHET*, contraire à la rime.

7 a haec vivebat *FAILLON*. d aqua sitim *Baiocen. Constantien.* g dieque stringebat *Turonen.* 1517, *PELLECHET*. h sic agebat *FAILLON*.

8 a suamque praescivit *Cenomanen. Sagien.* b Ici s'arrête le texte de *S.* c in monte *FAILLON*, *PELLECHET*. e sedens aede *Cenomanen. Sagien.* h collocemur sede *Cenomanen. Sagien.* Christi locemur in aede *FAILLON*.

217. IN COMMEMORATIONE DEFVNCTORVM.

1

Pro cunctis fidelibus
in Te quiescentibus,
Te precamur, Domine,

2

Ut eorum animas
a tormentis eximas,
emptas Tuo sanguine.
Miserere miseris
dum iudex adveneris
stricto sub examine.

3

Non secundum merita
iudices praeterita,
sed da locum veniae,
Plus est necessaria
reis indulgentia
quam rigor iustitiae.

4

Sicut cervus properat
et fontem desiderat,
dum eum exasperat
metus mortis anxiae,
Sic anima cupiens
tendit ad Te sitiens,
Qui es indeficiens
fons misericordiae.

5

Huius rivi
fontis vivi
nos fecundent
et emundent
a peccati sanie,
Ut, peccatis
expurgatis,
nos absolvas,
et resolvas
quae gesta sunt impie.

6

Iesu qui es salutaris
et Salvator nuncuparis,
Cui misereri proprium,
exple Tuum officium :

7

Miseris propitieris,
nec peccata recorderis,
Nec inde redde mutuum,
sed dele in perpetuum.

8

Sint peccata
condonata,
et reatus
sit mundatus
Tua, Christe, gratia ;
Ut antiquus
inimicus
confundatur
et vincatur,
data reis venia.

9

In tremenda die irae
non permittas nos perire,
sed defunctis
in Te cunctis
des aeterna gaudia.
Sancti Dei, subvenite,
regni portas aperite,
ut intremus
et regnemus
vobiscum in gloria.

2 b tormentis eruas *Abrincen.* Toute cette Prose étant rimée avec le plus grand soin, nous croyons que le mot *eximas* s'impose, et nous le rétablissons.
7 a Miseris tu *Abrincen.*, fait un vers faux.

L'auteur de cette Prose semble avoir eu sous les yeux la pièce que nous avons publiée, n° 48 : *De profundis clamantes gemimus.*

218. DE SANCTA KATHERINA.

1

Triumphalis
O regina,
flos regalis,
Katherina,
specialis
medicina
sis aegrorum omnium ;
Quae tyrannum confudisti,
quae confusi convertisti
nuptam quae pro fide Christi
pertulit martyrium.

2

Quinquagenos oratores
et convincis et errores
horum solvens, contemptores
idolorum efficis.
Tu rotarum,
Virgo fidens,
erectarum
monstra videns,
robur harum
at allidens
diruis et deiicis.

3

Pro devotis vota fundis,
pro cruore lac effundis,
te in Sina de profundis
manus fert angelica.
Membris manans liquor datur,
aeger unctus quo salvatur ;
per te nobis largiatur
unctio Pneumatica.

2 k has allidens *Abrincen*,

219. IN NATIVITATE B. MARIAE.

1

Ab arce siderea
descendens lux aurea
Virginis in gremium,

2

Peccatorum abstulit
tenebras, et contulit
miseris remedium,
Cuius lucis radio
illustrata concio
gaudeat fidelium.

3

Haec nova lux Christus est,
in mundo qui natus est
pro salute gentium ;
Hinc Pater Ingenitus
praemisit divinitus
Gabrielem nuntium

4

" Ave ", dixit nuntius,
" ex te, Virgo, Filius
nascetur, pax, gaudium,
vita, salus omnium ;
Sine viri coitu,
plena Sancto Spiritu,
concipies Parvulum
qui salvabit populum."

5

Ut haec audit,
Virgo plaudit
et fideli
Gabrieli
verba reddit dulcia ;
Ait illa :
" Sum ancilla
Regis huius
defers cuius
mandata salubria.

6

Ut ancillae
mandat Ille,
fiam parens,
licet carens
coniugali copula. "
Ad haec verba
non superba,
Virgo prolem,
stella solem,
florem gignit virgula.

7

Ex Maria sic est natus
Rex Messias appellatus,
quem nasciturum cantica
praedixerunt prophetica.
Nobis ergo praesentatum
veneremur Regem natum,
qui natus nova gaudia
dedit, renovans omnia.

8

O Maria, vas pudoris,
nostri mater Salvatoris,
hac in die
Tu Messiae
servos reconcilia ;
Ut quos Ipse iam redemit
et Cruore Sacro emit,
prece tua,
nos ad Sua
perducat palatia.

9

Amen dicant omnia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 9437, Missel du xii[e] siècle, *B;* 904, Missel de Rouen, xiv[e] siècle, *U;* 10513, Prosaire du xiv[e] siècle, *V.* LONDRES : Mus. Brit., Add. 11414, Missel de Lincoln, vers 1400, *LH.* LIMOGES : Bibl. de la Ville, 17, Graduel de l'abbaye de Fontevrault, xiv[e] siècle, *LIT.*

1 b descendit *Ebroicen.* c in gremio *B. LIT.* . in uterum *U.*

2 c salutis remedium *Abrincen. Baiocen. Constantien.* 1557. d huius *Abrincen.* e illustrati (!) *U.*

3 a est manque dans *U.* d Sic Pater *Baiocen. Constantien.* 1557, *Ebroicen.* Hinc Pater, hinc Genitus *V.*

4 a Ave, inquit *Abrincen. Baiocen. Constantien.* 1557, *Ebroicen.* Ave dicit *V.* angelus *Ebroicen.* d vera salus *Baiocen.* salus gentium *V.* hominum *LH.* g concipies Filium *Constantien.* 1557. *Ebroicen.*, contraire à la rime. concepisti *LH.*

5 e reddit mitia *Abrincen. Baiocen. Constantien.* 1557. i cuius manque dans *U.*

6 La première partie de cette strophe manque dans *U.* k florem genuit *U. LIT.*, donne une syllabe de trop.

7 b Omnipotens humanatus *Constantien.* 1557, vers mal accentué. Rex caelorum humanatus *Baiocen.* et Creator fit creatus *Abrincen.* c quam (!) *Baiocen.* quem venturum *U.*, une syllabe manque. d praedixerunt prophetia *LIT.* f veneremus *U.* g qui nobis *LH.* natus est *U.* mundo gaudia *V.*

8 c in hac die *V.* c d die isto, Iesu Christo *Abrincen. Baiocen. Constantien.* 1557, *Ebroicen.* f Et quos *V. Abrincen.* Et nos *LH.* Ut quod *LIT.* quos plasmavit *LH.* g suo lavit *LH.* h prece pia *U.*, ne rime pas ; prece sua *V.* i perpetua *LH.* k perducat manque dans *LIT.* ad gaudia *LH.*

9 manque dans *U. LH.* Avant cette clausule finale on lit dans *Abrincen.* et *Baiocen.* :

Hoc det Eius gratia
qui regnat per saecula.

Ebroicen. donne aussi la même interpolation, mais il adopte *Haec* au lieu de *Hoc*.

220. DE SANCTO ROCHO.

1

Plebs Gallorum Cismontana,
sera capis aure sana
quem noverat Transmontana
sanctum pro medicina :
Flecte ramos superbiae,
orando Natum Mariae
quod per Rochum pestis dirae
subruat incommoda.

2

Confessorem peregrinum
Romam mittit tanquam dignum
Christus fortem et benignum
a Monte Pessulano,
Rochum summae medicinae,
quem sanitati pristinae
reddit, iuvante Numine,
crucis in auxilio.

3

O confessor Summi Regis,
serva servos tuae legis,
quos tu vides, scis, et legis
pestis ab incendio ;
Supplicantes nos conserva,
conservatos tunc commenda
Christo Iesu, ad habenda
sempiterna gaudia.

1 g ut per Rochum *Constantien.* 1557, plus correct, mais doit être rejeté comme une substitution postérieure.

2 a Confessor *Abrincen. Morinen.*

Le texte est identique dans *Ambianen. Baiocen. Briocen.* et *Constantien.* 1501.

MISSALE AD VSVM INSIGNIS ECCLESIAE MORINENSIS. Rothomagi, 1516.

1. In Nativitate Domini: ad primam Missam in gallicantu, Prosa: *Nato canunt omnia.* K.9.
2. „ „ in primo mane, Sequentia: *Eia, recolamus laudibus.* K.10.
3. „ „ in die, Sequentia: *Laetabundus exsultet.*[1] K.13.
4. In natali S. Stephani protomartyris, et in octava, si Dominica fuerit, Prosa: *Magnus Deus in universa terra.*[2] 81
5. In natali B. Iohannis evangelistae, et in octava, si Dominica fuerit, Prosa: *Gratulemur ad festivum.* K.404.
6. In natali SS. Innocentium, et in octava, si Dominica fuerit, Prosa: *Celsa pueri concrepent melodia.* K.348.
7. In die Epiphaniae, Dominica infra octavas, et in octava, Sequentia: *Epiphaniam Domino.* K.27.
8. In die sancto Paschae, in octava, et diebus Dominicis usque ad Ascensionem, Prosa: *Victimae Paschali.* K.83.
9. Feria secunda, Prosa: *Mane prima Sabbati.*[3] K.93.
10. Feria tertia, Prosa: *Zyma vetus expurgetur.* K.91.
11. Feria quarta, Prosa: *Lux illuxit Dominica.* K.89.
12. Feria quinta, Prosa: *Ecce dies celebris.* K.88.
13. Feria sexta, Prosa: *Salve, Crux sancta, arbor.* K.64.
14. Sabbato, Prosa: *Mundi aetate octava.*[4] 151
15. In die Ascensionis, Prosa: *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
 Dominica infra octavas et in octava, Prosa: *O Deus maris, poli, arvi.* K.116.
16. In festo Quinque Gaudiorum B. Mariae Virginis, Prosa: *Ante partum.* 221
17. In die Pentecostes, Prosa: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
18. Feria secunda, Prosa: *Laudes Deo devotas.* K.122.
19. Feria tertia et quarta, et Sabbato, Prosa: *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
 Feria quinta, Prosa: *Prophetas Tu inspirasti.* K.124.
20. Feria sexta, Prosa: *Lux iocunda, lux insignis.* K.128.

1 Item Dominica sequente, in die S. Silvestri, in Circumcisione Domini, in vigilia Epiphaniae, et in Commemoratione B. Mariae.

2 Item in Inventione eius.

3 Item in die S. Mariae Magdalenae.

4 Item in die S. Remigii et sociorum, et S. Aniani.

21. De Sancta Trinitate, Prosa: *Benedicta semper Sancta.*[5] K.139.
22. In die Sanctissimi Sacramenti, Prosa: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
23. De apostolis, Prosa: *Clare sanctorum senatus.*[6] K.369.
24. De evangelistis, Prosa: *Adoretur ille Deus.*[7] 222
25. De uno martyre, Prosa: *Laudem dicat chorus iste.*[8] 223
26. Plurimorum martyrum, Prosa: *Te martyres candidati.*[9] ... 224
27. De uno confessore, Prosa: *Isti sancto confessori.*[10] 225
28. De uno abbate et confessore, Prosa: *Laus iocunda, laus sollennis.*[11] 226
De uno confessore, Prosa: *Hic sanctus.* K.338.
Plurimorum confessorum, Prosa: *Mundi aetate octava.*[12] ... 151
„ „ „ *Hi sancti.* K.338.
29. Unius virginis vel plurimarum, Prosa: *Hodierna lux sollennis.*[13] 227
„ „ „ *Haec sancta.* K.338.
30. „ „ „ *Virgines egregiae.* K.478.
31. De S. Maximo, Prosa: *Plaude, felix et inclyta.* 228
Infra octavas, Prosa: *Ad tanti patris studia.* 228
32. De Sancto Andrea, Prosa: *Sacrosancta hodiernae.* K.401.
33. Eligii episcopi, Prosa: *Electum Eligium.*[14] 229
34. In octava S. Maximi, Prosa: *Congaudentes exsultemus et.* 230
35. Nicolai episcopi, Prosa: *Congaudentes exsultemus vocali.*[15] K.665.
36. In festo Conceptionis B. Mariae Virginis, Prosa: *Gaude, caelum, et laetare.* 231
37. In die S. Vincentii martyris, et in octava, Prosa: *Martyris egregii triumphos.* K.737.
38. In Conversione S. Pauli, Prosa: *Sollemnitas Sancti Pauli.*[16] Neale, 44.

5 Item in Transfiguratione Domini.

6 In die S. Thomae; S. Barnabae, si post Pentecosten; in Translatione S. Thomae; in die S. Sileae, S. Iacobi, S. Bartholomaei, et SS. Simonis et Iudae.

7 In die S. Marci, S. Iohannis ante Portam Latinam, S. Matthaei, et S. Lucae.

8 In die S. Blasii, S. Firmini, S. Livini, et S. Clementis.

9 In die SS. Fusciani, Victorici et Gentiani; in Inventione S. Firmini; in die SS. Fabiani et Sebastiani, SS. Gervasii et Protasii, SS. Iohannis et Pauli, S. Mauritii sociorumque eius, et SS. Crispini et Crispiniani.

10 In die S. Sansonis, et S. Germani; in Ostensione S. Hunfridi; in die S. Evurtii, et S. Brictii, si Dominica fuerit.

11 In die S. Wulfranni, si Dominica fuerit, S. Bertini, S. Hieronymi, et S. Winnoci.

12 In die S. Folquini; S. Ambrosii in tempore Paschali; SS. Philippi et Iacobi; S. Barnabae, si ante Pentecosten, S. Remigii sociorumque eius, et S. Aniani.

13 In die S. Agnetis, S. Agathae, S. Scolasticae, S. Walburgis et S. Ceciliae.

14 Item in Translatione S. Eligii.

15 Item in Translatione S. Nicolai.

16 Item in Commemoratione eius.

39. In Purificatione B. Mariae, Prosa: *Inviolata.*[17] K.283.
40. In Annuntiatione B. Mariae, Prosa: *Volens Deus hominem.* 232
41. In Inventione Sanctae Crucis, Prosa: *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
42. Basilii episcopi, Prosa: *Vox respondens moribus.* 233
43. Cyrici et Iulittae martyrum, Prosa: *Veni, Christe, caelitus.*[18] 234
44. In die S. Iohannis Baptistae, et in octavis, Prosa: *Christi Baptista.* 64
45. In die SS. Petri et Pauli apostolorum, Prosa: *Petre, summe Christi.* K.394.
46. Dominica infra octavas, Prosa: *Caeli solem imitantes.* K.371.
47. In Visitatione B. Mariae Virginis, Prosa: *Deum, Iesu Christi Patrem.* K.214.
48. In Translatione S. Martini, Prosa: *Archi summi praesulis.* 235
49. De S. Anna, matre Mariae, Prosa: *Mater Matris Domini.* 40
50. Ad Vincula Sancti Petri, Prosa: *Deo detur laus aeterna.* ... 236
51. In die B. Laurentii martyris, Prosa: *Stola iocunditatis.* K.625.
52. In die Assumptionis B. Mariae, Dominica infra octavas, et in octavis, Prosa: *A rea virga primae matris.* K.255.
53. Per octavas, Prosa: *Hodiernae lux diei celebris in.* K.202.
54. " " *Salve, Mater Salvatoris.* K.248.
55. " " *Mariae praeconio.* K.312.
56. " " *Ave, Virgo, Christi cella.* 237
57. De S. Ludovico, Prosa: *Regem regum veneremur et.* K.641.
58. In die S. Augustini episcopi, et in octavis, Prosa: *Interni festi gaudia.* K.502.
59. In Decollatione S. Iohannis Baptistae, Prosa: *Praecursoris et Baptistae.* K.360.
60. Egidii abbatis, Prosa: *Christo inclyto candida.* K.336.
61. In Nativitate S. Mariae Virginis, et in octavis, Prosa: *Alle caeleste.* 44
62. Per octavas, Prosa: *Verbum bonum et suave.* K.268.
63. " " *Lignum vitae quaerimus.* K.195.
In Exaltatione Sanctae Crucis, Prosa: *Salve, Crux sancta, arbor.* K.64; vel: *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
64. Audomari episcopi, Prosa: *Praeclari viri merita.* 238
65. In Inventione S. Maximi, Prosa: *Plebs ad laudes prompta.* 239
66. Michaelis archangeli, Prosa: *Ad celebres, Rex caelice.* K.168.
67. In Ostensione S. Maximi, Prosa: *Gloriosi praesulis.* 240
68. Dionysii sociorumque eius, Prosa: *Gaude prole, Graecia.* K.546.
69. In Dedicatione Ecclesiae, et in octavis, Prosa: *Gaude, virgo mater Ecclesia.* 241

17 Item in Missa de B. Maria ab Adventu usque ad Nativitatem Domini, si placet.

18 Item in die S. Hippolyti sociorumque eius.

221. DE QVINQVE GAVDIIS B. MARIAE.

1

Ante partum, et in partu,
et post partum, Virgo, par tu
nulli dici poteris ;
Nec est tibi par inventa :
Deo dedit alimenta
tui dulcor uberis.

2

Stella maris, vitae portus,
ex te verus Sol est ortus
et nostra redemptio ;
Tu vas Sanctae Trinitatis,
in te sedes Deitatis,
thronus Dei Filio.

3

Vas honoris, vas ornatum,
vas salutis, vas sacratum
incarnati Numinis,
Fons exivit ex te vivus,
panis vitae, pacis rivus,
splendor veri luminis.

4

Ex te natus est Messias,
omnes complens prophetias,
Gubernator saeculi ;
Iacob, David, Isaias
praecinerunt Eius vias,
et prophetae singuli,

5

Os tam dulce tu lactasti,
Cuius carne sumus pasti
et abluti sanguine,
Qui confregit portas mortis
Suos trahens, victor fortis,
ab inferni cardine.

6

Qui surrexit, victa morte,
caelo scandens, quo victor te
amplexatur dextera;
Te dotavit miro dono,
nam sub tuo lucent throno
luna, sol et sidera.

7

Certe caelo, terra, mari,
debes, Virgo, venerari
utrobique domina;
Exaltata supra caelos,
dulce tibi cantant melos
angelorum agmina.

8

Quam es dulcis et benigna,
quam sis omni laude digna
quam praeclari meriti
Cor non potest cogitare,
neque lingua explicare
quot honores debiti.

9

O Maria, Christi Mater,
quam elegit Deus Pater,
ave, plena gratia,
Tuum natum ora Christum,
ut coronet chorum istum
in perenni gloria.

Cette Prose se lit dans BALINGHEM, *Parnassus Marianus*, 1624, p. 210.

2 d Tuba sanctae *BALINGHEM*.
4 e praecinuerunt *Ambianen. Morinen.*, fait un vers faux.
6 e lucet *Ambianen.*
8 b quam es *BALINGHEM*. e replicare *Morinen.*

222. DE EVANGELISTIS.

1

Adoretur ille Deus
quem Iohannes, quem Matthaeus,
Lucas, Marcus praedicant;
Quorum formas aquilina,
homo, bos et leonina
per figuras indicant.

2

Actus, dicta, signa Christi,
vitam, mortem scribunt isti
speciali gratia:
Aquila de Numine,
et homo de homine
tractant evangelia;

3

Taurus notat passionem,
leo resurrectionem:
haec sunt specialia;
Idem fons, sed rivuli
diversi, dum singuli
quaedam dicunt propria.

4

Arcet, fugat daemones
per diversos canones
eadem materia;
Sanat, docet, reficit
doctrina quos afficit.
quaeque pestis varia.

5

Dum caelorum sonat caelis,
quatuor Ezechielis
cantant animalia;
Dulcis sonus, dulcis nota,
notat rotae mixta rota
fidei mysteria.

6

Supra legis documentum
eliquatur hinc frumentum
unde fluit simila,
Quae nos pane pascit eo
quo pascuntur isti, leo,
homo, bos et aquila.

7

Adstant isti circa thronum,
haurientes verbum bonum,
Verbi sapientia;
Quorum verbum nos conducat
in salutem et perducat
ad aeterna gaudia.

223. DE VNO MARTYRE.

1

Laudem dicat chorus iste
Tibi, Pater, Tibi, Christe,
Tibi, Sancte Spiritus;
In hac die, nostris festis
adsis, et hic tuus testis
inter sanctos inclytus.

2

Hic, aetate iam crescente,
sanctus verbis, sanctus mente,
sanctus in operibus,
Praedicavit cum virtute,
nullum timens, semper vitae
fidem infidelibus.

3

Fustes sprevit vir insignis,
famem, sitim, aestum ignis,
ferrum et supplicia;
In quem tortor quo plus saevit,
plus tormenta cuncta sprevit
martyris constantia.

4

Hunc pro vera Christi fide
morti tradunt homicidae:
sic transit ad gaudia.
Cunctis spretis poenis mortis,
caelum intrat miles fortis,
cum summa victoria.

5

Miles Christi gloriose,
concordantes isti prosae
Christo reconcilia,
Ut post cursum huius vitae
nos coronet Christus, qui te
Sua replet gloria.

224. DE MARTYRIBVS.

1

Te martyres candidati
laude nunquam fatigati
semper laudant, Domine;
In hac die qui recepti
sunt in caelum, et erepti
de mundi voragine.

2

In duello duplici
gaudent sibi subiici
mundum et daemonia
in dupla victoria;
Corde stantes simplici
nunquam possunt deiici,
neque per supplicia
nec per ulla vitia.

3

Dum tormenta sunt perpessi
nunquam poenis erant fessi,
semper Christum sunt confessi,
respuentes idola;
Carceribus mancipati
sunt gladiis decollati
et in caelis coronati
virginum aureola.

4

Sunt in caelis et laetantur,
Deum vident et mirantur
miranda laetitia,
et videndo satiantur
Dei satis gloria;
Per quos Christum deprecamur
quod nos hic qui congregamur
in Dei praesentia,
vera vita perfruamur
dicentes: Alleluia.

225. DE VNO CONFESSORE.

1

Isti sancto confessori
angelorum sancti chori
occurrerunt obviam,
In hac die quando sursum
fuit post hunc vitae cursum
adsumptus ad gloriam.

2

Hic ab omni carus gente,
sanctus verbis, sanctus mente,
sanctus ab infantia,
In quem mansit Elisaei
praedicando verbum Dei
spiritus et gratia;

3

Hic in omni sua vita
vixit sicut eremita,
pater abstinentiae,
Desperantes confortabat
et errantes revocabat
ad viam iustitiae.

4

Pastorale pastor bonus,
sed invite, sumpsit onus,
honoris impatiens,
Gregem Dei bene pavit
et aegrotos liberavit,
daemones eiiciens.

5

Morbos pellens et languores,
laudes spernens et honores,
tendens ad caelestia,
Sic componens suos mores
ad caelestes vadit fores,
intrans cum laetitia.

6

Te precamur, pastor bone,
actus nostros sic compone
quod spernamus vitia,
Et mundemur a peccatis,
et vivamus cum beatis
in caelesti patria.

3 1 vitam *Morinen.*

226. DE VNO ABBATE ET CONFESSORE.

1

Laus iocunda, laus sollennis,
laus praeclara, laus perennis,
detur Regi gloriae,
A quo sanctus hic fidelis
laetabundus est in caelis
sublimatus hodie.

2

In timore Dei fixus,
super Ipsum est innixus
amore caelestium;
Gregem suum bene rexit,
pro quo Deus hunc provexit
ad caeli palatium.

3

Legi parens hic divinae,
regulari disciplinae
se suosque subdidit;
Per hoc salis condimentum,
suae domus fundamentum
supra petram condidit.

4

Morbos curans et languores,
sublimatus ad honores
migrat ad caelestia;
Qui pro nobis deprecetur,
ut per ipsum nobis detur
peccatorum venia.

227. DE VIRGINIBVS.

1

Hodierna lux sollennis
nos ad gloriae perennis
invitat convivia,
In qua chorus virginalis
ad psallendum specialis
celebrat sollemnia.

2

Gaudiorum Virgo Mater,
cuius filius est pater
habet privilegia;
Quaeque virgo collaetatur
et in Christo gloriatur
tota caeli curia.

3

Ave, virgo, cuius festum
sacrosanctum et honestum
recolit Ecclesia;
Gerens vas illuminatum
oleumque praeparatum
Sponso gaudes obvia.

4

Imprudenti non intrante,
introisti, currens ante,
patrem sequens filia;
Sic ingressa caeli chorum
rosas habes circa torum,
violas et lilia.

5

Virgo prudens, virgo munda,
peccatores nos emunda
ab omni spurcitia;
Emundatos nos commenda
Sponso Christo *ad habenda*
sempiterna gaudia.

4 d caeli quorum *Morinen.*
5 d e f Ces vers sont empruntés à la Prose : *Verbum bonum et suave.* K. 268.

228. DE SANCTO MAXIMO.

1

Plaude, felix et inclyta
Virgo Mater Ecclesia,
Christo sponso dulcissona
laudum depromens carmina ;

2

Qui martyrum purpurea
te coronat victoria,
Et illustrat perspicua
confessorum per lumina.

3

Inter quos fulsit caelica
praesul Maximus gratia,
Festa cuius insignia
solaris reddit orbita.

4

Hic ortus ut lux aurea
mundi contempsit florida,
Adprime philosophica
hausit fluenta trifida.

5

Post, mundi linquens omnia,
iura subit monastica,
Ob vitae sibi merita
praesulis datur infula.

6

O Summi Regis gratia,
O sancti viri gloria!
Redduntur caecis lumina,
aegrotis et remedia ;

7

Ad eius precem mortua
vitam resumunt corpora,
Nam sua libens munia
acceptat Christi gratia.

8

Stat miles ad certamina,
zabuli frangit spicula,
In cuius mente placida
virtutum flagrant balsama.

9

Signo crucis navicula
disparuit fantastica ;
Sed quis eius magnifica
cuncta dicat miracula?

10

Ad tanti patris studia
pullulat plebs monastica,
Et sub Christi militia
castra florent insignia,

11

Ut Iacob tabernacula,
et Israel tentoria,
Ut cedrorum plantaria,
fluenta prope limpida.

12

Post signorum magnalia
et virtutum insignia,
Carnis deponens onera
sanctus conscendit aethera.

13

Ubi gaudet mirifica
Creatoris praesentia,
In angelorum curia
per festa immortalia.

14

Audi, pater, humillima
filiorum praeconia;
Tua dulcis custodia
nobis adsit per omnia.

15

Fac, ut praesens familia,
inter sanctorum millia,
Qua frueris perpetua
tripudiet in gloria.

16

Et caelesti symphonia
Deum laudet per saecula.

1 d depromis *Morinen.*

229. DE SANCTO ELIGIO.

1
Electum Eligium
laudet hoc collegium,
una vox ad ligium
omnium pandatur,
Qui matris in gremium,
aquilae per nuntium,
magnus ad obsequium
Christi nuntiatur.

2
Lemovicas patria
fuit huic, quem Gallia
doctoris peritia
fabrum fecit auri;
Mox regis in curia
fabricat eximia
prius ad obsequia
custodis thesauri.

3
Cubans in cilicio
didicit in somnio
sua quod afflictio
Deo fit accepta;
Ab eius nam pallio
balsami perfusio
fragrat, quae mysterio
caput est adepta.

4
Hic se pro pauperibus
spolians foeneribus,
inhians operibus,
regibus fit gratus,
Horumque muneribus,
fabricatis domibus,
monachos redditibus
ditat vir sacratus.

5
Tricentena concio
virginum coenobio
datur ab Eligio
miris coruscante;
Adest nam praesidio
suo monasterio,
ne detur incendio
flamma circumstante.

6
Erogando proprium
vacuat marsupium,
quod super hunc nescium
replet Actor lucis,
Cotilorum hunc trium
vino sitientium
sitim sedat plurium
signo facto crucis.

7
Miris tot extollitur:
claudis gressus redditur,
paralisis tollitur
eius prece pura;
Vitae restituitur
mortuus, atteritur
daemon et eiicitur;
praedixit futura.

8
Praefulgens Parisius
sacer hic Eligius
praesul est eximius,
post Noviomensis;
Pudicus et sobrius,
prudens, humilis, pius
Audoenus socius
fit Rothomagensis.

9
Vivit aeternaliter
exspirans carnaliter;
scit eius qui nequiter
tumbam blasphemavit;
Oret ergo iugiter,
et misericorditer
nobis praeparet iter
morte Qui nos lavit.

1 a Delectum *Morinen.* 1518 et 1523.
4 b foederibus *Morinen.*, n'offre pas de sens.
6 g plurimum *Morinen.* Toute cette fin de strophe est corrompue.
7 o paralisus *Morinen.*

230. DE SANCTO MAXIMO.

1

Congaudentes exsultemus
et beatum collaudemus
omnes una Maximum ;
Huic psallentes confessori
ab utraque parte chori
concordemus plurimum ;

2

Quia noster est patronus,
concors fiat oris sonus
et mentis devotio ;
Nihil habens in se triste
expendatur dies iste
in eius praeconio.

3

Ab aetate iuventutis
vas effectus est virtutis,
vas caelestis gratiae,
Sacris vernans institutis,
verbum vitae et salutis
propinans Ecclesiae.

4

In draconem transformatus
vomens daemon ignis flatus,
exterrere voluit ;
Signo crucis sed protectus
sanctus signat suum pectus,
et draco disparuit.

5

Fictae navis notat fraudem,
daemon ei dum dat laudem
in humana specie ,
Infinitos tot conflictus
Christi miles fert invictus,
superat egregie.

6

Eius nota sanctitate,
in Regensi civitate
pontifex eligitur ;
Reformidat pastor bonus
tantae dignitatis onus,
sed invitus trahitur.

7

Morbos sanat et languores
et informat bonos mores
coruscans miraculis ;
Prece curat sauciatos,
suscitat tres morti datos,
visum reddit oculis.

8

Flatu suo canis perit,
sanat quem bos cornu ferit
tactu manus propriae ;
Propter famam tot signorum
fit concursus infirmorum
totius provinciae.

9

Cum sic eius fama crescat,
vana laude ne tumescat
exsulat a patria ;
Terram petit Morinorum,
ibi migrat, angelorum
transit ad consortia.

10

In excelso laus auditur,
aer vernis insignitur
respersus odoribus ;
Mox a clero convenitur,
sanctus praesul sepelitur
cum dignis honoribus.

11

Quidam pater flens precatur
sancti corpus ut tangatur
a defuncta filia :
Tangit, statim suscitatur,
patris planctus terminatur
absorptus laetitia.

12

O tot praesul meritorum
hunc psallentem tibi chorum
Christo reconcilia ;
Mores nostros sic compone
ut in actu vel sermone
non subrepant vitia.

1 d Hinc *Morinen.*
4 e signa *Morinen.*
5 e miles eris invictus (!) *Morinen.*
12 b psallente *Morinen.*

231. IN CONCEPTIONE B. MARIAE.

1

Gaude, caelum, et laetare,
psalle terra, plaude mare,
Deum laudent omnia;
Nam Creator creaturae
ab antiquo pacis fure
vult auferre spolia.

2

Ad Ioachim hic fidelem
et ad Annam Gabrielem
summum misit nuntium;
Erant enim ambo iusti
continentes et robusti
contra quodque vitium.

3

Quibus sui visione
perterritis, hoc sermone
contulit solatium:
"Vestras preces, vestrum votum
Deus novit, nunc amotum
est vestrum opprobrium.

4

Vos cum sitis infecundi,
laeti sitis et iocundi:
invenistis gratiam;
Non fraudati vestrae spei
cum timore sancto Dei,
vos gignetis filiam,

5

In utero suae matris
illa Sancto Dei Patris
Spiritu replebitur;
In ventre sanctificata
statim cum haec erit nata
Maria vocabitur.

6

Pare carens, in exemplo,
die, nocte, Dei templo,
mancipata serviet;
Hauriendo caeli rorem,
Iesum, mundi Salvatorem
ipsa virgo pariet."

7

Nunc accendit omnem sexum
gaudiorum per amplexum
Mariae conceptio,
Quae a Deo praeelecta
Christi Mater est effecta
tali vaticinio.

8

Ergo Matrem Salvatoris
fides cordis et vox oris
exaltet in iubilo.
Per quam Christus [Suos solvat
a peccatis, nec] involvat
in poenarum nubilo.

Cette Prose se lit dans BALINGHEM, *Parnassus Marianus*, 1624, p. 30.

2 c suum misit *BALINGHEM.*
7 f tibi vaticinio *Morinen.*, n'offre aucun sens. Nous corrigeons *tali*, conformément à l'édition de 1523. *BALINGHEM* a corrigé *fido.*
8 La fin de cette strophe est corrompue dans *Morinen.* On y lit textuellement:

Per quam Christus nos involvat
in poenarum nubilo,
sed perenni perfruamur gaudio:

ce qui est une double contradiction. Le dernier vers d'ailleurs n'offre ni rime ni

rythme. Nous le considérons comme une superfétation. *BALINGHEM* a corrigé ainsi :

Per quam Christus non *involvat*
nos *poenarum nubilo,*
sed perenni perfruamur
sempiternoque *gaudio.*

Son dernier vers est faux, ne rime pas, et sa strophe n'a plus de parallélisme.

232. IN ANNVNTIATIONE DOMINICA.

1
Volens Deus hominem
liberare perditum,
praemisit ad Virginem
Gabrielem inclytum ;
Angelus qui mittitur
cum splendore luminis,
thalamum ingreditur
speciosae Virginis.

2
" Ave, " inquit, " gratia
plena, tecum Dominus. "
Virgo simplex et pia
est turbata protinus :
" Maria, ne timeas,
electa prae omnibus,
benedicta gaudeas
tu in mulieribus.

3
Sanctus in te Spiritus,
de quo tu concipies,
condescendet caelitus
atque virgo paries ;
Tu Deum et hominem
habebis in filium,
in cuius originem
mors perdet imperium.

4
Hic Iesus vocabitur,
Filius Altissimi,
regnum Illi dabitur
David fidelissimi ;
In Iacob familia
regnabit sublimiter,
cuius regni gloria
stabit aeternaliter. "

5
Huic Virgo affamini
respondit humiliter :
" Ancilla sum Domini ;
sic sit, et non aliter. "
Mox Deus ingreditur
in ipsam feliciter,
et praegnans efficitur
Virgo mirabiliter.

6
Ave, clausum, unicae
Deitatis ostium,
Trinitatis deicae
thronus et triclinium,
Ave, per quam saeculo
pax venit et gaudium,
cuncta tibi sedulo
faciant inclinium.

7
Per aurem concipiens
veri solis radium,
nihil mali sentiens
paris Virgo filium ;
Natum in praesepio
ponis animalium,
qui caret principio
Creatorem omnium.

8
Audi, Mater Domini,
de caelorum apice,
huic adstantes carmini
miserando respice ;
Imperatrix gloriae,
nos a malis eripe,
Fons misericordiae,
ave nostrum suscipe.

9
Ave, ave, ave.

2 b Dominus tecum *Morinen.*
7 b viri *Morinen.*

233. DE SANCTO BASILIO.

1
Vox respondens moribus
magnum magnis laudibus
attollat Basilium,

2
Qui doctrina celebris,
ut lumen de tenebris,
emersit gentilium ;
lucens et illuminans,
verbum vitae seminans
delet dogma devium

3
Non renatis gratiae ;
studet abstinentiae,
sequens castimoniam ;
Nil terrenum diligit
puros sensus dirigit
in omnem iustitiam.

4
In fervore spiritus
docens doctus caelitus
Doctum trahit Eubolum
ad salutis symbolum.

5
Qui dum sibi desipit
et in Deum resipit,
Datur tanto rhetori
Christo posse commori.

6
O quam dignum
lucis signum
demonstratur,
dum lavatur
in aqua Basilius :
Aquam movet,
sanctum fovet
plausu blando,
revolando,
columba sublimius.

7
Gregis rector
et protector,
hic profanis
Arianis
resistens instantius,
Iram regis
non veretur,
Dei legis
dum tuetur
decreta constantius.

8
Suis verbis consecrare
Sanctum volens, videt clare,
Sibi Christi praesentiam
dans reserandi gratiam.

9
Dum ministrat cum tremore,
dulces modos in splendore
Modulantes apostoli
demulcent aures Euboli.

10
Omni plenus sanctitate,
dignus Dei claritate,
consummatur,
et beatur
cum sanctis in gloria.
Nos adstantes tuae laudi,
magne pater, pius audi,
ut, te duce,
vera Luce
fruamur in patria.

11
Amen dicant omnia.

1 b magnus laudibus *Morinen.*
8 b sanctam *Morinen.*
10 d et beatus *Morinen.*

234. DE SS. CYRICO ET IVLITTA.

1

Veni, Christe, caelitus
et emitte Spiritus
Sancti Tui *radium*,
Per horum suffragia
quorum sunt sollemnia
da nobis auxilium.

2

Iusta lege mutui
vivunt, pro Te mortui,
cum sorte viventium,
Caeli lege perfrui
tradidit exigui
temporis martyrium.

3

In agone positi
tormentis expositi
manibus nocentium,
Nec horrorem carceris
nec cuiusque generis
timuerunt gladium.

4

Isti pro Te, Domine,
et pro Tui nomine
passi sunt exitium,
Fortes tui milites,
paupertate divites,
in regno caelestium.

5

O vos testes Domini
vocare dignemini
hoc nostrum consortium
Ad *virtutis meritum*,
ad *salutis exitum*,
ad *perenne gaudium*.

Imitation du *Veni, Sancte Spiritus*. Nous indiquons par des italiques les emprunts textuels.

235. DE SANCTO MARTINO.

1

Archisummi praesulis
in Martini titulis
gaudet orbis orbita,
Cuius canunt hodie
per mundum ecclesiae
tam praeclara merita.

2

Natus in Pannonia,
altus in Italia,
patronus in Gallia ;
Sanctus ab infantia,
mundus in militia,
miles contra vitia.

3

Partem sui pallii
caesi ferro gladii
nudo dedit obvio :
Qua tectus apparuit
Christus, dicens : " Induit
Me Martinus pallio. "

4

In latrones incidit,
per hunc latro credidit,
illico Christicola ;
Rediit in patriam,
matri confert gratiam,
pater colit idola.

5

In tribus ecclesiis,
diversis litigiis,
Martinus eligitur;
Tandem, Dei gratia,
praesul in Turonia
repugnans efficitur.

6

O quam felix civitas
cuius haec sollemnitas,
O quam felix patria!
Cuius patrocinio
pollet et auxilio
meritis et gratia.

7

Hos curat a febribus,
illos a daemonibus,
currunt paralytici;
Salus datur omnibus
qui sunt tacti manibus
spiritalis medici.

8

Fusis Deo precibus,
cum lacrymis dulcibus
mortuos tres suscitat;
Hic in carne positus:
eius semper spiritus
in supernis habitat.

9

Veste data pauperi,
empto panno veteri,
se Martinus induit;
Dum sacrat mysteria
Christus nuda brachia
caelitus operuit.

10

Omnes fugat haereses,
visitans dioceses
dat pacem ecclesiis;
Mox accensus febribus,
iacens in cineribus,
indutus ciliciis,

11

Oculis ac manibus
atque totis viribus
in caelum erigitur;
Satan torpet otio,
nam Abrahae gremio
Martinus excipitur.

12

Te, Martine, petimus;
quod si petis, ibimus
ad caeli palatia;
Ergo tuis precibus
detur nobis omnibus
peccatorum venia.

2 b alitus *Morinen.*, fait un vers faux.

236. AD VINCVLA SANCTI PETRI.

1

Deo detur laus aeterna
in sollemnitate hodierna,
In qua Petrus a catenis
est liberatus et a poenis.

2

Rex Herodes Iacobum occiderat
ut placeret Iudaeis
Apostolumque Petrum ligaverat
in catenis ferreis.

3

En angelus adest, Dei nuntius,
Petrum solvens, quem ligarat impius;
dormientis percusso latere
dixit ei: "Festina surgere"

4

In carcere subintrante angelo
lux effulsit in carceris angulo,
apostoli dirumpens vincula
et portarum [frangens] obstacula.

5

Sic angelus hunc eduxit
et in urbem laetum induxit
Sic delusus est Herodes
et milites Petri custodes.

6

Tunc angelus hunc dimisit;
Petrus fratres mox invisit;
Viso Petro, apostoli
gaudent, factores symboli.

7

Gratulantes
atque dantes
Domino gloriam,
Propter suam
mellifluam
misericordiam.

8

Audi, Petre, firma petra
ab inferni via
nos retrahe, et absolve
divina gratia;
cui ligandi et solvendi
data est potentia;
Tibi Deus ire dedit
desuper aequora,
et omnium infirmorum
sanare corpora,
aperire et claudere
caelestia palatia.

9

Petre, palmes verae vitis,
nos absolve, pastor mitis
ab omni spurcitia;
Nos absolve nosque munda
nosque perduc ad iocunda
sanctorum consortia.

10

Ut semper nos gaudeamus
cum Christo in gloria
et cantemus Alleluia.

4 d Un mot de deux syllabes est tombé de ce vers. Nous rétablissons *frangens*.
5 b laetum duxit *Morinen.* rompt le parallélisme.
7 c Deo *Morinen.* fait un vers faux.
8 h super aequora *Morinen.* une syllabe manque.
10 La dernière strophe de cette Prose, assez peu régulière de rythme, est probablement corrompue.

237. DE SANCTA MARIA.

1

Ave, Virgo, Christi cella,
Iesse virga, maris stella,
nobile triclinium,
Favus stillans lac et mella,
Moysique tu fiscella,
lilium convallium.

2

Tu thalamus aethereus,
tu sapor es nectareus,
egenos reficiens;
Ex te verus sol processit
splendor cuius non marcescit:
est nam indeficiens.

3

Gaude, Virgo virginum,
salve, salus gentium,
gignens Deum hominem;
Beata puerpera,
tua lactant ubera
miserorum pugilem.

4

Flamma rubus uritur,
nondum tamen laeditur
ignis hic incendio;
Virgo parens creditur,
nec ipsa corrumpitur
tali puerperio.

5

O regina, tuas totum
nequit laudes cor devotum
gratulando canere,
Gabrielis credidisti
dictis, Christum concepisti :
digna res memoriae.

6

Contra carnis documentum
enixa es alimentum
congruum fidelibus,
Pascens omnem creaturam
carnem panis sub figuram
ministrans credentibus.

7

Adsta, Virgo, circa thronum,
pro nobis loquaris bonum
exorando Filium ;
Ut nos solvat a peccatis
collocetque cum beatis
in aeternum gaudium.

2 Une interversion s'est produite dans *Morinen.* entre les différentes parties des strophes 2 et 3. On y lit : *Tu thalamus* .... *Gaude, Virgo* ..... *Ex te verus* ... *Beata puerpera.* Or la rime *indeficiens* doit correspondre à *reficiens*, et *pugilem* à *hominem.* Nous rétablissons donc une disposition qui est évidemment la vraie.
4 b luditur *Morinen.*

238. DE SANCTO AVDOMARO.

1

Praeclari viri merita
laude canamus debita,
Nunc festa cuius inclyta
anni reduxit orbita.

2

Audomarus, egregiae
puer adolescentiae,
Monachorum consortia
petens, reliquit propria.

3

Fama iam eius optima
replebat loca plurima,
Nam in divinis laudibus
instabat horis omnibus.

4

In urbe Teruanensium
est factus pastor ovium,
Ex qua per fidem symboli
cultum destruxit idoli.

5

Per hunc in tota patria
fulsit divina gratia,
Fomes erat egentium,
aegris salus et gaudium.

6

Iuvenis inobediens
se contulit navigio,
Quem sanctus praesul dormiens
eduxit de naufragio.

7

Quo pausans die iacuit
lumen in nocte claruit,
Et quo fecit basilicam
per lucem novit caelicam.

8

In terra figens baculum
fontis eduxit rivulum,
Baptismo caecos abluit
quibus visum restituit.

9

Grave carnis incendium
spinis extinxit veprium,
Missam diebus singulis
caecis dicebat oculis.

10

Post virtutum insignia
caeli petivit gaudia,
Odorem statim nimium
nares senserunt omnium.

11

O felix illa civitas
quam rexit patris sanctitas ;
Quam felix de praesentia
est ipsius ecclesia !

12

Felix castrum in populis
notum per nomen praesulis ;
Nunc in eius praeconio
tota laetetur regio.

13

Ergo laus sit Altissimo
pro praesule sanctissimo,
Cuius fulti suffragio
caeli fruamur gaudio.

Manuscrit. Saint-Omer : Bibl. de la Ville, Missel de Saint-Omer, fin du xvi[e] siècle, *S-OD*.

1 c festo *Morinen.*
3 a eius iam *S-OD.*
4 b factus est *S-OD.*
5 a Flandria *S-OD.*
6 b surripit *S-OD.*

239. DE SANCTO MAXIMO.

1

Plebs ad laudes prompta plaude,
digne lauda dignum laude
inter magnos Maximum ;
Per quem patrem et patronum
possidere possis thronum
vitae lucidissimum.

2

Te virtutum lux accendat
ut commendes quem commendat
commendanda novitas ;
Anni novi, sed annorum
novitatem mira morum
castigat maturitas.

3

In Regensi rector urbe
carus clero, carus turbae,
clarus signis habitat:
Cornu bovis iugulatum,
morsu canis suffocatum,
aliosque suscitat.

4

Perit canis exsufflatus,
visus viget caecis datus,
convalescit saucius ;
Sanitatem sic adeptus
gaudet aeger, sed deceptus
latro furit impius.

5

Ergo tantae bonitatis
pastor, pande veritatis
gregi tua viscera,
Interventu sanctitatis
nos purgatos a peccatis
et a poenis libera.

240. DE SANCTO MAXIMO.

1

Gloriosi praesulis
sit festiva singulis
dies Sancti Maximi,
In qua cum praeconio
facta est ostensio
viri praeclarissimi.

2

Quo in altum posito,
stella magna subito
super ipsum claruit,
Quae cum solis radio
cunctis, die medio,
rutilans apparuit.

3

Stella Christum parvulum,
stella Christi famulum
declaravit populo :
Illa mundi Dominum,
haec doctorem hominum,
cum magno miraculo.

4

Ostendit stella tribus
Orientis regibus
ortum Regis gloriae ;
Sic tribus praesulibus
sanctum elevantibus
stella fulsit gratiae.

5

Tres viri magninomi
praesulis Noviomi,
Ambianis, Morini,
Dum portant reliquias,
visa stella, gratias
plebs dat Summo Numini.

6

O vir magni meriti
cuius actus inclyti
declarantur sidere,
Apud Deum obtine
nos in Christo lumine
semper tecum vivere.

241. IN DEDICATIONE ECCLESIAE.

1. Gaude, virgo mater Ecclesia,
2. Christo quae nuptiali copula

3. Hodie foederaris, dote sempiterna,
4. Decoris stola et immortali gloria.

5. Haec est illa a finibus terrae veniens regina,
6. Voluptatum terrenarum deserendo illecebras,

7. Ut Salomonis verba audiat magnifica,
8. Vitae monita pie sectando sublimia ;

9. Haec est illa aureo virtutum amictu decorata,
10. Dei dextrae assistens regina, cuius ab intus gloria.

11. Quam Deus alloquendo : " Audi, " inquit, " filia,
12. Domum patris abnega, mundo abrenuntia.

13. Ut serveris actu et mente virginea
14. Placet decor, placet speciositas tua. "

15. O admiranda, O praedicanda Dei gratia !
16. O largitatis, O pietatis abundantia !

17. Humana Christo in sponsam copulatur anima ;
18. Iam quidem unum, non duo, Christus et Ecclesia.

19. Semper regnatura cum Ipso in caeli gloria,
20. Fruens iocunditate felici iam in saecula,

21. Cum Deus erit in omnibus omnia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 10508, Tropaire de Saint-Évroult, xii[e] siècle, *R;* 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiii[e] siècle, *T;* 1101, Missel de l'abbaye de Saint-Amand, xiii[e]-xiv[e] siècle, *U;* 9445, Missel des Cordeliers, xv[e] siècle, *Y.* ARRAS : Bibl. de la Ville, 437, Graduel de Saint-Vaast, xiii[e] siècle, *ARA ;* 444, Prosaire de Saint-Vaast, xiii[e] siècle, *ARB.* LONDRES : Mus. Brit., 2 B IV, vers 1140, *LB.* OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA.* CAMBRIDGE : Corpus Christi Coll., 473, Tropaire de Winchester, xi[e] siècle, *CCC.*

Cette Prose a été publiée par W. G. HENDERSON dans l'édition du Missel de York, imprimée aux frais de la Surtees Society, à Leeds en 1874,

2 Christoque *T. Y. Atrebaten.* 1517, *Tornacen. Praemonstraten.*
3 Domino foederaris *R. T.*
4 Decori *Tornacen.* immortalis *Atrebaten.* 1517. immortalitatis *Y.*
6 Voluptatem (!) *Atrebaten.* 1517. terrarum *Morinen.* respuendo *OA. CCC. Morinen.*
7 mirifica *ARA.*
8 Christi monita *U. ARA. ARB. OA. CCC. Atrebaten.* 1517, *Morinen. Tornacen.* Christo monita *Y.* Ipsi monita *Praemonstraten.* amplectendo *U. ARA. ARB. OA. CCC. Atrebaten.* 1517, *Morinen. Praemonstraten.* amplexando *Tornacen.* complecto (!) pour complectendo *Y.*
9 Haec et illa *LB. OA. CCC.* aurea *Atrebaten.* 1517.
10 Dexterae Dei *Tornacen.* dexterae *ARB. Praemonstraten.* abitus *Atrebaten.* 1517. est gloria *HENDERSON.*
12 abrenuntians *OA. CCC.*
13 actis *HENDERSON.*
14 et placet *Y.*
15 admirando (!)...... praedicando (!) *Atrebaten.* 1517.
16 O pietatis, O largitatis *ARA.* abundantia manque dans *Y.*
17 Humano *Tornacen.* in sponsa *OA. CCC.* sociatur anima *U. Tornacen.* On lit à la suite de cette clausule : caritatis copula dans *U. Atrebaten.* 1517, *Morinen. Tornacen. Praemonstraten.* caritas copula *Y.*
18 Nam *ARA. Praemonstraten.* Iam inquam unum *R. T. LB.* Iampridem *HENDERSON.* Christus est *T.* On lit à la suite de cette clausule : sponsa Christi unica, dans *Atrebaten.* 1517 ; sponsa Sponsi unica, dans *U. Y. Morinen. Tornacen.;* et sponsa Sponsi unita dans *Praemonstraten.*
19 Regnatura Secum et ipsa in caelesti *U. Y. ARA. ARB. OA. CCC. Atrebaten.* 1517, *Morinen. Tornacen. Praemonstraten.* curia *Atrebaten.* 1517, *Tornacen.*
20 aeterna cuncta per saecla *OA. CCC.* iocunditatis feliciter in gloria *Atrebaten.* 1517.

242. DE BEATA MARIA.

1

Gaude, rosa, salus mundi,
te laudamus laetabundi
regnantem in patria;
Totus orbis hilarescat
et virtutis ardor crescat
in tui memoria.

2

Mater Dei, fax amoris,
lux doctrinae, sal dulcoris,
Virgo, mons iustitiae,
Thalamus es Salvatoris,
sola fructus es odoris,
caro carens carie.

3

Et quid ita dices dignum?
angelicum videns signum,
eius sub admonitu,
Credit plane veritatem
et concepit Deitatem,
Sancto plena Spiritu.

4

Super omnes ornamento
munda est et humilis;
Ex conceptu sub momento
alvus tumet Virginis.

5

In senectute gravida
Elisabeth quaeritur,
infans gaudet, Dei virtus
ab utroque solvitur.

6

Tempus partus dum finitur
Bethleem Christus nascitur
potestate libera;
Evae culpa tunc deletur,
prophetia adimpletur:
Virgo fit puerpera.

7

Visa stella, per donorum
species, claret Magorum
fides necessaria;
Nam personam signant unam,
sed nec tacent opportunam
naturae distantiam.

8

Templo Natus praesentatur,
senis ulnis baiulatur,
fit legis impletio:
"Nunc dimittis" tunc cantatur,
orbis et illuminatur,
digna res praeconio.

9

Virga Iesse, decus mundi,
mentis pressae spes, profundi
limes, vota gemebundi
cordis audi, Domina.
Solve moles et excusa
sicut soles, ne confusa
sit mens nostra, sed exclusa
a mundi versutia.

10

Fons hortorum appellaris
es et stella dicta maris
atque portus salutaris,
luna sine nubilo.
Tu pigmentis suavior
cunctisque rosis gratior
omnique luce clarior
Deum gestans gremio.

11

Te laudantes
et mirantes
pulchrae Sion filiae,
illustrari
et ornari
tua gaudent specie;

12

Te decoram
ut auroram
universi proferunt,
te electam
et perfectam,
te reginam asserunt.

13

Virgo lenis,
nos a poenis
salva gehennalibus,
nec substerni
nos inferni
sinas cruciatibus.

14

Noxas dele
parentelae
nostrae tuis precibus,
et da cunctis
nobis iunctis
frui bonis omnibus.

Cette Prose se lit dans BALINGHEM, *Parnassus Marianus*, 1624, p. 271.

3 b vides *BALINGHEM*.
4 b es *Morinen*.
5 a Vers sans rythme. Faudrait-il rétablir : *Gravida in senectute ?*
6 d Quae culpa *BALINGHEM*, n'offre pas de sens.
8 e orbis totus *Morinen*. vers faux. orbisque *BALINGHEM*.
9 g excusa *BALINGHEM*.
10 b dicta stella *BALINGHEM*.
12 a decorem *Morinen*. c praeferunt *Morinen*.

243. DE BEATA MARIA.

1

Triumphanti Mariae Filio
campi flori, convallis lilio
iubilemus , Virginis gaudio
congaudentes.
Felix Mater, per cuius gremium
venit ad nos Creator omnium,
per cruorem mundans innoxium
nos nocentes.

2

Salve, Dei Mater et filia,
quae superas intacta noxia,
stella maris et caeli regia,
florens hortus,
Fons hortorum, Virgo perpetua,
spes reorum, stilla melliflua,
lux caecorum, salutis ianua,
vitae portus.

3

Thronus veri Salomonis,
vellus madens Gedeonis,
sicca subtus area ;
Medicina peccatoris
viam sternens viatoris
via caeli lactea.

4

Reginarum imperatrix,
vitae nostrae reformatrix,
oliva fructifera,
Peccatorum miseratrix,
miserorum sublevatrix
pia gestans viscera.

5

Mens devota
Deo nota,
mundans totum, munda tota,
caro carens carie,
Clamat foris
os Actoris
ut cor mundes peccatoris :
" Veni, vena veniae. "

6

Audi, Mater, peccatores,
horum luctus et clamores
digneris suscipere,
Placa culpae purgatorem
ne constringat peccatorem
vi potentis dexterae.

7

Tu luna, sol et aurora,
tu suavis et decora,
tu rubens carbunculus,
Tu sponsa cuius Dilectus
ex millibus est electus,
et myrrhae fasciculus.

8

Virga Iesse generosa,
frondens, florens, fructuosa,
porrecta, flexibilis,
Margarita pretiosa,
viola, lilium, rosa,
flos immarcessibilis;

9

Tu nardus, tu myrrha trita,
virtus, balsamus mellita,
tu fumus aromatum,
Tu pro nobis interpella,
ne peccatorum procella
turbet cordis sabbatum.

10

Ave, Virgo specialis,
nulla maior, nulla talis,
finem nostris confer malis,
impetrata venia,
Ut a morte *liberati*
per te simus et renati
ut in caelo collocati
cantemus: "*Alleluia.*"

Cette Prose se lit dans BALINGHEM, *Parnassus Marianus*, 1624, p. 234.

1 b floris *Morinen.* L'allusion au verset biblique : *Ego flos campi et lilium convallium*, appelle la correction *flori.* campo floris *BALINGHEM*, mauvaise conjecture.
2 b intacta nescia *Morinen.*, n'offre aucun sens. criminis nescia *BALINGHEM.*
5 d cara *Morinen.* f os raptoris (!) *BALINGHEM.*
9 b balsami *BALINGHEM.*
10 c affer *BALINGHEM.* f et redempti *Morinen. BALINGHEM*, contraire à la rime. Nous rétablissons *et renati.*

Cette Prose est une imitation évidente de la Prose de Saint Firmin : *Triumphanti cruore proprio*, que nous avons publiée, n° 206. Nous indiquons par l'emploi d'italiques les mots ou les vers qui sont des emprunts textuels.

244. DE BEATA MARIA.

1

Gaude, Virgo, stella maris,
ab angelo salutaris,
ipsi credens foecundaris,
verbi Dei gratia;
Gaude, parens expers paris,
sine poena Deum paris,
peperisse te laetaris,
salva pudicitia.

2

Gaude, Nato non orbaris,
morte cuius conturbaris,
resurrexit, suis caris
loquens die tertia;
Gaude, quia confortaris,
Christus scandit in praeclaris,
quem scandentem specularis
ad caeli fastigia.

3

Gaude, Christo sociaris,
et in throno coronaris,
terra, mari, dominaris
et in caeli gloria.

Ave, Virgo singularis
quae tot gaudiis dotaris,
tu nos non obliviscaris
et Deo concilia ;

4

O beata Maria.

Cette Prose se lit dans BALINGHEM, *Parnassus Marianus*, 1624, p. 159. Le texte est identique à celui que nous publions.

245. DE BEATA MARIA.

1

Virgo, virga ligni vitae,
perditionis avitae
reparandae stadium,
Virgo cuius flos et fructus
fixus ligno tersit luctus
Evae culpa flentium.

2

Virga fecit aquas stare,
plebs Moysi transit mare
Pharaoque mergitur ;
Virga cruce Christus fregit
stygem, ex quo Suos legit
et hostis confunditur.

3

Virga Aron plena flore,
sacerdotis in honore
protulit amigdala ;
Virgo, virga novae legis,
sacerdotis es et regis
unctionis fiala.

4

Virga de radice Iesse
tu es, Virgo, quam te esse
Esaias cecinit.
Virgo, virga, florem istum
protulisti Iesum Christum,
nec florere desinit

5

Virga Ioseph florem dedit,
et columba sancta sedit
in eius cacumine ;
Virgo, Ioseph desponsata,
iam florescis obumbrata
Sancto Dei Flamine.

6

Virga, tuo dulci tactu,
reos mente, verbis, actu,
Deo reconcilia ;
Virgo, tuo nos conductu
satiemur tuo Fructu
in perenni gloria.

Cette Prose se lit dans BALINGHEM, *Parnassus Marianus*, 1624, p. 336.

1 c reparationis *Morinen.*, fait un vers faux et n'offre aucun sens. *BALINGHEM* conserve le vers faux et lui met cette note : *Ita construo : stadium reparationis perditionis avitae.* Nous croyons au contraire qu'il faut corriger : *reparandae* qui alors se rapporte à *perditionis.* d Virga *BALINGHEM.*

2 a aquas dare *BALINGHEM.* e ex qua *BALINGHEM.*

3 a Aaron *Morinen. BALINGHEM*, donne une syllabe de trop.

5 a Virgo *BALINGHEM*, mauvaise correction. Il s'agit ici de la tradition si célèbre au Moyen-Age, d'après laquelle le bâton de Saint Joseph aurait fleuri, tandis que ceux des autres prétendants serait demeuré desséché.

246. DE BEATA MARIA.

1

Ave, Virgo, salve, lignum,
laude digna, laude dignum,
salutis principia;
Virgo, porta verae lucis,
per te, perque lignum Crucis
datur reis venia.

2

Virgo dedit alimentum
Christo, cui Crux tormentum
et utrumque posuit;
Sic per Matrem et per Crucem
vicit Christus hostem trucem
et caelos aperuit.

3

Virgo, Mater Christi pura,
Crux noverca nimis dura
matris nescit ubera.
Christo dedit lac puella,
Crux acetum, fel, flagella;
tremunt Matris viscera.

4

Matri fuit Crux dolori
quando vidit suum mori
Crucis ara Filium;
Tunc impletur prophetia
Simeonis in Maria
Christi sensit gladium.

5

Christo passo, Virgo quidem
sola totam servat fidem,
resurgendi conscia;
Nemo Crucem adoravit
donec Pater suscitavit
Iesum die tertia.

6

Nisi Virgo peperisset
certe tantum crux fuisset
damnatis supplicium;
Per te, Virgo, Crux laudatur,
honoratur, adoratur;
habes privilegium.

7

Ergo Matrem, ergo lignum
veneremur per benignum
Dei Patris Filium,
Ut per Matrem et per Crucem
habeamus Christum ducem
ad aeternum gaudium.

Cette Prose se lit dans BALINGHEM, *Parnassus Marianus*, 1624, p. 334. Le texte est identique à celui que nous publions.

247. DE BEATA MARIA.

1

Insistentes tuae laudi,
O Maria mater, audi,
culpas nostras abiice,
Nec permittas eos claudi
sub errore, neque fraudi
subdi diabolicae.

2

Nostrum gignens Salvatorem,
Evae planctum et moerorem,
eius verso nomine,
In gaudium transtulisti;
hoc idcirco meruisti
salutari carmine:

3

" Mater, ave,
quae nos a vae
liberasti carceris,
Fac cum clave
quae conclave
Summi Regis diceris
nos firmari foederis.
Mortis hora,
Natum ora
pro tibi psallentibus
et decora,
nos decora
Virgo, vitae moribus
et bonis virtutibus. "

4

Nobis supplicantibus
puris tibi cordibus
impende iuvamen,
Ut cum caeli civibus,
in supernis sedibus,
collocemur. Amen.

Cette Prose se lit dans BALINGHEM, *Parnassus Marianus*, 1624, p. 304. Le texte est identique à celui que nous publions.

MISSALE SECVNDVM VSVM ECCLESIAE CATHEDRALIS MASSILIENSIS. Lugduni, 1530.

1. In die Nativitatis Domini: in maiori Missa, Prosa: *Laetabundus exsultet.*[1] K.13.
2. In die Epiphaniae, Prosa: *Decorata tribus miraculis.* 167
3. In die sancto Paschae, Prosa: *Victimae Paschali.*[2] K.83.
4. In die Ascensionis, Prosa: *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
5. In die sancto Pentecostes, Prosa: *Veni, Sancte Spiritus.*[3] K.125.
6. Feria secunda, Prosa: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
7. In festivitate Corporis Christi, Prosa: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
8. Sancti Anthonii abbatis, Prosa: *Antonius humilis.* 26
9. In die Sancti Iohannis Baptistae, ad maiorem Missam, Prosa: *Elisabeth Zachariae.* K.359.
10. Sanctae Marthae, Iesu Christi hospitae, Prosa: *Ave, Martha gloriosa, caeli.* K.851.
11. In Transfiguratione Domini, Prosa: *Laetetur hodie.* K.39.
12. In die Assumptionis Beatae Mariae, Prosa: *Sanctae Dei Genitricis.* 53
13. Sancti Lazari, episcopi Massiliensis et martyris, Prosa: *Laetetur Ecclesia caelestis beata.* 248
14. In Nativitate Sanctae Mariae, Prosa: *Nativitas Mariae Virginis.* K.194.
15. Sancti Hieronymi confessoris, Prosa: *Ave, sacrum lumen clarum.* 54
16. In die Omnium Sanctorum, Prosa: *Supernae matris gaudia.* K.338.
17. In die Omnium defunctorum, Prosa: *Dies irae, dies illa.* K.879.
18. In Missa de quinque Vulneribus Iesu Christi, Prosa: *Coenam cum discipulis.* K.57.
19. In Missa de dulcissimo et sacratissimo Nomine Domini nostri Iesu Christi, Prosa: *Dulcis Iesus Nazarenus.* K.33.
20. In Missa de Compassione Virginis Mariae, Prosa: *Stabat Mater dolorosa.* K.223.
21. In Missa ad honorem Virginis gloriosae, pro mulieribus praegnantibus aut alias in partu laborantibus, Prosa: *O ancilla Christi.* 55

1 Item in festo S. Stephani, et S. Iohannis apostoli et evangelistae.
2 Item feria secunda et tertia post Pascha.
3 Item feria quarta post Pentecosten.

22. De Beata Maria Virgine, Prosa: *Verbum bonum et suave.* K.268.
23. Alia Prosa: *Hodiernae lux diei celebris in.* K.202.

248. DE SANCTO LAZARO.

1

Laetetur Ecclesia
caelestis beata,
Matrem laudet filia,
celebrans optata
Lazari sollemnia;
Exsultet Bethania,
domus honorata
ex Christi praesentia,
pie visitata,
charitate socia.

2

Quam felix concordia
fratris et sororum,
ubi contubernia
facit Rex caelorum
et sanctorum millia.
Mariae flagrantia
odor unguentorum,
Marthae diligentia
sapor est ciborum
circa ministeria.

3

Quarum amicitia
Deus lacrymatur,
de mortis miseria
frater suscitatur,
caelesti potentia.
Vitam post mortalia
plebs cuncta miratur,
ad tanta prodigia
fides praedicatur
et Dei magnalia.

4

Celebrantur gaudia,
Lazarus videtur,
dum mors in victoria
vivens absorbetur
et mortis angustia.
Sedens ad convivia
Lazarus fatetur
quod Dei clementia
mortuis medetur,
reddens vitae praemia.

5

Fusa caelo gratia,
frater et sorores
fiunt in Provincia
fidei doctores,
in magna constantia.
Praesul in Massilia
frater docet mores,
in misericordia
solvit peccatores,
facit mirabilia.

6

Ad caeli palatia
digne exaltatur,
et vivens in gloria
cum Christo laetatur,
fruens boni copia.
Haec tua familia
te, Sancte, precatur
ut virtus propitia
tua nos sequatur
sitque semper praevia.

Cette Prose a été éditée par M. PELLECHET, *Notes sur les livres liturgiques des diocèses d'Autun, Chalon et Macon*, Paris-Autun, 1883, p. 267.

2 f Maria *Massilien.* *PELLECHET*, n'offre pas de sens. *Mariae* s'impose.
3 b lacrymantur *Massilien.* *PELLECHET*, faute évidente.
6 b dignus *PELLECHET*, correction inutile. h i ut virtus propitia nos sequatur *PELLECHET*, rompt le rythme.

MISSALE ECCLESIAE ABBATIALIS SANCTI DIONYSII IN FRANCIA. xiv[e] siècle.

1. Dominica prima in Adventu : *Gaudia mundo ventura.* ... 249
2. Dominica ii : *Regnantem sempiterna.* K.2.
3. Dominica iii : *Qui regis sceptra.* K.4.
4. Dominica iv : *Iubilemus omnes una.* K.5.
5. In die Nativitatis Domini, ad primam Missam : *Nato canunt omnia.* K.9.
6. „ „ „ ad secundam Missam : *Laetabundus exsultet.* K.13.
7. „ „ „ ad magnam Missam : *Christi hodierna pangimini omnes una. Caelica.* 22
8. De Sancto Stephano : *Magnus Deus in universa terra.* 81
9. Iohannis evangelistae : *Gratulemur ad festivum.* K.404.
10. De Innocentibus : *Celsa pueri concrepent melodia.* K.348.
11. In Epiphania Domini : *Epiphaniam Domino.* K.27.
12. In anniversario Dagoberti regis : *De profundis exclamantes.* [2] K.880.
13. In die sancto Paschae : *Fulgens praeclara rutilat.* K.95.
14. Feria secunda : *Mane prima sabbati.* K.93.
15. Feria iii : *Zyma vetus expurgetur.* K.91.
    (Divisio : *In maxilla.*)
16. In octava Paschae : *Victimae paschali.* K.83.
17. In Inventione corporum Sancti Dionysii sociorumque eius : *Supernae Matris gaudia.* [3] K.338.
18. In die Ascensionis Domini : *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
19. In die Pentecostes : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
20. Feria secunda : *Alma chorus Domini.* K.140.
21. Feria iii : *Laudes Deo devotas.* K.122.

1. Le Missel de la célèbre abbaye de Saint-Denys n'a pas été imprimé au xv[e] siècle. Nous sommes donc obligés d'avoir recours pour dresser la liste de nos Proses, au manuscrit 1107 de la Bibliothèque Nationale de Paris. Nous agirons de même pour tous les Missels de diocèses, de collégiales, d'ordres religieux et d'abbayes, qui n'ont pas été imprimés.

2. Ici est intercalée l'antienne suivante qui se chantait pour le Roi, probablement pendant le Carême : *Antiphona ante Evangelium :* Salvator omnium Deus peccatorum, regi nostro parce ; senatorem ac principem effice, Princeps gloriose, in supernam angelorum curiam, qui te regem regni cognovit in honore ; quapropter laeto ore dicamus omnes : Miserere.

3. Item in die S. Hilarii, SS. Fabiani et Sebastiani, S. Vincentii, S. Patrocli, S. Mauricii sociorumque eius, S. Hilarii (secundo), S. Martini, S. Clementis, et S. Romani.

4. Suivent des Kyrie, des Sanctus, des Agnus etc. des Gloria, au milieu desquels se trouvent les nos 64 et 65, ce dernier sous la rubrique : *Offertorium*, comme dans le Missel de Noyon.

249. DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

1. Gaudia mundo ventura, prophetarum quae clamat tuba,

2. Clara praecinamus melodia,
3. Pulchra reboantes simul organa.

4. Nam qui gubernat supera et terrena nec non infera,
5. Servi figura, homo factus, assumpta, nosmet visitat,

6. Quos saeva mortis damnarat potestas, serpentis invidia,
7. Ad stagna cunctos detrudens Averna, multa ob flagitia,

8. Sed nostras summa Deitas miserans animas, traxerat carneam
9. Ex alvo castae virginis sarcinam, ut pia redderet gaudia.

10. Ergo haec sollemnia signat adfutura
11. Anni celer orbita iam nunc replicata.

12. Unde celsa agmina laetantur et pangunt Christo gloriam ; et gratia pacis terrae ima decorat.
13. Ut ad tanta queamus festa, mente nitida ac sincera pervenire, Eius dextra regat valida,

14. Cui odas digne nunc modulemus : Alleluia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 16823, Missel de l'abbaye de Saint-Corneille, xiiie siècle, *H ;* 17318, Idem, *I ;* 17319, Idem, *K ;* 17321, Idem, *L ;* 1107, Missel de l'abbaye de Saint-Denys, xive siècle, *M ;* 16828, Missel de Saint-Corneille, xive siècle, *P.*

1 prophetarumque *I. K. L. M. P.*, faute évidente.
8 nostra *K. P.*
9 Ut alvo *L.*
10 affatura *L.*
11 iam sic *K.*
12 Inde celsa *L.* Ut gratiam *H. K. L.* Et gratiam *M. P.* terrae pacis ima decorat *H. K. L. P.*
13 Et ad tanta *H. K. L.* Eius nos *H. I. K. L. M. P.*, contraire au rythme. dextera *H. L.* rogat (!) *M.*
14 Qui odas *K.*

250. DIE III ASSVMPTIONIS.

1

Salve, sancta Dei parens,
virga Iesse, flos non arens,
veri Solis regia;
Forma vitae, fons virtutis,
porta lucis, spes salutis,
vallis nostrae gloria.

2

Mundi iubar, stella maris,
lux praefulgens singularis
iure privilegii;
Virgo gignens Genitorem,
luna mundo dans splendorem
de splendore Filii.

3

Spes humani generis,
sanctitatis speculum,
Archa novi foederis,
novae pacis vinculum.

4

Per te, Virgo, reformatur
Dei pax et hominum,
Per te mundo salus datur
et medela criminum.

5

Per te cedit hostis victus,
coit vulnus et inflictus
olim dolor exsulat;
Cadit accusator fratrum,
et in lacum missus atrum
draco magnus eiulat.

6

Virgo mater, mater Dei,
mater Unigeniti,
Te laudamus, quamvis rei,
per te Deo geniti.

7

Ora Patrem, ora Natum,
nostrum tollat ut reatum
et clementer deleat,
Ut, post onus servitutis,
libertatis ac salutis
porta nobis pateat.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 1107, Missel de l'abbaye de Saint-Denys, xiv[e] siècle, *M.*

Une main du xiii[e] siècle a écrit, avec une légère variante, (*Salve sancta* Verbi *parens, virga Iesse*) l'*incipit* de cette Prose dans le Missel de Nevers qui porte à la Bibliothèque Nationale de Paris le n° 1235, nouvelles acquisitions. Malheureusement elle n'en a pas transcrit le texte entier.

251. DE BEATA MARIA.

1

Salve stella
mundi Lumen,
salve cella
celans Numen,
salve, decus gloriae;
Splendor rerum
et cacumen,
vas sincerum,
fons et flumen
aromatum gratiae.

2

O caelestis Figuli
vas desiderabile,
Vas medelae saeculi,
vas decens, vas utile!

3

O Maria, gratia
plena Sancti Spiritus,
Dux in via praevia,
lux praefulgens caelitus.

4

Tu iocunda
res et recens,
summe munda,
summe decens,
summi Regis regia;
Summum paris
summa parens,
expers paris
summe parens
summe ...... egregia.

5

Tu lacuna
documenti,
sol et luna
firmamenti,
opportuna
firmae menti
dux et lux laetitiae;
Schola morum,
mons odoris,
fax amorum,
fons dulcoris,
decor florum,
flos decoris,
foedus amicitiae.

6

O virtutis
vis et vita,
spes salutis,
nos invita
ut tecum caeli thalamo
fruamur dulci balsamo.

7

Ros et rosa
gloriosa,
dulcis, fragrans, primula,
Mel et melos,
pande caelos
nobis prece sedula.

8

Corda, linguas
sic instaures,
ut nos pinguas
et decores
honestatis moribus;
Ut qui damus
tibi laudes
gaudeamus
ubi gaudes
caeli cincta floribus.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 1107, Missel de l'abbaye de Saint-Denys, xiv[e] siècle, *M.*

4 Les deux derniers vers de cette strophe sont corrompus.
8 1 ubi laudes *M.*

252. DE BEATA MARIA.

1

Mellis stilla, maris stella,
cuius dulcor vincit mella,
cuius splendor sidera,
Caeli scala, boni schola,
profers Solem, virgo sola,
virgo sed puerpera.

2

Virgo parens exsors paris,
dum tu pares Deum paris,
sed veste sub altera;
Paris patrem filia,
quem claudentem omnia
tua claudunt viscera.

3

Patet indicio
conversi nominis
cur sis a nuntio
clara prae feminis :
Ex tuo gremio
nascens fons luminis
splendet in medio
nostrae caliginis.

4

Verbi conceptio
nil habet criminis,
nec flore proprio
vernare desinis ;
In te fit unio
matris et virginis,
in tuo Filio
Dei et hominis.

5

Verus homo, verus Deus,
propter reos tanquam reus
carne crucifigitur ;
Dum Salvator condemnatur,
ut mors iure moriatur
Vita sponte moritur.

6

Et videtur ratione
quod in isto sis agone
plus passa quam Filius :
Suum corpus victimam
dedit, tuam animam
pertransivit gladius.

7

Sed resurgens Leo fortis
aufert principatum mortis
refert praedam inferi ;
Plus compassa patienti,
plus consurgis resurgenti
quam sanctorum caeteri.

8

Placa nobis, o beata,
Patrem, Natum, parens, nata,
carnis pro flagitio ;
Ne mens ipsa flagelletur,
sed in nobis iteretur
Christi resurrectio.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1107, Missel de l'abbaye de Saint-Denys, xiv[e] siècle, *M*. CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA*.

1 d morum schola *CA*.
2 a expers paris *CA*. b Deo pares *CA*. d Patrem paris *CA*.
3 d praeclara feminis *M*. Cette strophe est une allusion au changement du mot *Eva* en *Ave*, si célèbre au Moyen-Age. Au lieu de cette strophe on lit dans *CA* :

Ex Evae vicio
chaos caliginis,
ex tuo gremio
prodit fons [et] luminis,
Fitque ostensio
concepti Numinis
facta conversio
subversi nominis.

4 a Talis *CA*.
5 d Sic *CA*.
6 a Et videris *CA*. b non hoc minus in *CA*. in isto sis in agone *M*. c tulisse quam *CA*.
7 d compensa *M*. e plus resurgens *CA*.
8 b parens Natum Patre *CA*. c pro carnis *CA*. d illa *CA*. e pro nobis *CA*.

253. DE BEATA MARIA.

1. Beata es Virgo et gloriosa,
2. Inter omnes mulieres es benedicta,
3. Super choros angelorum es veneranda ;
4. Gabriel haec dicens attulit affata :
5. " Paries filium, Virgo intacta,
6. Iesus erit nomen Eius cuncta per saecla. "
7. Quae dicta sunt de te iam iam sunt peracta,
8. Quoniam ex te Christus natus est in arva,
9. De te, Mater casta, processit, Maria.
10. Ave, speciosa in caelis regina
11. Et benedicta in aeternum sancta.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1107, Missel de l'abbaye de Saint-Denys, xiv[e] siècle, *M.*

Cette Prose était chantée à York comme Répons, après la 6[e] leçon de Matines le jour de Noël.

2 et *Brev. Eboracen.*
3 Cette clausule manque ici dans *M.* et dans *Brev. Eboracen.* Nous la rétablissons d'après le Missel de Tournay.
5 Pariens *Brev. Eboracen.*
6 saecula *Brev. Eboracen.*
7 A la suite de cette clausule, on lit dans *M :*
Super choros angelorum exaltata.
C'est la clausule 3 altérée.
8 Hodie ex te *M. Brev. Eboracen.* in terra *Brev. Eboracen.*
10 speciosa et caeli regina *M.*
11 benedicta inter omnes sancta *M.*
Après cette clausule, on lit dans *M : Quia quem caeli [capere non poterant, tuo gremio contulisti.] Doxa Patri semper ingenito, cunctorum Conditori Deo, Prolique Suae de Virgine huic mundo natae, et Consolatori almo.* — Cette doxologie est une interpolation évidente.

254. DE BEATA MARIA.

1

Mundamini, mundamini,
laudantes Matrem Domini,
ut mundas mundae virgini
laudes solvatis hodie.
Honor sit Summo Numini,
Eiusque solo nomini,
quod preparavit homini
tantae matronam gratiae.

2

Haec est illa mirabilis,
illa incomparabilis
quae partus ineffabilis
novitatem exhibuit.
Haec est arbor perutilis
sublimi fructu fertilis,
virgo mater et humilis,
quae caeli Regem genuit.

3

O vere nova novitas,
humilitas et dignitas,
fecunditas et castitas
simul florent in Virgine.
O summe chara charitas,
benignitas et veritas,
humanitas et Deitas
manent in Deo homine.

4

Per singularem Filium,
O singulare lilium,
eiecti in exilium
reducti sunt ad patriam.
Tu es solamen cordium,
nostrae pacis exordium,
mundo praestans subsidium,
salutem et laetitiam.

5

Ave, felix puerpera,
beata tua viscera,
beata sunt et ubera
quae lactaverunt Dominum.
Excelsa supra sidera,
morbos nostros considera
et sanare nos propera,
praedulcis Virgo virginum.

Manuscrit. Paris: Bibl. Nat., 1107, Missel de l'abbaye de Saint-Denys xive siècle, *M.*

Une main du xiiie siècle a écrit l'*incipit* de cette Prose dans le Missel de Nevers qui porte à la Bibliothèque Nationale de Paris le n° 1235, nouvelles acquisitions. Malheureusement elle n'en a pas transcrit le texte entier.

1 e sit honor *Constantien.* 1557.

255. DE SANCTA OSMANNA.

1

Plebs fidelis iubila,
longe pellens nubila
sordis et spurcitiae,
Fulget in Ecclesia
stella stillans dulcia,
Osmanna, flos gratiae.

2

Caelestibus flosculis
vernans a cunabulis
hausit virgo gratiam ;
Sacrae manens indolis,
reliquit, cum idolis,
parentes et patriam.

3

Sponsa Christi sedula,
sanctitatis aemula,
spe perennis gloriae,
Sola cum ancillula
stricta vixit cellula
finibus Britanniae.

4

Dum se Christo dedicat
splendor lucis emicat
iubar gerens saeculo ;
Venator hanc indicat,
dum salvatum praedicat
aprum a venabulo.

5

Signis iam non infimis
effulgens quam plurimis
scandit caeli thalamum ;
Unde mittat intimis
nostri coetus animis
charitatis balsamum.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1107, Missel de l'abbaye de Saint-Denys, xiv[e] siècle, *M.*

256. DE SANCTO FIRMINO.

1

Vocis cum camena
plaudit mens serena,
dum scandit amoena
Firminus caelestium ;
Haec est dies laeta
qua fortis athleta
Christi, morte spreta,
vocatur ad gaudium.

2

Hic dignus laurea
legens ex aurea
virtutum area
lilia cum rosulis ;
Firmum vas fidei
sagena fit Dei
et piscatur Ei
plurimos ex populis.

3

Sacri praesulatus
adeptus cacumen,
gratia ditatus
gratum reddit lumen.
Docet quam sit stultum
et res quam prophana
falsum sequi cultum,
fabricare fana !

4

Alvernis praedicat
vir sanctus discolis,
Christoque dedicat
quod aufert idolis.
Belvacum veniens
incurrit vincula,
sed Christus leniens
tollit pericula.

5

Solutus carcere
fidem disseminat,
nec curans parcere
fructus ingeminat,
Ambianensium
animas ambiens
exit exsilium
ad Christum transiens.

6

Hunc vir prophanus,
Sebastianus,
per diras manus
decollat in carcere.
Ergo, Firmine,
zeli camine,
nos sine fine
fac cum Christo vivere.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1107, Missel de l'abbaye de Saint-Denys, xiv[e] siècle, *M.*

3 e Decet quam fit *M.*
4 e Belnatum *M.*

257. DE VNDECIM MILLIBVS VIRGINVM.

1

Ave, lux insignis,
quae tot Deo dignis
caelestes insignis
thalamos virginibus.
Morte qua fideli,
flagrans igne zeli
scandit alta caeli
Ursula cum millibus.

2

Haec vas egregium
gerens cor regium
fugit coniugium
et viri contagia ;
Quaerens auxilium
undecim millium
sibi similium
exsulat per maria.

3

Castra summi Regis
virgo, spe secura,
sequens cum collegis
spernit peritura.
Turmas pii gregis
pia regens cura,
pensat quae sunt legis,
colit caeli iura.

4

Post maris gravia
venit Coloniam,
ductrice gratia
tendens ad gloriam.
Audit per somnia
caelestem nuntium
spondentem gaudia,
sed post martyrium.

5

Mox Romam visitans
sanctarum concio
nil prorsus haesitans
redit cum gaudio ;
Decurso stadio
vitae quae praeterit,
percussa gladio
Hunnorum interit.

6

Iam non invita
cedens hac vita,
icta sagitta,
caelum scandit Ursula ;
Ergo beatae,
iam laureatae,
nobis placate
Christum prece sedula.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1107, Missel de l'abbaye de Saint-Denys, xiv[e] siècle, *M*.

6 a Non in vita *M*.

258. DE SANCTO EVGENIO.

1

Psallat cum tripudio
laeta praesens concio,
praesentans Eugenio
vota grata ;
Cuius ministerio
Toletana regio
est a cultu devio
revocata.

2

Accelerans Galliam,
ad patris praesentiam,
turbam habet obviam
paganorum.
Quaerunt : "An dis famulus?"
— " Sum ", dixit intremulus,
" cultor Christi sedulus,
non deorum. "

3

Mox truncato capite
viri mentis concitae
prosternunt in gurgite
corpus caesum;
Immenso volumine
temporum, in flumine
latuit, putredine
nunquam laesum.

4

Vir saluti redditus
prout erat monitus
paruit, sollicitus
imperio:
Corpus tractum latice
locat honorifice
constructae basilicae
sacratio.

5

Nunc praesens ecclesia
martyris praesentia
exsultet laetitia
speciali,
Cuius precum gratia,
per temporum spatia,
sit praesens familia
expers mali.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 1107, Missel de l'abbaye de Saint-Denys, xive siècle, *M.*

259. DE SANCTO PEREGRINO.

I

Gaude, plebs Autrica,
quam fraus inimica
quondam sub antiqua
[lusit] idolatria;
Solve tuo patri
laudes, cuius atri
a vinclis barathri
solveris industria.

2

Nos quoque singuli
canamus seduli
praesenti praesuli
canticum laetitiae;
Cuius praesentia
conferens gaudia,
spes et laetitia
praesentis ecclesiae.

3

Gaudet urbs Romana
partu tantae prolis,
qua deorum fana
cadunt cum idolis;
Magis Autricana
diu tenta dolis,
qua relinquens vana
iuncta Christicolis.

4

Hunc Sixtus destinat
ad partes Galliae,
quem lux illuminat
caelestis gratiae,
Granumque seminat
verbo prudentiae,
daemonis terminat
fraudes nequitiae,

5

Diebus singulis
Christum dum praedicat,
poenis non modulis
afflictus dimicat.
Lictor in vinculis
martyrem implicat,
tandemque praesulis
in caput vindicat.

6

O Peregrine,
martyr benigne,
servis in fine
impetrato veniam ;
Prece decora
Iudicem ora,
nobis implora
verae lucis copiam.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1107, Missel de l'abbaye de Saint-Denys, xiv[e] siècle, *M*.

1 d *lusit* manque dans *M*. Nous le rétablissons à tout risque.
2 c e Le corps de Saint Pélerin avait été transporté à Saint-Denys, sous Dagobert. Un autel de l'abside était placé sous son vocable.
3 e Atricana *M*. f tanta *M*.
5 e Litor *M*.
6 f indicis *M*. n'offre aucun sens.

MISSALE SECVNDVM VSVM SANCTAE NARBONENSIS ECCLESIAE. Lugduni, 1528.

Prosae ad devotionem animi excitantes pro voto celebrantium dicendae vel omittendae.

1. De nostra Domina tempore Adventus, Prosa: *Missus Gabriel de caelis.* K. 200.
2. In Missa maiori Natalis Domini, Prosa: *Caeleste organum hodie.* K. 7.
3. In Circumcisione Domini, Prosa: *In sapientia disponens omnia.* K. 32.
4. In Epiphania Domini, Prosa: *Epiphaniam Domino.* K. 27.
5. De nostra Domina ab octavis Epiphaniae usque ad Septuagesimam, Prosa: *Laetabundus exsultet.* K. 13.
6. In Purificatione Beatae Mariae Virginis, Prosa: *Lux advenit veneranda.* K. 219.
7. In Annuntiatione Beatae Mariae Virginis, Prosa: *Mittit ad Virginem.* K. 199.
8. In die sancto Paschae, Prosa: *Victimae Paschali.* K. 83.
9. In Ascensione Domini, Prosa: *Rex omnipotens die hodierna.* K. 116.
10. In festo Sanctae Crucis, Prosa: *Laudes Crucis attollamus.* K. 60.
11. In die sancto Pentecostes, Prosa: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K. 124.
12. Infra octavas, Prosa: *Veni, Sancte Spiritus.* K. 125.
13. In sollemnitate Corporis Christi, Prosa: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K. 150.
14. In Nativitate S. Iohannis Baptistae, Prosa: *Gaude, caterva, diei praesentis.* K. 357.
15. In festo apostolorum Petri et Pauli, Prosa: *Gaude, Roma, caput mundi.* K. 381.
16. In sollemnitate Iusti et Pastoris, Prosa: *Laudes Deo persolvamus dulci.* 260
17. In Assumptione Beatae Mariae Virginis, Prosa: *A rea virga primae matris.* K. 255.
18. In Nativitate Beatae Mariae Virginis, Prosa: *Nativitas Mariae Virginis.* K. 194.
19. De Omnibus Sanctis, Prosa: *Christo inclyto candida.* K. 336.
20. De Sanctissima Trinitate, Prosa: *Benedicta semper Sancta.* K. 139.
21. De Conceptione B. Mariae, Prosa: *Dies laeta celebretur.* K. 186.

22. De Beata Maria per annum, Prosa: *Verbum bonum et suave.* K.268.
23. De Beata Maria, tempore Paschali, Prosa: *Virginis Mariae laudes concinant.* K.233.
24. De apostolis, Prosa: *Caeli solem imitantes.* K.371.
25. De evangelistis, Prosa: *Iocundare, plebs fidelis, cuius pater.* K.427.
26. In sollemnitate plurium Sanctorum, Prosa: *Supernae matris gaudia.* K.338.
27. De virginibus, Prosa: *Virgines egregiae.* K.478.
28. Pro defunctis, Prosa: *Dies irae, dies illa.* K.879.
29. De Nomine Iesu, Prosa: *Dulcis Iesus Nazarenus.* K.33.

260. DE SS. IVSTO ET PASTORE.

1

Laudes Deo persolvamus
dulci cum melodia;
Indefessi recolamus
Eius beneficia.

2

Intus mentem, corpus foris
mundemus spurcitia:
Iusti simul et Pastoris
sunt haec natalitia.

3

Quam praeclara fuit horum
virtus et constantia,
Quos tyrannus tormentorum
non vicit saevitia.

4

Deo placens exstitisti,
tales viros quae tulisti
Hispana provincia;
Urbs Complutum felix horum
fuit ortu puerorum
necnon et infantia.

5

Hi fuerunt enutriti
et a doctis eruditi
litterarum studia;
Hi cum magna curatura
didicerunt Christi iura
dia pleni gratia.

6

Ad hanc urbem vir insanus
cum venisset Datianus,
percepta licentia
Christianos persequendi,
iussit sanctos comprehendi
trahens ad supplicia.

7

Affliguntur pueri
Datiani miseri
diris iussionibus;
Tormentorum genera
membra terunt tenera
data cruciatibus.

8

Pastorem, dum patitur,
Iustus sic alloquitur
in cruciaminibus:
" Pastor, si permanseris,
boni sociaberis
Pastoris ovilibus. "

9

Cui Pastor continuo:
" Iuste frater, annuo
his assertionibus,
Re Iustus et nomine
iam es in certamine
dignus caeli civibus. "

10

Ex urbe pueri
pelluntur regia,
tyranni miseri
mandante furia;
Capitis conteri
iussit sententia:
sic petunt teneri
regna perennia.

11

Caeduntur gladiis
more bidentium,
vexati furiis
se persequentium.
Quos a miseriis
Rex innocentium
traxit et atriis
iunxit laetantium.

12

Quam miranda fuit
horum germanitas!
quam non exterruit
poenarum feritas!
Non illis nocuit
ulla protervitas,
quos manu tenuit
Divina bonitas.

13

Urbs Narbona, gaude cum filiis,
lauda Deum pro beneficiis,
Qui te Suis ditando copiis
decoravit horum reliquiis.

14

Horum pete iuvari precibus
quorum supplex adstas conspectibus,
Ut iungaris sanctorum coetibus
in supernis polorum sedibus.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 778, Tropaire de Saint-Martial, xiie siècle, *P.*

2 a mentes *Bicterren.* c cum Pastore *Bicterren.* d haec manque dans *Narbonen.*

4 d Complatum *Narbonen.* e ortus *Bicterren. Narbonen.* f instantia *Narbonen.*

5 e didiscerunt *Narbonen.* f diva plena *Bicterren.*

7 e trahunt *Bicterren.*

8 c cruciatibus *Bicterren.*

9 a Tui *Narbonen.* b O Iuste *Narbonen.* animo *Bicterren.* d Iustus es *Bicterren.*

10 e caeteri *Bicterren.* f iussi *Bicterren.*

11 c vexatis *Narbonen.* e miseris *Bicterren.* h vinxit *Bicterren.* La seconde partie de cette strophe manque dans *P.*

12 a O quam *Narbonen.*

14 b supplex manque dans *Bicterren.*

MISSALE AD VSVM ET CONSVETVDINEM INSIGNIS ECCLESIAE SILVANECTENSIS.

Parisiis, 1524.

1. Dominica prima Adventus Domini, Prosa: *Precamur nostras.* 261
2. Dominica secunda Adventus, Prosa: *Salus aeterna.* K.1.
3. Dominica tertia Adventus, Prosa: *Regnantem sempiterna.* K.2.
4. Dominica quarta Adventus, Prosa: *Qui regis sceptra.*[1] K.4.
5. In die Natalis Domini: in gallicantu, Prosa: *Sonent Regi nato.*[2] K.17.
6. „ „ in aurora, Prosa: *Nato canunt omnia.*[3] K.9.
7. „ „ ad magnam Missam, Prosa: *Lux fulget hodierna.* 211
8. In die Circumcisionis Domini, Prosa: *Laetabundus exsultet.*[4] K.13.
9. In die Epiphaniae, Prosa: *Epiphaniam Domino.*[5] K.27.
10. In octavis Epiphaniae, Prosa: *In sapientia disponens omnia.* K.32.
11. In die sancto Paschae, Prosa: *Fulgens praeclara rutilat.* K.95.
12. Feria secunda, Prosa: *Mane prima Sabbati.*[6] K.93.
13. Feria tertia, Prosa: *Concinat orbis cunctus.* 97
14. Feria quarta, Prosa: *Dic nobis, quibus e terris nova.* K.103.
15. Feria quinta, Prosa: *Victimae Paschali.*[7] K.83.
16. Feria sexta, Prosa: *Sexta passus feria.* K.107.
17. In die Ascensionis Domini, Prosa: *Rex omnipotens die hodierna.*[8] K.116.

    In die sancto Pentecostes, Prosa: *Fulgens praeclara rutilat.* K.95.
18. Feria secunda, Prosa: *Almiphona iam gaudia.* 135
19. Feria tertia, Prosa: *Laudes Deo devotas.* K.122.

1 Item in vigilia Nativitatis, si Dominica fuerit.

2 Item Dominica infra octavam Nativitatis.

3 Item in vigilia Epiphaniae, Dominicis diebus usque ad Purificationem, et in die S. Silvestri.

4 Item in Missa de Beata Maria a Nativitate Domini usque ad Purificationem.

5 Dominica infra octavam, Divisio: *Balaam.*

6 Item in die S. Mariae Magdalenae.

7 Item Sabbato post Pascha, Dominicis diebus usque ad Ascensionem; in die S. Benedicti, S. Mariae Egyptiacae et S. Ambrosii, si post Pascha evenerint; S. Marci, et SS. Philippi et Iacobi.

8 Item Dominica infra octavam.

20. Feria quarta, Prosa: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
21. Feria quinta, Prosa: *Veni, Sancte Spiritus.* 9 K.125.
22. De Sanctissima Trinitate,Prosa: *Benedicta semper Sancta.* K.139.
23. De Sancto Sacramento altaris, Prosa: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
24. In Dedicatione ecclesiae, Prosa: *Clara chorus dulce pangat.* 10 K.868.
25. Dominica infra octavam, Prosa: *Sanctae Sion adsunt encaenia.* K.877.
26. In die octavarum, Prosa: *Ad templi huius limina.* 262
27. Per octavam, secundum devotionem celebrantis, Prosa: *Hierusalem et Sion filiae.* K.870.
28. Alia Prosa: *Rex Salomon fecit templum.* K.872.
29. Alia Prosa: *Quam dilecta tabernacula.* K.871.
30. Alia Prosa: *Ad honorem ecclesiae.* K.878.
31. In natali unius apostoli, Prosa: *Clare sanctorum senatus.*[11] K.369.
32. De uno martyre vel pluribus, vel etiam de uno confessore vel de pluribus, Prosa: *Supernae matris gaudia.* 12 K.338; vel Divisio: *Hic sanctus;* vel: *Hi sancti.*
33. In natali plurimorum martyrum, Prosa: *Mirabilis Deus.* 13 137
34. Unius virginis,vel plurimarum, Prosa: *Virgines egregiae.*[14] K.478.
35. Alia Prosa: *Virginis venerandae.* K.472.
    Unius non virginis, Prosa: *Supernae matris gaudia.* K.338; vel Divisio: *Haec sancta.*
36. In die Sancti Andreae, Prosa: *Sacrosancta hodiernae.* K.401.
37. Sancti Eligii episcopi et confessoris, Prosa: *Eligentis et electi.* 263
38. Sancti Nicolai confessoris et pontificis, Prosa: *Congaudentes exsultemus vocali.* 15 K.665.
39. In festo S. Stephani protomartyris, Prosa: *Magnus Dominus in universa terra.* 16 125
40. Sancti Iohannis evangelistae, Prosa: *Organicis canamus modulis.* 17 32

9 Item feria sexta et Sabbato, et in Missa de Sancto Spiritu.

10 Item per octavas, et Prosa diei dividetur prima die usque: *Ave, Mater;* secunda die incipit: *Ave, Mater* usque ad finem, et sic aliis diebus pro devotione celebrantis.

11 In die S. Thomae, S. Barnabae, S. Iacobi, SS. Machabaeorum, S. Bartholomaei, S. Matthaei, S. Lucae et SS. Simonis et Iudae.

12 In vigilia S. Iohannis Baptistae, si Dominica fuerit, in Translatione S. Martini, in Inventione S. Stephani, in die S. Remigii, S. Vigoris et S. Felicitatis.

13 In die SS. Fabiani et Sebastiani, S. Hippolyti martyris et sociorum eius, S. Mauritii et sociorum eius, et SS. Cosmae et Damiani.

14 In die S. Agnetis, S. Agathae et S. Ceciliae.

15 Item in Translatione Sancti Nicolai.

16 Item in octava.

17 Item in octava, et in die S. Iohannis ante Portam Latinam.

41. Sanctorum Innocentium, Prosa: *Celsa pueri concrepent melodia.*[18] K.348.
42. Sancti Thomae martyris et pontificis, Prosa: *Ad honorem Summi Regis defensorem.* K.730.
43. Sanctae Genovefae, Prosa: *Genovefae sollemnitas.* K.805.
44. Vincentii martyris, Prosa: *Praecelsa saeclis colitur.* 138
    In Conversione Sancti Pauli, Prosa: *Sacra, Paule, ingere.*[19] 35
45. In Purificatione Beatae Mariae Virginis, Prosa: *Hac clara die turma.* Morel, 134.
46. In Annuntiatione Beatae Mariae Virginis, si post Pascha, Prosa: *Virginis Mariae laudes intonent.*[20] K.234.
47. In festo Sancti Reguli episcopi Silvanectensis, Prosa: *Laudes tui praesulis.*[21] 264
48. In festo Inventionis Sanctae Crucis, Prosa: *Laudes Crucis attollamus.*[22] K.60.
49. Gervasii et Prothasii martyrum, Prosa: *Ecce pulchra canorum.*[23] 101
50. In Nativitate Sancti Iohannis Baptistae, Prosa: *Gaudens caterva.*[24] Morel, 221.
51. In die apostolorum Petri et Pauli, Prosa: *Laude iocunda melos.*[25] 35
52. In festo Visitationis Beatae Mariae, Prosa: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quo.* K.209.
53. In festo Sancti Leonorii, Prosa: *Lux est laudis et iocunda.* 265
54. In Translatione Sancti Thomae martyris, Prosa: *Plaude, Cantuaria.* 266
55. Sanctae Annae matris Mariae, Prosa: *Mater Matris Domini.* 40
56. In die Sancti Laurentii, Prosa: *Stola iocunditatis.* K.625.
57. In vigilia Assumptionis, si Dominica fuerit, Prosa: *Benedicta es caelorum Regina.* K.201.
58. In die Assumptionis, Prosa: *A rea virga primae matris.* K.255.
    In octavis Assumptionis, Prosa: *Laetabundus exsultet.*[26] K.13.
59. Per octavas, secundum devotionem celebrantium, Prosa: *Veneremur Virginem genitricem.* K.331.
60. Alia Prosa: *Hodiernae lux diei celebris in.* K.202.
61. Alia Prosa: *Ave, Maria, gratia plena.* K.264.
62. Alia Prosa: *Ave, mundi spes, Maria.* K.289.

18 Item in octava.
19 Item in Commemoratione Sancti Pauli.
20 Item Dominica secunda Maii, in sollemnitate miraculorum B. Mariae.
21 Item in octava.
22 Item in Exaltatione Sanctae Crucis.
23 Item in die SS. Iohannis et Pauli.
24 Item in octava.
25 Item in octava.
26 Item in octavis Nativitatis B. Mariae.

27 Item per octavas.
28 Item Dominica infra octavas.
29 Item Dominica infra octavas et in die octava.
30 Item in octavis.

261. DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

1. Precamur nostras Deus animas et conscientias digne munda,
2. Ut nunc nostra Christus veniens corda inveniat Sibi parata.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *A*; 903, Graduel de Limoges, xie siècle, *A²*; 1084, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *B*; 1118, Idem, *D*; 1119, Idem, *E*; 1120, Idem, *F*; 1132, Idem, *G*; 1137, Idem, *I*; 1138, Idem, *K*; 1338, Idem, *L*; 1086, Prosaire de Saint-Martial, xiie-xiiie siècle, *S*. Bibl. S. Geneviève, f° BBL 11, Missel de Senlis, xve siècle, *V*. GRENOBLE: Bibl. de la Ville, 131, Missel de Senlis, xive siècle, *GR*. OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA*. CAMBRIDGE : Corpus Christi Coll., 473, Tropaire de Winchester, xie siècle, *CCC*.

Cette pièce a été publiée par W. G. HENDERSON, dans l'édition du Missel de York, imprimée aux frais de la Surtees Society, Leeds, 1874. Elle n'est pas autre chose que l'introduction même du Prosaire.

1 et manque dans *V*.
2 Et nunc *V. GR. Silvanecten.* Ut iam nunc *K. L.* corda Sibi inveniat *A. V. GR. CCC. Silvanecten.* HENDERSON. corda Sibi inveniet. *OA*.

262. IN DIE OCTAVA DEDICATIONIS ECCLESIAE.

1. Ad templi huius limina dedicata
2. Gaudiorum laudes ovans plebs devota concrepat,
3. Hodierna die quia adest festa annua.
4. Fundata enim est domus ista supra montium cacumina.
5. Et exaltata est supra omnes colles structura deifica.
6. Nam haec est magna Hierusalem, civitas scilicet illa superna,
7. Ex auro mundo circumtexta, gemmis quae rutilat muri per ampla.
8. Haec est illa caelestis aula, angelorum patria,
9. Ecclesia, firmaque petra, aeternaque regia,
10. Dicta est quae pacis visio, urbs celsa Hierusalem
11. Ex vivisque petris struitur, beatorum animis.
12. Qua Deus quoque, summus Rex super omnes unus, celsiore in throno praesidet illo,
13. Sunt maiestate coram virtutes atque perstant, gloriari oportet agmina sancta.
14. Indefessas voces laude persultant caelitus,
15. " Gloria et regnum " Illi per saecla depromunt,
16. Venerandus est ergo locus noscitur ubi praeesse nomina talia ;
17. Adorandus est idem Deus imperans caelum et terram cunctaque maria.

18. Denique Eum mortalis laudet ordo, et in excelsis decantent agmina ;
19. Gaudia caeli poscant futura atque vitam felicem et munera plena.
20. Nosque pium flagitemus Christum semper esse nobiscum,
21. Paradisi qui ianuam reseret ultimo spiritu,
22. Conferens vitam aeternam.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1118, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *D;* 9449, Tropaire de Nevers, xie siècle, *O;* 778, Prosaire de Saint-Martial, xiie siècle, *P.* Bibl. S. Geneviève, f° BBL 11, Missel de Senlis, xve siècle, *V.* GRENOBLE : Bibl. de la Ville, 131, Missel de Senlis, xive siècle, *GR.*

1 lumine (!) *P.*
2 concrepa *V. Silvanecten.*
3 in qua adsunt *V. GR. Silvanecten.* Nous conservons le texte des plus anciens manuscrits ; le mot *festa* étant souvent considéré au Moyen-Age comme un féminin singulier.
4 est enim *Silvanecten.* super praeclara cacumina *P.*
5 est fulgida *P.* super *D. P.*
6 est illa *V. GR. Silvanecten.* scilicet manque dans *Silvanecten.*
7 circum contexta *V. GR.* circum campestra (!) *O.* gemmis est rutilans *V. GR. Silvanecten.* muris *V. GR. Silvanecten.* perampla *V. Silvanecten.*
8 illa civitas sancta *O.*
9 Ecclesiarum *Silvanecten.* aeternaque gloria *D. O. P.*
11 Ex cuiusque *D.* eiusque *O.* petris truduntur *O.* statuitur *D. P.* animas *D. O. P.*
12 Tu Deus quoque *P.* Usquoque Deus *O.* celsior in *P.* celsiori *V. Silvanecten.* possidet illa *V. GR. Silvanecten.*
13 maiestates *V. GR. Silvanecten.* throni *Silvanecten.* chori *V. GR.* virtutes atque praestant gloriari condecet *V. GR. Silvanecten.* agmina sacra *V. Silvanecten.*
14 Indefessa *V. Silvanecten.* voce laudes *P. V. GR. Silvanecten.* persultas *O.* persultet *P.* caelitus perpsallunt *Silvanecten.*
15 Gloriam *Silvanecten.*
16 est locus iste *V. GR. Silvanecten.* nescitur (!) *O.* nomine *D. O. P.* praeesse Dei regia *Silvanecten.* nomina alia *V.*
17 caelo et terrae et regens maria *V. GR. Silvanecten.*
18 Cette clausule manque dans *V. GR.* et *Silvanecten.* Denique nunc *P.* sancta agmina *D. O. P.*, contraire au rythme.
19 Cette clausule manque dans *P. V. GR.* et *Silvanecten.*
20 Nobis pium flagitemus Deum *V. GR. Silvanecten.*
21 Paradisum *D.* ianuas *V. GR. Silvanecten.* reserat *V.* qui agmina Christum refert ultimum *O.*
22 Ferentem *D. O. P.*

On lit dans un certain nombre de manuscrits une autre Prose qui a le même début. Nous la publierons plus tard.

263. DE SANCTO ELIGIO.

1

Eligentis et electi
nomen habens formam recti
tenuit Eligius.
Prior Deus hunc elegit,
et electus se collegit
in Deum ardentius.

2

Opus cudens hic fabrile
contemplatus est subtile
Summi Fabri studium,
Deum videns in factura
rerum legit in figura
Figuli vestigium.

3

Regi formans vas ex auro
certum sumpsit ex thesauro
et pondus et pretium,
Auri pondus duplicatur,
in hoc duo rex miratur :
pondus et ingenium.

4

Sanctitate vir insignis
dum virtutum claret signis
pontifex eligitur ;
Temporalis faber regis
ab aeterno Rege gregis
pastor instituitur.

5

Sese fabrum et pastorem
per doctrinam et amorem
exhibet fidelium :
Verbo faber, pastor vita,
via currens expedita
consummavit stadium.

6

Pater, nulli peregrinus,
peregrinis tuis sinus
aperi clementiae ;
Qui non negas opem brutis,
auge nobis spem salutis,
medicamen veniae.

Manuscrit. PARIS : Bibl. S. Geneviève, f° BBL 11, Missel de Senlis, xve siècle, *V.*

2 a Opus videns *Ambianen. Noviomen.* Opus fundens *Redonen.* e verum elegit figura *Redonen.*
3 b de thesauro *Redonen.* c pondus atque *Baiocen.* 1545. e in haec *Ambianen.* duo manque dans *V.*
5 a Sed se *V. Silvanecten.*
6 f medicinam *V. Silvanecten. Tornacen.* medicina *Baiocen.* 1545, *Redonen.*

264. DE S. REGVLO EPISCOPO SILVANECTENSI.

1

Laudes tui praesulis
altisonis modulis
pange cohors inclyta ;
Recolamus pariter
recolenda iugiter
tanti patris merita.

2

Hic est ille Regulus
cui dedit discipulus
fidei primordia,
Qui dilectus amplius
divina fecundius
est perfusus gratia.

3

Romam caput urbium
quaerens Dionysium
a Mycenis venerat,
Cum quo vel cum caeteris
sociis itineris
Arelaten properat.

4

Ubi pastor residens
signum videt evidens
de sanctorum gloria;
Quemque suo nomine
monstrant colla sanguine
columbarum varia.

5

Subrogato praesuli
curam tradit populi
ut sequatur praevia
sanctorum vestigia.
Habens desiderium
horum per martyrium
mercari consortia
in caelesti curia.

6

Virga fregit
et redegit
in favillam
iuxta villam
Lauram, gentis idola;
Sic per eum
est ad Deum
mox conversa
universa
patriae gens incola.

7

In asellum sancti viri
quo subintret quaerit diri
daemonis astutia,
Sed malignum mox fugavit
crucis signum quo signavit
pede terram bestia.

8

Fores clausae reserantur
et captivi liberantur
de carceris angustia
ad praesulis imperia.
Fons e terra salit vivus
cuius large fluens rivus
grata ministrat pocula
duratura per saecula.

9

Ora ranis claudit sanctus,
uni tamen data cantus
est soliti licentia
ob facti testimonia;
Locum sanctae sepulturae
ferae petunt et securae
cum populi frequentia
veniunt ad sollemnia.

10

Pie pastor, Summum Regem
erga tuum placa gregem
et hunc chorum
famulorum
duc ad vitae pascua,
Offer Illi pia vota
mente fiunt quae devota,
ut, te duce,
tecum luce
fruamur perpetua.

Manuscrit. PARIS : Bibl. S. Geneviève, f° BBL 11, Missel de Senlis, xve siècle, *V.*

8 g monstrat *Silvanecten.*, vers faux.
10 g praeconiaque devota *Silvanecten.* Après cette strophe on lit dans *V.*: Amen dicant omnia.

Au lieu de cette Prose, relativement moderne, on chantait primitivement à Senlis, le jour de Saint Rieul, la Prose : *Rex caelice, Deus*, que nous publierons.

265. DE SANCTO LEONORIO.

1

Lux est laudis et iocunda,
laudent omnes laude munda
patrem Leonorium ;
Plene laudent
hi qui gaudent
secum vere
permanere
sancti corpus proprium.

2

Ad laudandum solvat ora
omnis homo omni hora,
festa colens annua ;
Tam praeclara confessoris
laus est talis, laus decoris
dulcis et melliflua.

3

Huius sancti praeclara sanctitas
per angelum eius nativitas
et nomen praedicitur ;
Applicatur expers mali
documento litterali :
miranda res agitur :

4

Litteras primaria
die vocat, alia
iungit, scribit tertia ;
Mari flante vento gravi
iam submersa pene navi
tempestate nimia,
Excitatus dum dormiret,
prece fecit ne periret
plebs in navi socia.

5

De proiecta mari ara
fit cor moestum, mens amara,
venerandi praesulis ;
Sed extractam de profundo
reddit Deus viro mundo.
columbinis ungulis.

6

Cervi mites sicut oves
arant iuncti sicut boves
eius ad imperia ;
Non punguntur stimulo,
non tanguntur baculo
dum complent officia.

7

Concordatim omnes eunt,
iuga tenent, iuga vehunt
in sancti obsequio ;
Pergunt uniformiter,
pergunt unanimiter
uno desiderio.

8

Hora nona resolvuntur,
pascunt, mane revertuntur
et manent in opere,
Opus complent, quo completo,
iubet sanctus vultu laeto
humiles recedere.

9

Super Rhenum caecos sanat,
sic ab eo plene manat
lux caelestis gratiae ;
Surgit sanus vir contractus,
vir superbus mox confractus
redditur miseriae.

10

Iuxta verbum praedicentis
et benigne admonentis
sunt scabella viri flentis
sano necessaria ;
Dat pro vino sancto virus
homo nequam, homo dirus,
homo malus et delirus
et plenus nequitia,

11

Volens sancto dare lethum ;
sed non habet lethi metum,
dum veneno vas impletum
crucis signo frangitur ;
Super dantem virus cadit
quem mors saeva mox invadit,
sic venenum morti tradit
eum cum quo traditur.

12

Leonori, fons honoris,
te orantes totis horis
intus serva nos et foris,
tui nobis dans amoris
sacrum desiderium ;
Praesul sancte, flos sanctorum,
lux et decus confessorum,
nos de faece mundanorum
in caeleste transfer chorum
ad perenne gaudium.

Manuscrit. PARIS : Bibl. S. Geneviève, f° BBL 11, Missel de Senlis, xv[e] siècle, *V.*

1 f secum velle *Silvanecten.*

4 Strophe curieuse, à rapprocher de celle qui existe dans la Prose de Saint Gendulphe, que nous avons publiée, n° 154.

9 a Super rerum *V.* e f Entre ces deux vers on lit dans *V.* et dans *Silvanecten.* :

pedum perdens usus, actus :

mais ce vers n'est qu'une glose qui rompt le parallélisme et est inutile au sens.

10 f durus *V. Silvanecten.* contraire à la rime.

266. DE S. THOMA ARCHIEPISCOPO.

1

Plaude, Cantuaria,
plausu renovato,
laude multifaria
Deum collaudato,
urbs sanctificata,
firmiter fundata,
Deo consecrata,
pretioso sanguine
praesulis ornata,
et sancti solamine
Thomae solidata.

2

Per mortem pontificis
mors mortificatur,
per occasum iudicis
ius reintegratur
mors mortem fugavit,
fraus fidem firmavit
nox diem novavit ;
mira lucis novitas
quam nox reformavit,
miranda vivacitas
quam mors ministravit.

3

Emicat ex tenebris
lux, ex spinis rosa,
et ex fraudis latebris
fides fructuosa ;
pastor immolatur,
fides roboratur,
caecitas caecatur,
congaudet Ecclesia
cui pax reformatur,
dolet iniustitia
cui ius dominatur.

4

Nova nostris vallibus
vinea plantatur,
per quam nobis omnibus
salus restauratur ;
iam risus moerorem,
requies laborem,
gaudium dolorem,
spes timorem superat,
sanitas languorem,
fraudi fides imperat,
frenat pax furorem.

5

Vitium virtutibus
solet dominari,
et a fraudis viribus
fides conculcari ;
nunc ordo mutatur,
fraus annihilatur,
scelus exstirpatur ;
martyris subsidio
feritas sedatur
derogatur vitio,
virtus dominatur.

6

Salve, lux laetitiae,
lumen confessorum,
Thoma, sol Ecclesiae,
solamen Anglorum ;
tu iustis iuvamen,
tu mœstis solamen,
tu lapsis levamen,
tu nostra memoria,
nostrum medicamen,
tibi laus et gloria,
virtus, honor. Amen.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 17316, Missel d'Auxerre, xive-xve siècle, *Y*. Bibl. S. Geneviève, f° BBL 11, Missel de Senlis, xve siècle, *V*.

L'*incipit* seul de cette Prose se lit dans *Silvanecten.*

2 d redintegratur *V*. g vox *Y*.
3 h cum gaudet *Y*. k in iustitia *Autissiodoren.* l cui vix *Y*.
4 f manque dans *Y*. et dans *Autissiodoren.* g gaudium timorem *V*. h spes dolorem *V*.
6 d angelorum *V*. *Y*. e iusti *Y*.

267. IN OCTAVA S. DIONYSII.

1. Superae harmoniae vastam Gubernanti musicam
2. Tonanti creatura laudes depromat inclytas,
3. Largita cui digna sunt rationis munera.
4. Nunc ergo psallamus dulcia modificantes pneumata
5. Atque vox canora componat rythmica tandem famina.
6. Et quoniam organa resonant symphoniam tinnula,
7. Christus ab arce clara capiat vota cordis intima.
8. Eia intona nunc Galliarum plebs candida
8 a. Celeberrima Dionysii macarii digne recolendo trophaea.
9. Commissa cui es in sorte apostolica
9 a. Qui pia ferat iugiter tibi suffragia, missus huc de gente Pelasga.
10. O quanta tormentorum passus genera pro Christi exstitit gloria !
11. Nam flammas et flagella, saevasque feras carceris simul tulit antra.
12. Sed sacra illi infula dum celebrat mysteria praesul alma, Iesus adstat, caterva septus angelica,
13. Et sancta manu placida ferens liba, firmat eius agoniam, exspectatam promittens caelorum patriam.

14. Hac percepta voce divina, sacer athleta
15. Infert caelo cervice caesa gaudens animam.

16. Aeternam Christus ubi dans illi gloriam
17. Remittat servorum errata eius prece benigna cuncta per saecula.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 10508, Tropaire de Saint-Évroult, xiie siècle, *R*; 13252, Tropaire de Saint-Magloire (?), Paris, xiie siècle, *S*; 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiiie siècle, *T*. Bibl. S. Geneviève, f° BBL 11, Missel de Senlis, xve siècle, *V*. Bibl. Mazarine, 430, Missel des Trinitaires, xve-xvie siècle, *Z*. GRENOBLE : Bibl. de la Ville, 131, Missel de Senlis, xive siècle, *GR*. LIMOGES: Bibl. de la Ville, 17, Graduel de l'abbaye de Fontevrault, xive siècle, *LIT*. CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB*.

1 Supernae *Z. GR. Silvanecten. Ord. Trinitatis.* Super (!) *LIT*. Gubernantis *S*.
2 Tonantis *Cluniacen.* 1510. laudes rependat *Cluniacen.* 1510. inclyta *S*.
4 modificando *Z. Ord. Trinitatis.* neupmata *V. GR.* neumata *LIT. Laudunen. Silvanecten. Cluniacen.* 1510.
5 rimica *LIT*. rigmica *Cluniacen.* 1510.
6 resonat *S. T. Z. Laudunen. Ord. Trinitatis.* symphonia *S. Z. Laudunen. Ord. Trinitatis.* symphoniae *Cluniacen.* 1510.
8 Eia intima *T*. Eia intonet *V. GR. Silvanecten.* intonat *LIT. Laudunen.* plebs valida *Z. Ord. Trinitatis.* plebs cantica *V. GR. Silvanecten.*
9 est *Silvanecten.*
9 a Quo pia *V. GR. Laudunen. Silvanecten. Ord. Trinitatis.* Copia (!) *S*. huc manque dans *R*. missus unde *S*.
11 Iam *Laudunen.* flamma *S*.
12 illic infula *R. T.* illuc *LIT. CB. Cluniacen.* 1510. celebrant (!) *LIT*. almus *Cluniacen.* 1510.
13 splendida ferens *Laudunen.* firma *S*. ope tanta promittens *S. V. Z. GR. Laudunen. Silvanecten. Ord. Trinitatis.* gloriam *CB*.
14 Ac percepta *Silvanecten.* precepta *CB*. sacra *LIT*.
15 Infer *R. S. GR. LIT.*
16 Aeterna *S*. Christus ibi *R. T. LIT. CB.* ubi Christus *V. GR. Silvanecten. Cluniacen.* 1510. ubi manque dans *Laudunen.* requiem *CB*.
17 Remittens *S. Laudunen. Ord. Trinitatis.* caelorum errata (!) *S*.

268. DE SS. EPISCOPIS SILVANECTENSIBVS.

1

Sanctorum praeconio
serviat devotio,
laus et iubilatio
nostri chori ;
Confessorum gaudio
nostra sit confessio,
decora laudatio
Conditori.

2

Hi pastores ovium,
hi doctores gentium
fervent in officium
veritatis ;
Pellunt plebis vitia,
fugant et daemonia,
dantes beneficia
suavitatis.

3

Horum corda solida
reddit fides vivida
caritate fervida
verus amor ;
Horum vigent seduli
in salutem populi
lingua, manus, oculi,
cordis clamor.

4

Hi norma iustitiae,
forma poenitentiae,
pacis et concordiae
condimentum ;
Flores eloquentiae,
fructum sapientiae
dantes in Ecclesiae
nutrimentum.

5

O beata concio
quam sine fastidio
pascit Dei visio
sempiterna ;
Nos precum suffragio
vestra miseratio
trahat ab exsilio
ad superna.

Manuscrit. PARIS : Bibl. S. Geneviève, f° BBL 11, Missel de Senlis, xv[e] siècle, *V*.

2 d caritatis *V*. h sanitatis *V*.

269. DE SANCTO IVSTO.

1

Adest dies gloriosa
qua, de valle lacrymosa,
transfertur ad gaudia
Iustus puer, qui novennis,
columbinis volans pennis,
penetrat caelestia.

2

Patre Iustus ex Iustino
natus ex ortu gemino
felix, et Felicia,
Sanctitatis profert omen,
dum sortitur Iusti nomen,
re iustus ex gratia.

3

Magnus Deus et sublimis
operatur et in imis
virtutum magnalia :
Fortitudo qua tenellis
in leones et agnellis
praestatur victoria.

4

Nihil prorsus imbecille
quod sustentat Potens Ille
quo subsistunt omnia ;
Dat infanti robur viri,
minus doctis experiri
quae vera scientia.

5

Cuius ope Iustus fortis
non abhorret minas mortis,
non pavet supplicia ;
Prophetia muneratur
dum tot donis subarratur
et virtutum copia.

6

Ambianis in regressu
non declinat a congressu,
sed, forti constantia,
Caput offert insectanti,
nec est sibi vita tanti
ut quaerat diffugia.

7

Caesa cervix orat patrem
reportetur ut ad matrem,
ad eius solatia ;
Tua virtus, Iesu bone,
quod sic certat in agone
novennis infantia.

8

Et tu, martyr pretiose,
quem vernantes ornant rosae,
circumdant et lilia,
Interpella summum Regem
ut conservet Suum gregem
et coronet gloria.

Manuscrits. PARIS : Bibl. S. Geneviève, f° BBL 11, Missel de Senlis, pièce transcrite au xive siècle, *U;* Idem, Missel de Senlis, xve siècle, *V.*

2 f et gratia *V. Silvanecten.*
3 b in minimis *V. Silvanecten.* contraire au rythme. d e tenellis leonibus *V. Silvanecten.*
4 d veri *Silvanecten.*
5 f in virtutum *Silvanecten.*
8 e tuum gregem *U.*

270. DE SS. CRISPINO ET CRISPINIANO.

1

Diligens quos et in fide
Germanos et in genere,

2

Passionis testes suae
Deus ornat hodie
stola gloriae,
Tanquam aurum nobile
decoctos in fornace
patientiae ;

3

Quos nec sub ense
timor poenae
potuit evincere,
Qui pari mente
spe coronae
dimicarunt strenue ;

4

Hos iam dignos requie
Dux huius militiae
vocatos ad se
adscripsit digne

5

In libro vitae
cum diligentibus Se.

Manuscrit. PARIS : Bibl. S. Geneviève, f° BBL 11, Missel de Senlis, xve siècle, *V.*

271. DE SANCTA KATHERINA.

1

Hac in die celebri
Christo Regi gloriae
sonet vox Ecclesiae ;

2

Katherinae laudibus
nostrae votis paribus
concrepent melodiae ;
Iunctam caeli civibus
votis atque vocibus
collaudemus hodie.

3

Exclamemus itaque
et accurrant undique
omnes Sion filiae.
Sit in Christi nomine
quod pro tanta virgine
vox sonat laetitiae.

4

Haec in annis teneris
forma facta caeteris,
claris ut natalibus
sic effulsit moribus
Mente iuncta superis
sui decus generis
dignis et felicibus
condecorans actibus.

5

Haec tam digne
quam benigne
Christo gratum
famulatum
impendit per omnia ;
Hunc adorat
et exorat
Ipsi soli
digno coli
digna dat obsequia.

6

Christi legem quam profatur
nihil minus adtestatur
operum per merita,
Hinc in eam excitatur
imperator et damnatur
potestati subdita.

7

Ferro caesa, novo more
lac effudit pro cruore,
quod in eius praeconia
superna fecit gratia ;
Fecit et hanc inter chorum
deportari angelorum
ad Sinai fastigia :
O res digna memoria !

8

O beata Katherina,
O praeclara laude digna
quae meremur,
ne damnemur
repelle supplicia ;
Fonti summae pietatis
qui nos lavet a peccatis
nos benigna
prece digna
clementer concilia.

9

Quae timemus
et horremus
excusa flagitia.

10

Amen dicant omnia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. S. Geneviève, f° BBL 11, Missel de Senlis, xve siècle, *V.* GRENOBLE : Bibl. de la Ville, 131, Missel de Senlis, xive siècle, *GR.*

8 f Fonte *GR. Silvanecten.* k consilia *GR. Silvanecten.*

272. DE BEATA MARIA.

1

Ave, gloriosior
quae quanto sublimior
tanto sis humilior ;
Nos omnes humilia
psallentes voce pia.

2

Maria beatior,
virtutibus ditior,
artibus perfectior ;
Perfice nos in via,
vivamus in patria.

3

Gratia fecundior,
dignitate dignior,
caritate carior ;
Tua providentia
nostra dele vitia.

4

Plena pace purior,
prae cunctis praestantior,
auxilio promptior ;
Nos reos lascivia
resolve clementia.

5

Dominus potentior
est *tecum*, quae sanctior
clares et lucidior ;
Suscipe praeconia
moventes armonia.

6

Benedicta, celsior,
angelis *tu* pulchrior,
super omnes potior
Mulieres, omnia
flagrans super lilia.

7

Et benedictus prior
Fructus ac salubrior
ventris tui, clarior
Qui per te caelestia
nobis donet gaudia.

8

Virgo pretiosior,
virginibus dignior,
sapphiris rutilior,
Cordium suspiria
tua tolle gratia.

9

Sancta speciosior,
Maria splendidior,
mater mirabilior :
In nostrae mortis hora,
Deum *pro nobis ora*.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 11592, Missel de Toul, xve siècle, *R*.

1 c fis *R. Baiocen. Carnoten. Silvanecten.*
2 b dictior *Carnoten.* e victuros *Silvanecten.*
4 b precantior *Ebroicen.* c auxilio fortior *Ebroicen. Silvanecten.*
5 b tecum est *R. Carnoten. Ebroicen. Silvanecten.* tecum et *Maioris Monasterii Turonensis.* quo sanctior *Silvanecten.* qui sanctior *Ebroicen.* c clarus *Ebroicen.*
6 d e mulieres inclina ad nostra suffragia *R. Carnoten. Ebroicen. Silvanecten. Maioris Monasterii.*
7 d e sole Iesus ; Domina, dona nobis gaudia *R. Carnoten. Ebroicen. Silvanecten.* Solve (!) Iesus ; Domina bona (!) nobis gaudia *Maioris Monasterii.*
8 b virginibus praeviis (is à demi effacé) *R.* praevior *Carnoten. Maioris Monasterii.* purior *Ebroicen. Silvanecten.* e profer caeli curia *R. Ebroicen. Silvanecten.* prome caeli curia *Carnoten. Maioris Monasterii.*
9 d Deum pro nobis ora *R. Ebroicen.* Dei pro nobis ora *Carnoten. Silvanecten. Maioris Monasterii.* e omni cum sanctis hora *R. Carnoten. Ebroicen. Silvanecten. Maioris Monasterii.*

On a fait entrer dans cette Prose les mots de l'*Ave Maria*. Nous les reproduisons en italiques.

273. DE BEATA MARIA.

1

Angelus ad Virginem
subintrans in conclave,
Virginis formidinem
demulcens, inquit : " Ave,

2

Ave, Regina virginum,
caeli terraeque Dominum
concipies
et paries
intacta,
salutem hominum,
tu porta caeli facta,
medela criminum. "

3

" Quomodo conciperem
quae virum non cognovi,
Qualiter infringerem
quod firma mente vovi ? "

4

" Spiritus Sancti gratia
perficiet haeç omnia ;
ne timeas,
sed gaudeas
secura,
quod castimonia
manebit in te pura
Dei potentia. "

5

Ad haec Virgo nobilis
respondens, inquit ei :
" Servula sum humilis
omnipotentis Dei.

6

Tibi caelesti nuntio
tanti secreti conscio
consentiens
et cupiens
videre
factum quod audio,
parata sum parere
Dei consilio. "

7

Angelus disparuit
et statim puellaris
Uterus intumuit
vi partus virginalis.

8

Qui circumdatus utero
novem mensium numero
hinc exiit,
et iniit
conflictum,
affigens humero
crucem qua dedit ictum
hosti mortifero.

9

Eia, Mater Domini,
quae pacem reddidisti
Angelo et homini
cum Christum genuisti,

10

Tuum exora Filium,
ut Se nobis propitium
exhibeat,
et deleat
peccata,
praestans auxilium
vita frui beata
post hoc exsilium.

Manuscrit. CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA*.

Cette Prose, qui n'a trouvé place dans aucune grande collection hymnographique, se lit dans BALINGHEM, *Parnassus Marianus*, 1624, p. 77. Elle a été imprimée également par DOM GUÉRANGER, *Année liturgique*, *Temps de l'Avent*, 2e édition, 1858, p. 211, et par A. NICOLAS : *La Vierge Marie dans le plan divin*, 1876, tom. III, p. 295.

1 b d conclavi..... ei *Silvanecten.* *BALINGHEM*, *GUÉRANGER*, *NICOLAS*.
3 b quem *CA*. c confringerem *CA*. d quae firma *BALINGHEM*.
6 manque dans *NICOLAS*. b concio *CA*.
7 d in partu virginali *Silvanecten.* d salutaris *CA*.
8 e f afflictum affligens *CA*. f g affigens humero crucem (dans le même vers) *GUÉRANGER*, *NICOLAS*, rompt le rythme. g quae dedit *GUÉRANGER*, *NICOLAS*. quo dedit *Cluniacen.* h mortiferum *BALINGHEM*, contraire à la rime.
9 b Christum credidisti (!) *CA*. d quando Christum *GUÉRANGER*, *NICOLAS*, fait un vers faux. c angelis (!) *CA*. quae pacem reddidisti *CA*.
10 b ut sit *CA*. e reata *Silvanecten.* *Cluniacen.* *BALINGHEM*.

Mone a édité, 362, une Prose dont les premiers vers ressemblent à celle que nous publions. La suite, (à partir des derniers vers de la strophe 2), est absolument différente.

Chaucer cite cette Prose comme étant chantée par Nicolas le clerc d'Oxford (*Canterbury Tales*, *The Milleres Tale*, l. 3213). Stanford en a introduit les paroles et la mélodie dans son Opéra de " Savonarole " représenté à Cambridge en 1884. Il la fait chanter par les Frères Prêcheurs allant en procession à travers les rues de Florence.

MISSALE INSIGNIS ECCLESIAE BVRDEGALENSIS. Burdegalis, 1543.

1. In Nativitate Domini: ad Missam de nocte, Prosa: *Nato canunt omnia.*[1] K.9.
2. „ „ „ in Missa de luce, Prosa: *Grates nunc omnes.* K.6.
3. „ „ „ ad Missam maiorem, Prosa: *Eia, recolamus laudibus.* K.10.
4. In Epiphania Domini, Prosa: *Epiphaniam Domino.* K.27.
5. In octavis Epiphaniae, Prosa: *Epiphaniam Domino.* K.27; vel: *Laetabundus exsultet.*[2] K.13.
6. In die sancto Paschae, Prosa: *Victimae Paschali.* K.83.
7. Feria secunda, Prosa: *Clara gaudia festa Paschalia.* 274
8. Dominica prima post Pascha, Prosa: *Fulgens praeclara rutilat.* K.95.
9. Singulis diebus dominicis sequentibus usque ad Ascensionem, Prosa: *Surgit Christus cum trophaeo.* K.227.
10. In die Ascensionis, Prosa: *Rex omnipotens die hodierna.*[3] K.116.
11. In die Pentecostes, Prosa: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
12. Feria secunda, Prosa: *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
13. De Trinitate, Prosa: *Alma chorus Domini.* K.140.
14. De Corpore Christi, Prosa: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
15. Sancti Vincentii martyris, Prosa: *Sacra Vincentii mundus certamina.* 275
16. In Purificatione Beatae Mariae, Prosa: *Hac clara die turma.* Morel, 134.
17. In Inventione Sanctae Crucis, Prosa: *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
18. Ad Missam duarum sororum Beatae Mariae Virginis, Prosa: *Laudes Christo decantemus, hymnos dulces.* 276
19. Sancti Iohannis Baptistae, ad Missam maiorem, Prosa: *Gaude, caterva, diei praesentis.*[4] K.357.
20. In die apostolorum Petri et Pauli, Prosa: *Lux est ista triumphalis.* Gautier, 1ère éd., II, 63.

1 Item in natali S. Stephani protomartyris, in natali et in octava SS. Innocentium, in natali S. Thomae episcopi, et S. Silvestri.

2 Item in Circumcisione Domini.

3 Item Dominica post Ascensionem.

4 Item in octava.

21. In Visitatione Sanctae Elizabeth, Prosa: *Veni, praecelsa Domina.* K.206.
22. Sanctae Mariae Magdalenae, Prosa: *Mane prima Sabbati.* K.93.
23. Beatae Brigidae viduae, Prosa: *Insistentes cantilenae.* K.787.
24. In die S. Iacobi apostoli, Prosa: *Gratulemur et laetemur.* 5
25. Annae, matris Mariae Virginis, Prosa: *Magnae dies claritatis.* 277
26. Missa de Sanctis Ioachim et Annae, si vis dicere de ambobus, Prosa: *Mater Matris Domini.* 40
27. Marthae virginis, hospitae Christi, Prosa: *Fulget dies haec praeclara.* K.854.
    In Transfiguratione Domini, si vis dicere Prosam, dic unam quam volueris de Trinitate.
28. In die Sancti Laurentii, Prosa: *Stola iocunditatis.* K.625.
29. In festo Sanctae Radegundis, Prosa: *Laudat laude speciosa.* K.859.
30. In die Assumptionis Beatae Mariae, Prosa: *A rea virga primae matris.*[5] K.255.
31. Sancti Augustini episcopi, Prosa: *Interni festi gaudia.* K.502.
32. In Decollatione Sancti Iohannis Baptistae, Prosa: *Ad honorem Tui, Christe, colimus.* 278
33. In Nativitate Beatae Mariae Virginis, Prosa: *Alle caeleste.* 44
34. In festivitate Sancti Michaelis archangeli, Prosa: *Has celebres, Rex caelice.* K.168.
35. Sancti Severini episcopi et confessoris, Prosa: *Christo psallamus voce canora.* 279
36. In die Omnium Sanctorum, Prosa: *Christo inclyta candida.* K.336.
37. In natali Sancti Emiliani monachi et confessoris, Prosa: *Emiliani extollamus.* 280
38. Sanctae Katherinae virginis et martyris, Prosa: *Ad honorem superni cantemus.* K.822.
39. In die Sancti Andreae, Prosa: *Praefulgida dies exstat.* ... 163
40. Sancti Nicolai episcopi, Prosa: *Congaudentes exsultemus vocali.* K.665.
41. In Conceptione Beatae Mariae Virginis, Prosa: *Candida virginitas.* 281
42. In Dedicatione ecclesiae, Prosa: *Rex Salomon fecit templum.* K.872.
43. Officium Sancti Sepulchri denuo latum seu portatum de Hierusalem, Prosa: *O insignis sepultura.* Morel,64.
44. Missa Quinque Vulnerum Christi devotissima, Prosa: *Coenam cum discipulis.* K.57.

5 Item in octava.

274. FERIA SECVNDA POST PASCHA.

1. Clara gaudia festa Paschalia
2. Congaudet coetus per omnia
3. Dulce decantans : Alleluia.
4. In qua Christus per crucem redemit animas inferno deditas
5. A protoplasto quotquot in hoc saeculo progenitae fuerant.
6. Patriarcharum omniumque simul prophetarum, regum, pontificum,
7. Detinebantur claustro tartareo, mortis cruore retrusae,
8. Donec victor mortis Dominus omnium atque sanctus sanctorum
9. Cum crucis trophaeo infernum penetrans abegit claustra saeva.
10. « Quis es », daemones ululant, « crucifer, qui nostra ut Deus solvis vincula cuncta ? »
11. Fugans tenebras fulgurat theatralis horror rutilans lumine perlustrata.
12. Clamabant sancti : « Advenisti O iam, Domine, regum Rex, ave !
13. Quem olim vates praecinere iam nos salva, Redemptor Rex Christe. »
14. Tunc Iesus cum laeta sanctorum gloria processit, nostra Vita,
15. Cui psallere laudes sub omni cardine non cessat omnis aetas,
16. Decantans : Alleluia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 903, Graduel de Limoges, xie siècle, *A²* ; 1084, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *B* ; 1118, Idem, *D* ; 1138, Idem, *K* ; 1177 (nouv. acquisitions), Tropaire de Fleury-sur-Loire, xie siècle, *L* ; 778, Tropaire de Saint-Martial, xiie siècle, *P*. Nouv. acquisitions, Graduel de Gubbio, xiie-xiiie siècle, *Q*. OXFORD : Bibl. Bodl., Douce, 222, Tropaire de Novalaise, xie-xiie siècle, *OE*.

3 decantant *D. Q.* Decantans Deo : Alleluia *Brev. Elnen.*
5 protoplausto *A². Q.* prothoplausto *Brev. Bicterren.* protoplaustro *Burdegalen. Brev. Elnen.*
6 patriarcharum, prophetarum simul omnium regumque *Q.*
7 claustra tartarea *A². B. D. K. L. P. OE.* Cette Prose n'ayant pas d'assonances intérieures en *a*, nous croyons que cette leçon doit être rejetée. claustris

tartareis *Brev.Bicterren.* tartareis claustris *Brev.Elnen.* retrusa *B. OE.* detrusae *Brev. Elnen.*

8 omnium Dominus *B.*

9 Dum *Brev.Bicterren. Brev.Elnen.* trophaeum *Q.*

10 Qui es *D.* Quis est *OE. Burdegalen.* Quid et *B.* Qui et *A*[2]. Quis de (!) *K.* Cui et *Brev.Bicterren.* ululans *Q.* lucifer *Q. OE.* solvit *OE. Burdegalen.* solvat *A*[2]. *Q. Brev. Bicterren.*

11 Fugatis tenebris *Q. OE. Brev.Bicterren. Brev.Elnen.* fulgerat *D. K.* fulserat *OE.* fulcerat *Brev.Elnen.* fugerat *Burdegalen.* fulgora *Q.* fugerant te australis *Brev.Bicterren.* rutilant *Brev.Elnen.* rutilat *Brev.Bicterren.* lumina *Q.* perlustrato *OE. Brev.Bicterren.*

12 Rex regum *Burdegalen.*

13 vates olim cecinere *OE.* praecinere O iam, Domine, Rex regum, ave *Burdegalen.* répétition fautive. nos habes *Brev.Elnen.* nos habes redemptos *OE. Brev.Bicterren.* nos a ve redemptos *Q.* Rex ave *Q. OE.* Rex alme *Brev.Elnen.*

14 sanctorum agmina *Q.* sanctorum caterva *Brev.Elnen.* processit morte victa *A*[2]. *Q. OE. Brev.Bicterren. Brev.Elnen.* morte vita *B.*

15 omni ordine *Burdegalen.* non cesset *D. Brev.Elnen.* omni carmine non cessit *Q. OE.*

275. DE SANCTO VINCENTIO.

1

Sacra Vincentii
mundus certamina
recolens hodie
pura det carmina;
Levita nobilis
hic in Ecclesia
vice pontificis
gessit magnalia.

2

Ad Hispanos Dacianus
tandem venit, vir prophanus
deos putans idola;
Ob hoc testis iam praefatus
cum fuisset sciscitatus
verba risit subdola.

3

Huic cura
pati dura
propter Christum inerat;
Hic praecepta
fert inepta
Caesar quae statuerat.

4

Post stridores catenarum,
horror urget tenebrarum
et robur eculei;
Saevit unguis cum furore,
et, resperso iam cruore,
artus vernant nivei.

5

Virtutem pristinam
in ferri machinam
martyr exhibuit,
Nam illam scandere
confossus verbere,
ultro non timuit.

6

Rogi flagrans pars utraque
scintillabat usquequaque,
membris patens omnibus;
Clade quoque repentina
salvi ferit intestina
sal iniectum ignibus.

7

Truditur praeterea
in obscura cavea
miles invictissimus ;
Testa pungens frangitur
et sub illo spargitur
ut iubet nequissimus.

8

Caelestem populum
capit ergastulum
resultans cantibus ;
Fit fragmen testeum
gramen nectareum
versum in floribus.

9

Nuntiat anhelus lictor
quid inclusus agat victor,
quid cum eo socii ;
Factus praeses tunc exsanguis
torquebatur velut anguis,
spe carens consilii.

10

“ Stratum ”, inquit ocius,
“ vulnus recens foveat,
Nil in illud asperum,
nihil durum lateat.

11

Inimicus hic deorum
requiescat in hunc torum,
convalescat viribus ;
Ut dolore renovato
poenas solvat iterato,
ne insultet legibus. ”

12

Igitur fulcro potitus
miles Christi redimitus
castra petit supera ;
Quo Rex pius eius prece
sublevatos nos de faece
perducat post funera.

13

Amen nunc omnia
Clament canentia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1132, Tropaire de Saint-Martial, pièce ajoutée au xiie siècle, *G;* 1139, Idem, *P;* 11126, xiie siècle, *V;* 871, Missel de Bordeaux, xve siècle, *W.*

Cette Prose a été publiée par M. PELLECHET : *Notice sur les livres liturgiques des diocèses d'Autun, Chalon et Macon.* Paris-Autun, 1883, p. 491.

1 d de (!) carmina *G. P. W.* pura ore (!) *V.* f tunc in *V.* vices pontificis gessit non alia *V.*

2 La seconde partie de cette strophe manque dans *G.* d Ab hoc *W.* Ad hoc *Burdegalen.* e dictitatus *V.* dum fuisset sic citatus *Bicterren.*

4 b Ici s'arrête le texte de *V.* c robor *W. Burdegalen.* e respersi *Bicterren.* respersit *W. Burdegalen.* tam cruore *P.* f actus vernans vinei *W. Burdegalen.*

5 e confessus *W. Burdegalen.* f ultra *Bicterren.*

6 a par *Burdegalen.* e saltu ferit *G. Bicterren.* saltus ferit *W. Burdegalen.* f invectum *P.*

7 a Traditur *G.* b fovea *Burdegalen.* d testa pingens *Bicterren.* turgens *W. Burdegalen.* e spergitur *Burdegalen.*

8 c versum in floribus *Bicterren.* e nec terreum *Bicterren.* f resultat cantibus *Bicterren.*

9 b quid melusus *Bicterren.* c qui cum *P. Bicterren.*

10 a Tractum *P.*

11 b requiescens *W. Burdegalen.*

12 a fulcra PELLECHET. fulcit *P.* potius (!) *Burdegalen.* b redemitus *W.* Cette strophe manque dans le Missel de Béziers.

13 a hinc omnia *W. Burdegalen.* b Clamant *W.*

276. DE BEATIS SORORIBVS GLORIOSAE VIRGINIS.

1

Laudes Christo decantemus,
hymnos dulces personemus
Mariae sororibus;
Iubilemus his matronis
quae fruuntur caeli donis
cum supernis civibus.

2

Istae duae sunt sorores
stellae maris, et sunt flores,
pares pari nomine;
Nam Mariae sunt vocatae,
prole sancta sunt dotatae,
plenae Sancto Flamine.

3

His duabus Anna mater,
sed non fuit unus pater
cum Maria Virgine;
Nam Ioachim et Cleophas
Annae nubunt, et Salomas
subsequenti ordine.

4

Primus gignit Christiferam,
Cleophas gignit alteram,
et Salomas tertiam.
O quam felix, quam praeclara
Anna mater, et quam cara
trinam gignens filiam!

5

Non fuerunt steriles,
sed in prole nobiles
praecurrente gratia;
Prima Deo dedicata
Christum gignit illibata:
manent claustri lilia.

6

Sequens est Iacobi mater
qui dicitur Christi frater
in similitudine;
Ioseph iustus, Simon et Thadaeus
ex hac simul, pater est Alphaeus,
sacro gaudent numine.

7

Zebedaeus ex alia,
Iacobum de Galicia,
Iohannes huic additur;
Hae sunt matres egregiae
et sunt Annae tres filiae:
sic fecunda redditur.

8

Hae sorores cum Maria
Magdalena, mente pia,
valde mane veniunt
Dolentes ad monumentum,
et secum ferunt unguentum;
Christum non inveniunt:

9

"Heu, quis volvet petram," quaerunt,
revolutam conspexerunt,
viso pavent angelo,
Qui dulciter has affatur,
ut nuntient exhortatur
cuilibet discipulo.

10

Atque Petro nuntiari
vult angelus, nec celari,
sed ut vadant passu pari
statim in Galilaeam;
Quae, dum irent, audientes,
quod viveret et credentes,
adest Christus ad gementes,
occurrens per plateam,

11

Has salutat valde laete
eisque dicens : " Avete,
ecce vivus sum, gaudete ";
patet resurrectio.
Tunc accedunt, et beatos
pedes tenent amplexatos,
osculantur perforatos ;
mulcet laeta visio.

12

Resurgentis sunt nuntiae,
primordia laetitiae
intimarunt laude plena
cum Maria Magdalena
desolatis fratribus.
Ergo, piae vos matronae,
quae Nepotem in agone
vidistis et resurgere
faciatis nos scandere
Secum in caelestibus.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 17310, Missel de Chartres, pièce ajoutée, xv[e] siècle, *X;* Bibl. de l'Arsenal, 611, Missel des principales fêtes, xv[e]-xvi[e] siècle, *Y.* ÉVREUX : Musée de la Ville, 98, Missel d'Évreux, xv[e] siècle, *EV;* 99, Missel d'Évreux (de Raoul du Fou), xv[e] siècle, *EX.* ROUEN : Bibl. de la Ville, 302, Missel de Jumièges, pièce ajoutée, xv[e] siècle, *RN.*

1 b praesentemus *Aurelianen.*
2 c pares paris *Autissiodoren.* d Mariae nam *Claromonten.* 1541. e factae sunt plene dotatae *Aurelianen.* f pleno *Aurelianen.* prole *Claromonten.* 1541.
4 a gignit veram, (Christiferam manque) *Aurelianen.* e quem (!) cara *Cabilonen.* quam clara *Y. Tornacen.*
5 Les trois premiers vers de cette strophe viennent après les trois premiers vers de la strophe 4 dans *Aurelianen.* a Non fuerunt hae steriles *Autissiodoren. Cabilonen.* b sed in prole sunt nobiles *Autissiodoren. Cabilonen.* c praecurrentem gratiam *Y.* d dedita *Cabilonen.* f claustri manent *Cabilonen.* manent Christi (!) *Aurelianen.*
6 a Iacob *Aurelianen.* b quae dicitur (!) *Carnoten.* c similitudinem *Burdegalen.* d iustus est Simon Thadaeus *Autissiodoren.* e et *RN.* f gaudent nomine *Burdegalen.* gaudent lumine *Claromonten.* 1541. gaudent munere *EV. EX. RN. Carnoten. Ebroicen.*
7 c hinc *Cabilonen.* d Haec (!) sunt *Y.* matres sunt *Aurelianen.* Haec est mater egregie *Burdegalen.* e Hae sunt *Tornacen.*
8 a Haec (!) sorores *Y.* Les trois derniers vers de cette strophe manquent dans *Y.*
9 a b Heu qui revolvet petram ? conspexerunt revolutam *Aurelianen.* d Qui ducit (!) *Burdegalen.* e nuntiet *Burdegalen.* nuntiat *Aurelianen.*
10 c vadent *Aurelianen. Carnoten.* d statim manque dans *Y.* g at gementes *EV. EX. RN. Ebroicen.* h occurrunt *EV. EX. RN. Ebroicen.*
11 c vivens *RN.* e ad beatos *Aurelianen. Burdegalen. Claromonten.* 1541. f tenent pedes *Carnoten.* h claret laeta *Tornacen.*
12 a sunt nuptiae *Aurelianen.* c nuntiarunt *Tornacen.* d Magdalenae *X.* f nos *Y. EV. EX. Aurelianen. Ebroicen.* patronae *Claromonten.* 1541. g qui (!) *EV. EX. RN. Autissiodoren. Ebroicen.* h et manque dans *Ebroicen.*

277. DE SANCTA ANNA.

1

Magnae dies claritatis
concentus, celebritatis,
magnae dies gloriae ;
Laudet terra, laudet caelum,
lyra nostra reddat melum :
sors venit laetitiae.

2

Nuper terram opprimente
nube, soli iam cedente,
virgultum refloruit ;
Peste caelo dissipata,
aethere face commota
terra tota canduit.

3

Ex te lumen luminum
caeli Deus agminum
mundum exornavit ;
Ecce virgo virginum
spes et dulcor hominum
nos laetificavit.

4

Tu mons Ornam Iebuzaei
quo templum est nostrae spei,
nostrum patrocinium,
Iericho qua speciei
rosa vernat, Mater Dei,
totum nostrum gaudium.

5

Tu es aqua Ieremiae
qua processit fax Mariae
altaris mysterio,
Archa virgae gubernatrix,
quae floris miri delatrix
iusti fuit sanctio.

6

Tu es cornu olei
quo dilectus vitei
rami terpsit fructum,
Salomonis solium
quod almae per filium,
est matri praestructum.

7

Paradisus voluptatis
de qua fons virginitatis
irrigavit omnia,
Eden, mons amoenitatis,
quo lignum salubritatis
fert medelae folia.

8

Probri coeno volutatus
iaspis iam est revelatus
gloria mirabili,
Luto nuper coopertus
onyx nobis est apertus
adspectu spectabili.

9

Tu es lucis carbunculus,
tu Domini crepusculus,
luna plena ;
Tu Matris Dei genitrix,
tu mundi Lucis editrix,
vitae vena.

10

Anna, per te mereamur,
merentes experiamur
Nepotis clementiam ;
Veniam hic consequamur,
illic tecum adsequamur
sempiternam gloriam.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 871, Missel de Bordeaux, xv[e] siècle, *W.*

1 b conceptus *Burdegalen.* e reddet *Burdegalen.* cedet *W.*
2 c virgulatum *Burdegalen.*
3 e omnium *W. Burdegalen.*, contraire à la rime.
4 a Arenua (!) *W.*
6 b vineae *Burdegalen.* rami prosa decerpsit (!) *Burdegalen.*
7 f folia manque dans *W.*
8 a Improbri *W.* In probri *Burdegalen.* voluptatus *W. Burdegalen.* f adspectus *Burdegalen.*
9 b Dei crepusculum *Burdegalen.* d Tu viris Dei *W.*

278. IN DECOLLATIONE S. IOHANNIS BAPTISTAE.

1

Ad honorem Tui, Christe,
colimus sacra Baptistae
Iohannis sollemnia ;
Tua virtus praedicatur,
miles Tuus dum laudatur
potitus victoria.

2

Cuius gesta contemplando
et per singula mirando
stupidus efficior ;
Inter natos mulierum,
ut testatur Sator rerum
non surrexit potior.

3

Lucifer aeternae Lucis,
norma morum, praeco Ducis,
dux ad regna caelica,
Angelus, sed non natura
verum virtutum figura
fallit fraus haeretica.

4

Sterilis hoc fecundatur,
Christus alvo salutatur,
puer mutus loquitur ;
Bonae spei adolescens
maior et in bonis crescens
ultro silvis additur.

5

Corpus domat ieiunio,
vigiliis, cilicio,
Pro vino lympha potio,
locustae, mel, refectio.

6

Pravorum mores corrigit,
gressus nutantes dirigit,
(Virgo decus castitatis)
ineptum moechum corripit.

7

Fiunt hinc ritu sinistro
funesta natalia ;
Regem ducit ad iurandum
puellae lascivia.

8

O virtus iusti mira !
O regis mens delira !

9

Obtruncatur ab incestis
decus pudicitiae,
Quod secatur prorogatur
exemplar Ecclesiae :

10

Quod non ni per aspera
iustus scandit sidera ;
Cuius decollatio
nunc fit nobis gaudio.

11

O Baptista,
dies ista
cui psallit praeconia,
Fac nostrorum
peccatorum
detergantur contagia.

12

Spiritus Sancti gratia
Cuncta pellantur vitia.

13

Gressus nostros, O lucerna,
rege, ducens ad superna
paradisi gaudia ;
Ubi pio gregi mixti
canamus in laude Christi
pium semper Alleluia.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 871, Missel de Bordeaux, xve siècle, *W.*

1 f potius *W.*

3 c caeli *W.*

6 c d Ces vers sont évidemment corrompus. d ducem *Burdegalen.*

7 b natalitia *W. Burdegalen.* contraire au rythme.

10 a in pari spera *Burdegalen.* in peraspera *W.*

279. DE SANCTO SEVERINO.

1. Christo psallamus voce canora,
2. Christo condita per quem sunt cuncta,

3. Quo miserante quos ignorantia caecat nimia
4. Hi documenta percepere fidei salutaria.

5. Nam Severinum praesulatus regentem sceptra, relicta quondam Colonia,
6. Burdegalensem direxit misertus ad plebem, erroris sitam in semita.

7. Erroneos igitur patriae colonos exhortatione correxit salutifera
8. Debilium reddidit incolumitati membra longo licet morbo adferrent obsessa.

9. Sic concurrentibus miraculis atque iugibus monitis ad lucis viam male credentium revocavit pectora;
10. Ab his et propulit laetifera latitantis hostis tela bonis iugiter insidiantia, bonis semper infesta.

11. Quam sublimia Severini merita, praesulis animam Martini subvehentium ad poli regna
12. Qui dulcisona angelorum cantica audire meruit in urbe pontifico fulgens Agrippina;

13. Mox ignoranti prompsit archidiacono ignota talis melodiae mysteria:
14. " Martinus ", inquit, " manu fertur angelica ad sibi praeparata iam dudum praemia."

15. At ubi carnea ceciderunt membra, perfruente gaudiis caelestibus anima,
16. Gothorum ab turma vallantur moenia Burdegalae qua sancti membra fuerant sita.

17. Plebs ergo subito metu percussa advolat qua summi pontificis erat urna;
18. Fletu rorat ora, voce clamitat immensa: " En, pastor, fer ovibus suffragia."

19. Nec mora, vocatus adest, ferens petita populo praesidia.
20. Infecto die nube taetra hostes premuntur caligine densa.

21. Tenentibus visum tenebris bellica iam non attrectant arma,
22. Sed dubii pendent quae tuta quaerant, quae relinquant metuenda.

23. Ut tandem optata iam patet eis fuga, ocius deserunt tentoria;
24. Equorum amittunt etiam solamina cum magna rerum opulentia.

25. Suntque civibus facti praeda qui rapere venerant civibus sua;
26. Nec fert comiti opem comes dum de vita desperans fugit propria.

27. Sic per Severini merita civitas tremefacta imminentia devitat pericula ;
28. Impense gaudet effugata acie barbarica nil discriminis metu modo perpessa.
29. O saeculorum Moderator omnium, Severini precatu, mali luem quam contraximus dona.
30. Ac tentatoris arte procul iacula iussisque Tuis nostra subdc corda, ut in caelestibus regni vivere promereamur aula.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 871, Missel de Bordeaux, xv[e] siècle, *W*.

3 coeca *W. Burdegalen.* nimia presserat *Burdegalen.*
4 percipere *W. Burdegalen.* salutaria meruerunt *Burdegalen.*
5 praesularis *Burdegalen.*
8 reddit *Burdegalen.* contraire au rythme.
18 Metu rorat *W.* fert *Burdegalen.* omnibus *W.*
29 saeclorum *W.*

280. DE SANCTO EMILIANO.

1
Emiliani extollamus
hodie magnalia,
Cuius devote colamus
festiva sollemnia.

2
Migrat sanctus et portatur
ad caeli palatia,
Et cum sanctis collocatur
ubi pax et gloria.

3
Adolescens frequentabat
libenter ieiunia,
Et immunem se servabat
ab omni lascivia.

4
Felix confessor
Emilianus est ortus
minori Britannia ;
Teste scriptura,
mediocrium est ortus
parentum prosapia.

5
Cuius animus fulgebat
nobili clementia ;
Pauperibus impendebat
multa beneficia.

6
Nec non misericordiae
imbutus flagrantia
Ad opera charitatis
promptus erat omnia.

7
Cum mutus [quidam] adduceretur
ad sanctum Dei, nec aliquid loqueretur,
reddidit eloquia.
A muliere, dum torqueretur
atque gemino daemone obsideretur,
eiecit daemonia.

8
Panis in lignum mutatur,
cumque panis reformatur
patent mirabilia ;
Intrat furnum nec crematur
sed illaesus conservatur
divinali gratia.

9
Quaedam venit excaecata,
luce tamen restaurata
rediit ad propria ;
Fontis parere parata
lympha, via permutata,
sancto venit obvia.

10
Cursum de valle mutavit
currens ad contraria ;
Versus montem inundavit,
recta relicta via.

11

Emiliane, pater beate,
digna precum ubertate
nostra dele vitia;
Nos ab hac captivitate
supernorum civitate
perducas ad gaudia.

12

Amen dicant omnia.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 871, Missel de Bordeaux, xve siècle, *W.*

1 a Le nom de Saint Émilien donne à ce vers une syllabe de trop; il en est de même strophe 11, où le premier vers compte dix syllabes au lieu de huit. c colimus *W. Burdegalen.* La rime exige le subjonctif. d festa *W. Burdegalen.* vers faux.

5 a fulgebat animus *W. Burdegalen.*

6 a b imbutus misericordiae *W. Burdegalen.* Le rythme exige l'interversion.

7 a quidam manque dans *W.* et dans *Burdegalen.*

9 c redit *Burdegalen.*

10 c nudavit *Burdegalen.*

Le texte de cette Prose est très corrompu par endroits.

281. DE CONCEPTIONE BEATAE MARIAE.

1

Candida virginitas,
consurgens aurora,
legis glosa, veritas,
desuper irrora
gratia decora;
Splendida benignitas
fervens omni hora
radiosa charitas,
Filium exora,
veniam implora.

2

Nam tui conceptio
fuit nuntiata
angelico nuntio
Annae lucidata
cuius tu alloquio
es sanctificata,
ante sancta quam nata.
Verbi incarnatio
mire figurata
et grandi spectaculo
Moysi monstrata,
divino consilio
in te consummata
nobis est vita data.

3

Ex te orta Veritas,
vera Lux et Via,
Homo-Deus, Agios,
Salvator, Messia,
quam testatur Deitas
vera prophetia
Symeonis illa.
Et exorta castitas
de saeculo dia,
est assumpta puritas
superis Maria,
collocata sanctitas
cum vera Sophia,
omnium regina.

4

Ubi tibi serviunt
chori angelorum
et in te prospiciunt
agmina sanctorum :
« Ave » canunt modulis
« Regina caelorum. »
Eia, decus virginum,
gloria iustorum,
spes vera fidelium,
venia reorum,
duc nos post exsilium
ad regna polorum.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 871, Missel de Bordeaux, xve siècle, *W*. BORDEAUX : Bibl. du Grand Séminaire, Missel de Bordeaux, xve siècle, *BX*.

1 c legis gloriosa *W. BX. Burdegalen.*, contraire au rythme et n'offre pas de sens. e gratiam *W. BX. Burdegalen.* k et veniam *W. BX. Burdegalen.*, contraire au rythme.

2 f es manque dans *W. BX.* et *Burdegalen.* g et ante *W. BX. Burdegalen.*, fait un vers faux.

3 d Messias *BX. Burdegalen.* m collata *W. BX. Burdegalen.*, une syllabe manque au vers.

MISSALE AD VSVM INSIGNIS ECCLESIAE ENGOLISMENSIS. Lemovicis, 1524.

1. Dominica prima Adventus Domini, Prosa: *Veniet Rex in Aeternum.* 282
2. Dominica secunda, Prosa: *Regnantem sempiterna.* K.2.
3. Dominica tertia, Prosa: *Qui regis sceptra.* K.4.
4. Dominica quarta, Prosa: *Iubilemus omnes una.* K.5.
5. In Nativitate Domini: ad Missam in gallicantu, Prosa: *Laetabundus exsultet.* K.13.
6. In die Nativitatis Domini: in aurora, Prosa: *Potestate non natura.* K.184.
7. „ „ „ ad magnam Missam, Prosa: *Nato canunt omnia.*[1] K.9.
8. In die Epiphaniae, Prosa: *Epiphaniam Domino.*[2] K.27.
9. In die sancto Paschae, Prosa: *Victimae Paschali.*[3] K.83.
10. In die Ascensionis, Prosa: *Rex omnipotens die hodierna.*[4] K.116.
11. In die Pentecostes, Prosa: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
12. De Sancta Trinitate, Prosa: *Alma chorus Domini.* K.140.
13. Item alia de Trinitate quae potest dici omnibus diebus dominicis: *Patrem, Natum, Paracletum.* K.144.
14. In festo Corporis Christi, Prosa: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
15. Prosa quae sequitur potest dici omnibus festis quae eveniunt tempore Paschali: *Adsunt enim festa Paschalia.* 283
16. In die Assumptionis B. Mariae, Prosa: *A rea virga primae matris.* K.255.
17. In die Omnium Sanctorum, Prosa: *Christo inclyta candida.* K.336.
18. Benigni martyris, Prosa: *Per unius casum grani.* K.692.
19. Leonardi confessoris, Prosa: *Anni nobis circulus.* 284
20. Officium Beatae Mariae Pietatis, Prosa: *Stabat Virgo iuxta crucem.* Wackernagel, tom.I, p.162.

1 Item Dominica infra octavam Nativitatis Domini, in Circumcisione Domini, in die S. Stephani, S. Iohannis Evangelistae, SS. Innocentium, et S. Thomae martyris.

2 Item in die octava.

3 Item per totam octavam et singulis diebus dominicis usque ad Ascensionem.

4 Item in octava.

21. Missa Quinque Plagarum Christi, Prosa: *Coenam cum discipulis.* K.57.
22. In Missa de Nomine Iesu, Prosa: *Dulcis Iesus Nazarenus.* K.33.
23. In Missa de Sancto Sebastiano, Prosa: *Imperator maxime.* 28
    In Missa de Sancto Rocho, Prosa: *Hic sanctus cuius hodie.* K.338.
24. De apostolis, Prosa: *Caeli solem imitantes.* K.371.
25. Alia Prosa: *Ecce pulchra Canorum.* 101
26. Alia Prosa: *Clare sanctorum senatus.* K.369.
27. De evangelistis, Prosa: *Plausu chorus laetabundo.* K.376.
28. Alia Prosa de evangelistis: *Iocundare, plebs fidelis, cuius pater.* K.427.
29. De uno martyre, Prosa: *Laetabundi iubilemus, laeta mente.* K.448.
30. De quolibet sancto, Prosa: *Supernae matris gaudia.* K.338.
31. De virginibus: *Virgines egregiae.* K.478.
32. De una martyre: *Regnum mundi non supernum.* 285
33. Alia Prosa: *Benedicta es caelorum Regina.* K.201.
34. Alia Prosa: *Verbum bonum etsuave.* K.268.
35. Item de Beata Maria, Prosa: *Ave, mundi spes, Maria.* K.289.
36. Item alia, tempore Paschali, Prosa: *Virginis Mariae laudes intonent.* K.234.
37. Item alia Prosa: *Stella maris, O Maria.* K.322.
38. Item alia Prosa: *Ave, Virgo virginum,...... ave, stella.* K.287.
39. Alia Prosa: *Ave, Virgo gratiosa, Virgo Mater.* K.279.
40. Alia de Beata Maria: *Ave, Virgo gloriosa, caeli iubar.* K.275.

282. DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

1. Veniet Rex in

2. Aeternum, quem exspectant iusti ab origine mundi, et Vita;
3. Rex noster Christus, manens sacra invisibilis forma, et palma;

4. Alme, nobilissime, gratia, deitas,
5. Aeterne, angelorum voces assiduas

6. Regnant cum Christo per cuncta saecula in sede patria sua
7. Et cantant die noctuque splendidas voces et illorum veras.

8. In caelis quoque in terra universa Te laudant
9. Volucrumque bestiarum divina mysteria.

10. Gaudent simul et laetantur miracula
11. Regi autem saeculorum perpetua.

12. Dominator, princeps pacis, magna lux clara, vera carmina
13. Adiuva, Rex quoque semper famulos Tuos et dicant: Gloria,

14. Regna, Dominator per saecula.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1084, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *B;* 1118, Idem, *D;* 1338, Idem, *O.*

5 Aeternas *B. Engolismen.*
7 vera *Engolismen.*
10 Laudant simul *Engolismen.*
12 Dominetur *Engolismen.*

Pièce à peu près incompréhensible par endroits.

283. TEMPORE PASCHALI.

1. Adsunt enim festa Paschalia, redemptio nostra ;
2. Christus surrexit victor, vincens tartara, nosque redemit morte dira.
3. Propter Adae culpam lugent tartara et almi fulgent in gloria.
4. Lux vera Deus, victor qui regnat in saecula,
5. In Trinitate et Unitate cum gloria.
6. Nos exspectamus eorum suffragia qui regnant cum Deo laeti simul per astra,
7. Ut precibus eorum mereamur ad aethra iungere semper deorum digna
8. Hic et in aevum habitacula.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *A;* 903, Graduel de Limoges, xie siècle, *A²;* 1084, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *B*, *B²*, *B³*, (trois copies différentes) ; 1118, Idem, *D;* 1138, Idem, *K;* 778, Prosaire de Saint-Martial, xiie siècle, *M;* 1086, Idem, xiiie siècle, *N;* 872, Missel de Poitiers, xve siècle, *V;* 873, Idem, *X.* LIMOGES : Bibl. de la Ville, 17, Graduel de Fontevrault, xive siècle, *LIT.* POITIERS : Bibl. de la Ville, 53, Missel de Poitiers, xve siècle, *PO.*

1 Adest enim *A². B. B². B³. D. K.* Adest, corrigé en Adsunt *A. M. Adest* est peut-être la vraie leçon : le neutre pluriel *festa* étant considéré alors comme un féminin singulier. — La conjonction *enim* se rattache au mot *Alleluia* qui précède de droit toutes les Proses.

2 resurrexit *Bicterren.* a morte dira *LIT. Pictavien. Fontisebralden.* 1606.

3 Edae *Engolismen.* lugens *Bicterren.* lugient *K.* probablement pour rétablir le parallélisme qui est imparfait ; tartari *K.*

4 Dei *V.* regnans *D. V. X.* regnas *Engolismen. Pictavien.* qui manque dans *B².* Deus cuncta qui manet (manent *LIT.*) per saecula *LIT. Fontisebralden.* 1606.

6 exspectemus *Bicterren.* exspectaverunt *Engolismen.* suffragia pia *Engolismen.*

7 ipsorum *A². K.* mereamus *X.* ad aethera *X. LIT. PO.* ad aetherea *D. Pictavien.* et aethera *V.* ad aeterna *Bicterren.* iungi ad aethera *Engolismen.* iungere nos *B².* iungi *B. Pictavien.* eorum *V.* caelorum *M. X. PO. Engolismen. Pictavien.* ipsorum *A². K.* iungere caeli *Bicterren.* digna deorum *B².*

digna excelsa *Engolismen.* sancta *M.* iungere simul cum Deo digna *LIT. Fontisebralden.* 1606.

8 Sic et *K.* Licet in *A²*. et manque dans *Bicterren.* In sanctorum pulchra habitacula *Engolismen.*

Dans le Missel de Béziers, chaque clausule est suivie d'un Alleluia.

284. DE SANCTO LEONARDO.

1

Anni nobis circulus
renovat sollemnia,
In beati Leonardi
celebri memoria ;

2

Cuius actus inclytos
celebrat Ecclesia,
Quo laetatur socio
supernorum curia.

3

Bonae puer indolis
dum praeclarae sobolis
eniteret gloria,
Paupertatem eligit,
mundi fastus negligit
regum et palatia.

4

In silvarum latebris,
eremita celebris,
dum latere voluit,
Signorum potentia
et doctrinae pluvia
velut lampas claruit.

5

Hic reginam aegrotantem
et in partu laborantem
sola prece liberat ;
Rupem siccam rigat undis,
fratribusque sitibundis
fontis venas reserat.

6

Captivis suffragium,
miseris praesidium,
agonista Domini
Dum carnem attenuat,
orando continuat
saepe noctem lumini.

7

Quam sit vana spes mortalis,
quam beata spiritalis
in hoc viro claruit ;
Qui dum spernit lubrica
est adeptus caelica
quibus semper studuit.

8

O decus Franciae,
lux Aquitaniae,
gemma Ecclesiae,
tua clementia
nos exaudi ;
Mundemur maculis
qui vocum modulis
precibus sedulis
damus praeconia
tuae laudi.

9

Sociemur tibi in patria
In qua Suis est Deus omnia.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1086, Prosaire de Saint-Martial, xiie-xiiie siècle, *S.*

Cette Prose a été publiée par ARBELLOT, *Vie de Saint Léonard*, 1863, p. 302, d'après *S.* et un " Missel Limousin " de 1505.

2 b praedicat Ecclesia *Engolismen.*
5 c solo tactu *Engolismen.* f fonti *Engolismen.*
7 a una spes *Engolismen.* d sprevit *Engolismen.*
8 g quum vocum *ARBELLOT.* h Ce vers manque dans *S.*
9 b Deus omnibus omnia *S.* Omnia manque dans *Engolismen.*

285. DE VNA MARTYRE.

1

Regnum mundi non supernum
ut regnarent in aeternum
reliquerunt virgines,
Ut quiescant post labores
spernunt plagas et tortores
et effundunt sanguines.

2

Ad tormenta sunt veloces,
nec abhorrent tam feroces
poenas et supplicia ;
Mori volunt sic pro Deo,
ut revivant coram Eo
per quem vivunt omnia.

3

Trucidantur a tyrannis ;
cum sub paucis essent annis,
flecti tamen nequeunt ;
Fortes erant ante reges,
praedicando Christi leges
sponte poenas subeunt.

4

Quaedam currunt ad certamen,
deferentes ad examen
rosam atque lilium ;
Quaedam vero sine rosa,
alba tantum sed formosa
venit ad convivium.

5

Albae quaedam non rubescunt,
neque tamen erubescunt
coram Dei Filio ;
Omnes pulchrae vel decorae,
sed maiori flos cum flore
gaudet privilegio.

6

Omnes quidem sunt prudentes
et quae rubent et albentes ;
nulla caret oleo ;
Quaeque felix et beata
veste venit deaurata
cum ardenti cereo.

7

Ergo Christum exoremus
ut cum illis conregnemus
et gaudentes exsultemus
sursum in empireo.

3 f plenas (!) *Engolismen.*

MISSALE AD VSVM AVTISSIODORENSEM.

Parisius, c. 1484.

1. Dominica prima in Adventu Domini, Prosa : *Salus aeterna.* K. 1.
2. Dominica secunda, Prosa : *Regnantem sempiterna.* K. 2.
3. Dominica tertia, Prosa : *Qui regis sceptra.* K. 4.
4. Dominica quarta, Prosa : *Audi, Deus, nostra modulamina.* 286
5. In Nativitate Domini : ad Missam in nocte, Prosa : *Nato canunt omnia.* K. 9.
6. „ „ „ ad secundam Missam, in aurora, Prosa : *Laetabundus exsultet.*[1] K. 13.
7. „ „ „ in die, Prosa : *Christi hodierna pangimini omnes una. Caelica.* 22
8. In natali Sancti Stephani protomartyris, Prosa : *Magnus Deus in universa terra.* 81
   (In ecclesia Antissiodorensi dicitur Prosa : *Laetabundus exsultet.* K. 13.)
9. In natali Sancti Iohannis evangelistae, Prosa : *Gratulemur ad festivum.* K. 404.
   (In ecclesia Antissiodorensi dicitur Prosa : *Laetabundus exsultet.* K. 13.)
   In natali Innocentium, Prosa : *Laetabundus exsultet.* K. 13.
10. Alia Prosa : *Celsa pueri concrepent melodia.* K. 348.
   (In ecclesia Antissiodorensi dicitur Prosa : *Laetabundus exsultet.* K. 13.)
11. Sancti Thomae archiepiscopi et martyris, Prosa : *Plaude Cantuaria.* 266
12. In octava Beati Stephani, Prosa : *Laetabundus grata voce pangat.*[2] 287
13. In festo Beatae Genovefae virginis, Prosa : *Genovefae sollemnitas.* K. 805.
14. In die Epiphaniae Domini, Prosa : *Epiphaniam Domino.* K. 27.
15. Sancti Guillermi, Bituricensis archiepiscopi, Prosa : *Ecce venit lux optata.* K. 468.
16. In die Resurrectionis, Prosa : *Fulgens praeclara rutilat.* K. 95.
17. Feria secunda, Prosa : *Mane prima Sabbati.* K. 93.
18. Feria tertia, Prosa : *Salve, dies, dierum gloria.* K. 106.
19. Feria quarta, Prosa : *Sexta passus feria.* K. 107.

1 Item in Circumcisione Domini.

2 Item in festo Translationis corporis Beati protomartyris Stephani ad urbem Romam.

20. Dominica in octava Paschae, Prosa : *Victimae Paschali.* K.83.
21. In die Ascensionis Domini, Prosa : *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
22. In die Pentecostes, Prosa : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
23. Feria secunda, Prosa : *Veni, Sancte Spiritus.* [3] K.125.
24. Feria tertia, Prosa : *Veni, Sancte Spiritus, nos perfunde caelitus.* 288
25. Feria quarta, Prosa : *Lux iocunda, lux insignis.* K.128.
26. De Sancta Trinitate, Prosa : *Benedicta sit Sancta Trinitas.* 100
27. Officium sollemnitatis Corporis Domini nostri Iesu Christi, Prosa : *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
28. In Dedicatione ecclesiae, Prosa : *Clara chorus dulce pangat.* K.868.
29. De apostolis et de sanctis, Prosa : *Clare sanctorum senatus.* [4] K.369.
30. De apostolis, alia Prosa : *Caeli solem imitantes.* [5] K.371.
31. De evangelistis, Prosa : *Iocundare, plebs fidelis, cuius pater.* [6] K.427.
32. De martyribus, Prosa : *Supernae matris gaudia.* [7] K.338.
33. Sancti Nicolai episcopi et confessoris, Prosa : *Congaudentes exsultemus vocali.* K.665.
34. In Conceptione Beatae Mariae Virginis, Prosa : *Conceptio Mariae Virginis.* K.176.
35. In festo Sanctae Agnetis virginis et martyris, Prosa, si ante Septuagesimam evenerit : *Animemur ad agonem.* K.759.
36. Sancti Vincentii, Prosa : *Martyris egregii triumphum.* K.737.
37. In die Purificationis Beatae Mariae, Prosa : *Hac clara die turma.* Morel, 134.
38. In festo Annuntiationis Beatae Mariae Virginis, si in Paschali tempore evenerit, Prosa : *Virginis Mariae laudes intonent.* K.234, vel Prosa : *Ave, Maria, gratia plena,* (et melius). K.264.
39. In festo Inventionis Sanctae Crucis, Prosa : *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
40. Sanctae Helenae virginis, Prosa : *Virgines egregiae.* K.478.
41. In sollemnitate festi Sanctarum Mariae Iacobi et Mariae

3 Item in Missa de S. Spiritu, (Prosam qui voluerit).

4 In die S. Thomae, S. Barnabae, SS. Petri et Pauli (vel : *Caeli solem imitantes*), et S. Bartholomaei.

5 In die S. Andreae, SS. Philippi et Iacobi, SS. Petri et Pauli (vel : *Clare sanctorum senatus*), S. Iacobi, et SS. Simonis et Iudae.

6 In die S. Marci, S. Matthaei, et S. Lucae.

7 In die S. Nicasii et sociorum, S. Amatoris, S. Peregrini, S. Eligii, S. Martialis, in festo exceptionis corporis Beati Amatoris, et in festo exceptionis reliquiarum S. Alexandri papae et martyris.

Salomae, sororum Beatae Mariae Virginis, Prosa : *Laudes Christo decantemus, hymnos.* 276

42. In die S. Iohannis Baptistae, Prosa : *Gaude, caterva, diei praesentis.*[8] K.357.

In festo Beatae Mariae Magdalenae, Prosa : *Mane prima Sabbati.* K.93.

43. In festivitate Beatae Annae, matris Genitricis Dei gloriosae, Prosa : *Mater Matris Domini.* 40

44. In transitu Beati Germani Antissiodorensis episcopi et confessoris, Prosa : *Moduletur vox amoena.* 289

45. In Inventione corporis Beati protomartyris Stephani, Prosa : *Sacri gleba corporis.* 290

In festo Transfigurationis Domini, Prosa : *Salus aeterna.* K.1.

(In ecclesia Antissiodorensi, in octava Sancti Stephani, Prosa : *Ecce video admirabilem gloriam.* .... 81)

46. In die Sancti Laurentii, Prosa : *Stola iocunditatis.* K.625.

47. In festo Translationis Sanctae Coronae, Prosa : *Regis et Pontificis.* Gautier, 1ère éd., II, 500.

48. In die Assumptionis Beatae Mariae, Prosa : *A rea virga primae matris.* K.255.

49. In octava Assumptionis Beatae Mariae Virginis, Prosa : *Gaude, mater virgo Christi.* K.239, 240, 241.

50. In festo Sancti Ludovici, Prosa: *Laetabunda psallat plebs.* K.640.

51. In festo Sancti Augustini, Prosa: *Summi (Interni) festi gaudia.*[9] K.502.

52. In Decollatione Iohannis Baptistae, Prosa : *Vos primaevi.*[10] 291

53. In festo Nativitatis Beatae Mariae, Prosa : *Nativitas Mariae Virginis.* K.194.

In festo Exaltationis Sanctae Crucis, Prosa : *Laudes Crucis attollamus.* K.60.

54. Sanctorum Cosmae et Damiani, Prosa : *Sion sancta gratuletur.* 292

55. In festo Sancti Michaelis archangeli, Prosa : *Salus (Laus) erumpat ex affectu.* K.169.

56. In festo Sanctorum Dionysii, Rustici et Eleutherii martyrum, Prosa : *Gaude prole, Graecia.* K.546.

57. In die festi Omnium Sanctorum, Prosa : *Christo inclyta candida.* K.336.

58. In festo Sancti Martini episcopi et confessoris, Prosa : *Gaude, Sion, quae diem recolis.* K.647.

59. In Translatione Beati Stephani protomartyris ab Hierosolymis in Bisantium, quae nunc est Constantinopolis, a Constantino

8 Item in octava, Divisio : *Tu saeculi Dominum Iordanis in fluenta.*

9 Item in die S. Ambrosii, et S. Hieronymi.

10 Textus ibi deest, sed legitur in fine libri.

magno imperatore edita, Prosa : *Malignantes in prophetis.* 2
60. In festo Sanctae Katherinae virginis et martyris, Prosa : *Vox sonora nostri chori.* K.812.
61. In Missa Quinque Plagarum Iesu Christi, Prosa : *Coenam cum discipulis.* K.57.
62. De sanctissima ac gloriosa Lacryma Christi, Prosa : *O Lacryma gloriosa.* 179
63. In die Praesentationis Beatae Mariae Virginis, quae celebratur annuatim vicesima prima mensis Novembris in capella Beatae Mariae de Miraculis, Prosa : *Altissima providente.* K.204.
In Visitatione Beatae Mariae ad Elisabeth, Prosa : *Visitatio Mariae Virginis.* K.194.
64. De Beata Maria, Prosa : *Ave, Virgo virginum,...... ave, stella.* K.287.
65. Alia Prosa : *Hodiernae lux diei celebris in.* K.202.
66. Item alia Prosa : *Veni, Virgo virginum.* K.284.
67. Alia Prosa de Virgine Maria : *Verbum bonum et suave.* K.268.
Item alia Prosa : *Gaude, Virgo mater Christi.* K.239, 240, 241.
68. Item alia Prosa : *Mariae praeconio.* K.312.
69. Prosa Annuntiationis Beatae Mariae : *Ave, Maria, gratia plena.* K.264.
In natali virginum, Prosa : *Virgines egregiae.* K.478.
70. Missa de Sancto Gabriele, Prosa : *Gabrieli nuntio Regis.* ... 293
71. Missa de Sancto Sebastiano, Prosa : *Cessat morbus, cessat pestis.* 92
72. De Sancto Antonio, Prosa : *Antonius humilis.* 26
73. Pro defunctis, Prosa : *De profundis [ex]clamantes.* K.880.
74. Alia Prosa : *Dies irae, dies illa.* K.879.
75. In die S. Victoris, S. Mammetis, et S. Clementis papae (in capella sua tantum), Prosa : *Adest namque.*[11] K.438.
76. In die SS. Faviniani et Potentiani, Prosa : *Mirabilis Deus in sanctis.*[11] 137

286. DOMINICA QVARTA ADVENTVS.

1. Audi, Deus, nostra modulamina, aure placatissima,
2. Debita quoque assume non ingrata pietatis gratia,
3. Te concrepant celsa cuncta modulata organa,
4. Voce praecelsa iungentia sonora simul et congrua pneumata,
5. Damus cantica de cuiusmet gloria composita
6. Collaudantia sanctorum gloriosa multimoda mirabilia.
7. Hac pro superna operata patria,

11 Istarum Prosarum primae tantum voces passim expressae sunt.

8. Egrimonia mutata incommoda per eorum merita.
9. Ad patriam quae nos introducat optatam, ubi est vera laetitia et in fine aeterna gloria.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 17316, Missel d'Auxerre, xive-xve siècle, *Y*

4 iungantia *Y*.
9 a fine *Y*.

Pièce très obscure.

287. IN OCTAVA S. STEPHANI.

1

Laetabundus
grata voce pangat coetus :
Alleluia.
Protomartyr
mortem spernit, subit laetus :
res miranda.

2

Stephanum constantia
sua replet gratia,
sol de stella ;
Huius per suffragia
patrantur prodigia
semper clara.

3

Satrapis ut sistitur
angeli conspicitur
pari forma ;
Martyris in odium
mens errore testium
fit corrupta.

4

Hostiam se dedicat
hic Christo quem praedicat
valle nostra ;
Dissecantes despicit,
Iesum stantem suspicit
carne sumpta.

5

Legem novam approbat,
Sinagogae reprobat
figmenta quae comprobat
esse caeca ;
Assistenti populo
legali pro patulo
convincit miraculo
haec praedicta.

6

Condonet scelera
mente quem effera
saxis obruit
gens misera ;
Possidet aethera
vitaeque munera
dat *quem genuit*
puerpera.

288. FERIA TERTIA POST PENTECOSTEN.

1

Veni, Sancte Spiritus,
nos perfunde *caelitus*
rore novae gratiae,
Culpas nostras dilue,
et nos manna complue
verae sapientiae.

2

Sis nobis Paraclitus
emundans medullitus
lima conscientiae;
Igne nos examina,
luce nos illumina
dignae poenitentiae.

3

Munda mentis aream,
lateres et paleam
et lutum elimina,
Pietate solita
nos afflictos visita
nostra delens crimina.

4

Sere semen gratiae,
semen indulgentiae,
Semen patientiae,
semen verae gloriae.

5

Supplicemus
et oremus
ut, Te duce, fortes stemus
in agro martyrii;
Occumbamus
et vincamus,
moriamur ut vivamus
tanquam strenuissimi.

6

Per Te Christi passioni
conformemur et agoni
instantis militiae;
Per Te Christo militemus
et cum Christo festinemus
ad palmam victoriae.

7

Cum sis ardor caritatis
et largitor pietatis,
Tuae nobis largitatis
confer participium.
Flue nobis aquas mundas,
aquas vivas et fecundas,
forma nobis mentes mundas
doctrinis caelestium.

3 Après le dernier vers de cette strophe on lit dans *Autissiodoren.* le vers suivant qui rompt le rythme et qui est inutile au sens :

planta morum germina.

289. DE S. GERMANO AVTISSIODORENSI.

1

Moduletur vox amoena,
vox suavis, vox serena,
vox devotione plena
Germani praeconia;
Haec sunt dona Tua, Christe,
quibus praesul sanctus iste
vires Iohannis Baptistae
vicit abstinentia.

2

O doctrinae fons abundans,
fons praeclarus, fons redundans,
rigans hortos et fecundans
totius Ecclesiae;
O miranda virtus cunctis:
vitam quater dat defunctis,
et expellit ab inunctis
actorem nequitiae.

3

Signo crucis sacrae manus
Muscius resurgit sanus
et respondet Cassianus
in sepulchro mortuus ;
Laesae maiestatis rei
corde supplicemus ei
ut sit in conspectu Dei
tutor noster strenuus.

Manuscrit. Paris : Bibl. Nat., 17316, Missel d'Auxerre, xive-xve siècle, *Y.*

3 b Mutio *Y.*

290. IN INVENTIONE SANCTI STEPHANI.

1

Sacri gleba corporis
longo lapsu temporis
viluit incondita,
Ferarum et avium
terraeque reptilium
morsibus exposita.

2

Nec avis, nec bestia,
nec terrae reptilia
praesumunt contingere
Quem occidit impia
gentis contumacia
obstinato scelere.

3

Sed in Caphargamala
cui gens acephala
denegavit tumulum
Quievit reconditus,
Luciano cognitus
tandem per miraculum.

4

In caelesti specie
rosarum effigie
revelari decuit,
Qui quasi flos roseus
flagrans et purpureus
martyrio floruit.

5

Translatus Bizantium
mulae per eloquium
miro modo panditur,
Exsultat uberius
Roma, dum Laurentius
cedit, cum reconditur.

6

Revelatus saeculis
cavet a periculis
tenebrosi temporis ;
Coruscans miraculis
suffragetur famulis
sacri gleba corporis.

Manuscrit. Paris : Bibl. Nat., 17316, Missel d'Auxerre, xive-xve siècle, *Y.*

1 d Feracis *Bituricen.* est *Autissiodoren.*
4 c docuit *Autissiodoren.* e fragrans *Bituricen.*
5 Cette strophe manque dans *Y.* et dans *Autissiodoren.*
6 b favet *Bituricen.*

291. DE S. IOHANNE BAPTISTA.

1

Vos primaevi fundatores
et ardentes defensores
nascentis Ecclesiae,
Nubes estis discurrentes
et columbae gemiscentes
planctu poenitentiae.

2

Vos caliginosas mentes
perlustrastis, et arentes
agros infidelium
Compluistis caeli rore,
picturastis novo flore
et fructu fruentium.

3

Inter vos est agonista
praeco Christi et baptista
in tyrannos fulminans,
Genimina viperarum
Pharisaeos et Scribarum
fermentum eliminans.

4

Singularis prophetiae
luce fulsit et Heliae
virtute praeclaruit,
Saltatricis levitatem
et Herodis feritatem
constanter redarguit.

5

Ergo tu cum Isaia,
Daniele, Ieremia,
et prophetis caeteris,
Nobis palmam impetretis
et ad pugnam deportetis
Arcam veri foederis.

292. DE SS. COSMA ET DAMIANO.

1

Sion sancta gratuletur
et materno glorietur
pia mater nomine ;
Pia mater et beata,
triumphali venustata
filiorum sanguine.

2

Tantae matris ad decorem,
fusum Christus ob cruorem
Cosmam caelis invehit ;
Venustatis ad augmentum,
mortis aeque per tormentum
Damianum provehit.

3

Indiscreta laus amborum
quos univit animorum
carnisque cognatio ;
Ortu simul uno nati
uno fratres animati
certarunt martyrio.

4

Arte clari medicinae,
clari simul et doctrinae
verbo vel miraculis,
Sanant membra, sanant mentes,
stupent gentes et credentes
reddunt ex incredulis.

5

Hinc Lysias excandescit,
torquet fratres quibus crescit
virtus ex supplicio ;
Vincunt mare dum merguntur
nam ab undis extrahuntur
caelesti suffragio.

6

Res miranda : sanctis rorant
et sanctorum hostes vorant
flammarum incendia ;
Suspenduntur et torquentur
sed fruuntur et foventur
angeli praesentia.

7

Crucifixos tam saxorum
furens imber quam telorum
appetit crudelitas ;
Sed retorquent in tortores
suos ictus, et lictores
prosternit divinitas.

8

Signa videns declarari
seque signis superari,
tandem praeses consummari
iubet ambos gladio ;
Sic dum terris adimuntur
caelo fratres potiuntur
roseoque conscribuntur
martyrum collegio.

9

Quorum prece salutari
nos a culpis emundari
det superna gratia ;
Ut cum ipsis quos laudamus
Sion vitae capiamus
in supernis gaudia.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 17316, Missel d'Auxerre, xive-xve siècle, *Y.*

2 a Tantae nostris (!) *Autissiodoren.* decoram *Y.* La seconde partie de cette strophe manque dans *Y.* f Damiani *Autissiodoren.*
3 d simul innovati *Autissiodoren.*
4 d sanat membra *Y.*
8 a de clari (!) *Y.*

293. DE SANCTO GABRIELE.

1

Gabrieli nuntio
Regis caeli, concio
sit haec laeti carminis ;
Confert mundo gaudium
dum fert Dei Filium
Fructum ventris virginis.

2

Servitutis terminum
dat salutis hominum
zelator carissimus ;
. . . .
. . . .
. . . .

3

Quanta sit auctoritas
eius, taciturnitas
Zachariae perhibet,
Mariae credulitas
prudens et humilitas
Deum nobis exhibet.

4

Ioseph iustum docuit
quod et iustum tenuit
eius ventrem Spiritus ;
Christum natum nuntiat
Ipsum mox adsociat
caelestis exercitus.

5

Per ipsum auge merita,
Iesu, nostraque debita
dimitte piissime,
Et post hanc miseriam,
da cum Christo gloriam,
regum Rex altissime.

2 Une partie de cette strophe a disparu.

MISSALE IVXTA VERAM ORDINEM LVBICENSEM. Lubecae, 1486.

1. In Nativitate Christi: in gallicantu, Sequentia: *Grates nunc omnes.* K.6.
2. „ „ in diluculo, Sequentia: *Eia, recolamus laudibus.*[1] K.10.
3. „ „ ad summam Missam, Sequentia: *Natus ante saecula.*[2] K.11.
4. De S. Stephano protomartyre, Sequentia: *Hanc concordi famulatu.* K.711.
5. De S. Iohanne evangelista, Sequentia: *Iohannes, Iesu Christo.* K.402.
6. De S. Thoma Canthuariensi, Sequentia: *Spe mercedis et coronae.* K.729.
7. In die sancto Epiphaniae Domini, Sequentia: *Festa Christi.* K.24.
8. In die sancto Paschae, Sequentia: *Victimae Paschali.*[3] K.83.
9. Feria secunda, Sequentia: *Laudes Salvatori.* K.81.
10. In Ascensione Domini, Sequentia: *Summi triumphum Regis.*[4] K.114.
11. In die sancto Penthecostes, feria tertia et quarta, Sequentia: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.*[5] K.124.
12. Feria secunda, Sequentia: *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
13. De Sancta Trinitate, Sequentia: *Benedicta semper Sancta.* K.139.
14. De Corpore Christi, Sequentia: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
15. De evangelistis, Sequentia: *Iocundare, plebs fidelis, cuius pater.* K.427.
16. De apostolis, Sequentia: *Clare sanctorum senatus.*[6] K.369.
17. De martyribus, Sequentia: *O beata beatorum.*[7] K.445.

1 Item in die Circumcisionis Domini.

2 In Missa de Domina nostra a festo Nativitatis Domini usque ad Epiphaniam Domini, Divisio: *Gaude, Dei Genitrix.*

3 Item feria tertia, et per totam hebdomadam et Dominicis post Pascha, et in die S. Ambrosii, S. Marci evangelistae et SS. Philippi et Iacobi, et in festo Patronorum si tempore Paschali evenerit.

4 Item Dominica infra octavam et in octava, et in die SS. Philippi et Iacobi, et in festo Patronorum, si infra octavam Ascensionis venerit.

5 Item feria tertia et quarta.

6 In die S. Thomae, S. Iacobi, S. Petri ad Vincula, S. Bartholomaei, S. Matthaei, S. Lucae et SS. Simonis et Iudae.

7 In die Decem millium martyrum, SS. Iohannis et Pauli, S. Mauricii et sociorum, et SS. Undecimillium virginum et martyrum; in Missa votiva S. Erasmi, et S. Answeri et sociorum si placet.

18. De confessoribus, Sequentia : *Ad laudes Salvatoris.*[8] K.465.
19. De virginibus, Sequentia : *Exsultent filiae Sion.*[9] K.474.
20. In Dedicatione ecclesiae, Sequentia : *Psallat Ecclesia.*[10] K.866.
21. In die sancto Andreae apostoli, Sequentia : *Sacrosancta hodiernae.* K.401.
22. Conceptionis Mariae Virginis, Sequentia : *Salve, proles Davidis.*[11] K.231.
23. In Conversione S. Pauli apostoli, Sequentia : *Dixit Dominus : Ex Basan.*[12] K.384.
24. In Purificatione S. Mariae Virginis, Sequentia : *Concentu parili.* K.217.
25. Blasii episcopi et martyris, Sequentia quae semper cantetur, sive sit in Septuagesima, sive non : *Laetetur Ecclesia fidelium.*[13] 294
26. In Inventione Sanctae Crucis, Sequentia : *Laudes Crucis attollamus.*[14] K.60.
27. Iohannis ante Portam Latinam, Sequentia : *Verbum Dei, Deo natum.* K.408.
28. In Nativitate Sancti Iohannis Baptistae, Sequentia : *Sancti Baptistae Christi.* K.351.
29. In natali SS. Petri et Pauli apostolorum, Sequentia : *Petre, summe Christi.* K.394.
30. In festo Visitationis Beatae Mariae Virginis, Sequentia : *In his sollemniis Visitationis.* 295
31. In Divisione apostolorum, Sequentia : *Caeli enarrant.* K.368.
32. Mariae Magdalenae, Sequentia : *Laus Tibi, Christe, Qui es Creator.* K.846.
33. De Sancta Birgitta, Sequentia : *Gaude, Sion, quod egressus.* K.800.
34. In Assumptione B. Mariae Virginis, Sequentia : *Congaudent angelorum chori.* K.247.
35. In Decollatione S. Iohannis Baptistae, Sequentia : *Psallite Regi nostro.* K.352.
36. In Nativitate S. Mariae Virginis, Sequentia : *Ave, praeclara maris stella.* K.254.

8 In die S. Nicolai, S. Anthonii, S. Augustini, S. Hieronymi et S. Willehadi ; et in Missa votiva S. Eligii si placet.

9 In die S. Barbarae ; S. Dorotheae si extra Septuagesimam evenerit, et S. Marthae.

10 Item in Dedicatione novi altaris, et in anniversario Dedicationis altaris.

11 Item in die S. Annae et Sabbato infra octavam Nativitatis Mariae.

12 Item in Commemoratione S. Pauli.

13 Item in octava si Dominica fuerit.

14 Item in Exaltatione Sanctae Crucis. In Missa votiva de S. Cruce a festo Paschae usque ad festum Sanctae Trinitatis, et in Missa de Facie Domini, Divisio : *O Crux, lignum triumphale.*

37. In octava Nativitatis S. Mariae Virginis, Sequentia : *Stirpe Maria regia.* K.192.
38. Sancti Michaelis archangeli, Sequentia : *Summi Regis archangele.* K.172.
39. In die Sanctorum Omnium, Sequentia : *Omnes Sancti Seraphim.* K.335.
40. In festo Beati Martini episcopi, Sequentia : *Sacerdotem Christi.* K.646.
    Elisabeth viduae, Sequentia : *Gaude, Sion, quod egressus.* K.800.
41. Katherinae virginis et martyris, Sequentia : *Ave, praeclara Katherina, nam.* K.820.
42. De Passione Domini, Sequentia : *Ave, Iesu Christe.* K.45.
43. In Officio pro defunctis, Tractus : *Dies irae, dies illa.* K.879.
44. In Missa votiva de Compassione B. Mariae Virginis, ex devotione, non de ordine Lubicensi, Sequentia : *Verbum Patris aeternatum.* 296
45. De Domina nostra ab octava Epiphaniae usque ad Purificationem, Sequentia : *Laetabundus exsultet.* K.13.
46. De Domina nostra infra Pascha et Pentecosten, Sequentia : *Virgini Mariae laudes concinant Christiani.* K.233.
47. De Domina nostra in Sabbato, Sequentia : *Verbum bonum et suave.* K.268.
48. Alia Sequentia : *Gaude, Maria templum.* K.302.
49. „ „ *Hodiernae lux diei celebris in.* K.202.
50. „ „ *Ave, Maria, gratia plena.* K.264.
    De Domina nostra Sabbato quando imponitur Adventus Domini, et etiam cum Alleluia deponitur, Sequentia : *Ave, praeclara maris stella.* K.254.
51. In Annunciatione Beatae Mariae Virginis, Sequentia : *Mittit ad Virginem.* [15] K.199.
52. De Sancta Anna, Sequentia : *Alma parens, Anna, gaude.* 297
53. De Sancto Cyriaco, Sequentia : *De torrente passionis.* K.543.
54. De Sancto Laurentio martyre, Sequentia: *Stola iocunditatis.* K.625.
55. De Sancta Katherina, Sequentia : *Sanctissimae virginis.* K.813.
56. De Sancto Nicolao, Sequentia: *Nicolaum confessorem.* K.673.
57. De Domina nostra, Sequentia : *O felicem genitricem.* K.315.
58. De viginti quatuor senioribus, id est, omnium ecclesiarum cathedralium pontificibus Dei electis, Sequentia : *Omnis homo laudes pangat.* 298
59. Sextis feriis de Compassione Beatae Virginis, Sequentia : *Stabat iuxta Christi crucem.* Wackernagel, 263.
60. De Praesentatione B. Mariae Virginis, Sequentia : *Altissimo providente.* K.204.

15 Les Proses 51 à 60 se trouvent à la fin du volume mais ne sont pas mentionnées dans les rubriques.

294. DE SANCTO BLASIO.

1. Laetetur Ecclesia fidelium,
2. Exsultet pro gloria plebs martyrum,
3. Quam adeptus inclytus est hodie Blasius,
4. Non deceptus caelitus in promissionibus ;
5. Deum timuit, credens Illi sedulus; ob hoc ipsius non est merces evacuata ;
6. A Deo non recedens spe, misericordia divina, mente solatur oblectata.
7. Caritate Dei succensus, corde mundo caelitus est illuminatus,
8. Armatura tali defensus demonstratur animo nunquam conturbatus.
9. Ob eius merita virtutum praecellentia, extollat plebs pia imbutum hunc prudentia ; spernit gloriam, fugit plebem noxiam, petit eremum ;
10. Ut tempus redimat, diebus malis faciat virtutes mirandas, in rebus claris effandas, mansueti ferae cernuntur mansuescere ad imperium.
11. Obsequii feris pro solatio, redditur cum medela pia benedictio ; redeunt sic alacres ad arva ;
12. Deprehensus tali ex miraculo, trahitur ad praesidem laetus ex oraculo mystico, offerendus hostia.
13. Incredulos convertit docendo, debiles reficiens curando ;
14. Redarguit praesidem, sustinet fustibus se caedentem.
15. Ter in carcerem truditur, diris ungulis suspensus equuleo vexatur.
16. In lacum aquae mittitur, miris quae modis sub ipsius corpore densatur.
17. Tandem capite truncatur, cohortem secum plurimam consortem
18. Fecit meriti et mercedis, boni summi ac perennis doni.
19. Laetatur nunc in Domino, contemplatur praemia iustorum, maiestatem Dei ;
20. Nobis, precum suffragio, deposcat eximium solamen, vultus nostrae spei.

Manuscrits. LUBECK : Bibl. de la Ville, Graduel de Lubeck, xiv[e] siècle, *LUB;* Missel de Lubeck, xiv[e] siècle, *LUC;* Graduel de Lubeck, xv[e] siècle, *LUK.*

6 Ideo *Lubicen.*
8 monstratur animo *LUB. LUK. Lubicen.*, fait un vers faux.
9 Ab eius *Lubicen.*
10 Et tempus *Lubicen.* vere cernuntur *Lubicen.*
12 Reprehensus *Lubicen.* hostiam *Lubicen.*
15 equuleo manque dans *Lubicen.*

295. IN VISITATIONE B. MARIAE.

1

In his sollemniis
Visitationis
Mariae Virginis
dicat plebs fidelis :
" O mundi spes, ave. "
Mater humilium
vae tulit, gaudium
dedit, dum fit pium
ave per angelum,
et pro Eva ave.

2

Nempe pro femina
redditur femina,
prudens pro fatua,
mitis pro superba,
virgo pro lasciva ;
Quae mortem abstulit
quam illa intulit,
et quam haec perdidit
vitam restituit
Deumque placavit.

3

Cum plena salute
ventre sis et ore,
dic prior cognatae :
" Salus venit ad te,
quod est dictum : salve. "
Respondeat : " Ave
Maria, nam per te
fugatur omne vae
quod ex muliere
venit orbi terrae. "

4

Exsurgens festina,
visitans montana,
clamat et cognata
quod sis gravidata
sed viri nescia ;
En partum virgini
spiritum sterili,
gaudium infanti
Deus dat ; angeli
congaudent homini.

5

Et cum esset homo
exsul a gaudio,
iam iungitur Deo ;
tripudiat ergo
infans in utero.
Eia, virgo pia,
misce sata tria :
Deum peccatori,
gratiam homini,
nos aeternitati.

6

Tui memoria
agentes in via
tecum post tristia
ad vera gaudia
perduc, O Maria,
Et a miseria
duc ad caelestia,
angelis socia,
atque perpetua
da frui gloria.

Manuscrits. LUBECK : Bibl. de la Ville, Missel de Lubeck, pièce ajoutée au xve siècle, *LUC*; Graduel de Lubeck, xve siècle, *LUK*; Missel de Lubeck, xve siècle, *LUM*.

2 f depulit *Brandenburgen.*
3 f g Respondeat Maria : Ave. *Lubicen.*

4 Au lieu de cette strophe, on lit dans *Brandenburgen :*

Exsurgens festina,
visitans montana
ut virtutum alta
petant, quos infima
fovent peritura ;

Fuit tibi data
divinitus nota
exclamat cognata
quod sis gravidata,
sed viri nescia.

4 f Nam partum *LUC. LUK. LUM. Lubicen.*
5 d tripudeat *Lubicen.*
6 La première partie de cette strophe manque dans *LUC. LUK. LUM Lubicen.*

Cette Prose se lit aussi dans *Posnanien.*

296. DE COMPASSIONE BEATAE MARIAE.

1

Verbum Patris aeternatum,
ex Maria incarnatum
laudet nostra concio ;
Dulcis auster nam perflavit
aquilonem dum prostravit
spiritali nuntio.

2

Mirum virga profert florem,
granum fulvum in decorem
pro parentum crimine,
Quod contusum et expressum
mente pura indefessum
fera gens fert minime.

3

Turpi turba nam velatur
ac a Iuda osculatur
matre sancta nescia :
Redempta mox Iohannes sindone
Bethaniam adivit propere,
flenda nova nuntiat.

4

Corda simul quatiuntur
haec horrenda dum panduntur :
agon ingens properat ;
Deitatem vanitas,
mitem turbat feritas,
ferme fides haesitat.

5

Mater, Martha, Magdalene
simul petunt fide plenae
atria pontificis,
Patris Splendor quo turbatur
rictus oris demonstratur
artubus deificis.

6

Sancta cervix castigatur
ut peccator redimatur,
culpae ruptis vinculis ;
Diva Mater dum respexit
vinctum, caesum quem dilexit
ac turpatum sputulis,

7

Gemit, plangit peramare ;
malens Caro properare
nequit prae complicibus,
Crucis morti dum addictus
Christus, princeps benedictus,
exit crucis baiulus.

8

Qui dum matrem intuetur
ac pudice reveretur,
cadit facie tenus ;
Nam flagellis tormentatus,
nocte, die, castigatus,
expers est a viribus.

9

Demum surgit crine tractus,
pugno mactus, clava tactus
ab infecta turmula ;
Non est dolor neque poena
compar huic quam serena
tulit cum decentia.

10

Carne Christi conclavata
in agone tormentata,
Mater sancta commendata
caro est discipulo ;
Quae dum vidit moriturum
ac a mundo recessurum
Iesum, optat hunc, daturum
protectorem populo :

11

— " Fili dulcor supernorum,
quamvis plenus tormentorum,
curam gere orphanorum,
in valle miseriae ! "
— " Non te linquam, pia mater ;
vocat Me e mundo Pater,
tu matrona et commater
apexque clementiae. "

12

Ergo mater et matrona,
caeli terraeque corona,
confer nobis Christi dona :
cuncta sistunt in te bona
sempiterni delubri ;
Usque, Virgo, caeli porta,
de qua vera lux est orta,
in agone nos conforta,
ut a seris et a porta
eruamur inferi.

5 a Magdalena *Lubicen. Sleswicen.* b plena *Lubicen. Sleswicen.* La correction *plenae* s'impose, et entraîne celle du premier vers : *Magdalene.*
7 a praeamare *Lubicen.*

297. DE SANCTA ANNA.

1

Alma parens, Anna, gaude,
mater omni digna laude,
mater tantae filiae ;
Anna recte nuncuparis,
quia gratiosa paris
Matrem omnis gratiae.

2

Anna parit tres Marias,
quarum primam Isaias
praedixit divinitus,
Virgam florem producturam
virginemque parituram
dono Sancti Spiritus.

3

Haec [est] radix Anna pia,
virga florens est Maria,
Christus est flos inclytus ;
Digna radix est honore,
cuius virga tali flore
fecundatur caelitus.

4

Anna stellam matutinam,
stellam maris et reginam
peperit clementiae ;
Ipsa vere iam laetatur,
quia Deum contemplatur
revelata facie.

5

Salve, mater Matris Christi,
quae iam felix conscendisti
iubilans ad aethera ;
Iter nobis praesta tutum
ut in Domini virtutum
collocemur dextera.

3 a est manque dans *Lubicen.*, est nécessaire au rythme.
4 a stella matutina *Lubicen.*, contraire à la rime.

298. DE VIGINTI QVATVOR SENIORIBVS.

1
Omnis homo laudes pangat,
hac in domo nemo frangat
laudis personantiam ;
Mundis modis ac discretis
canat rite sine metis
decoris fragrantiam ;

2
Qua luxerunt nisu toto
viri sancti fide, voto,
quater seni proceres,
Grate Christus quos elegit
donis sanctis dum compegit,
toti orbi celebres.

3
Noster olim incolatus,
(animarum dum reatus
stabat in periculo,)
Culpis nostris est prostratus
Rex pro nobis homo natus
crucis in patibulo.

4
Qui dum surgens
morsu urgens
inferorum moenia,
Caelos scandit,
iter pandit
tergens nostra crimina.

5
Dextram Patris summi tenens
dulciori iubilo,
Votis ratis Suos regens
hoc in orbe nubilo ;

6
Hinc in Pathmos dum illuxit
caro Suo, hunc instruxit
de futuris statibus,
Girant thronum tunc sedentis
quater seni sacrae gentis,
iunctis animalibus.

7
Agnus Dei hic occisus
est praeclarus ibi visus
septem habens cornua,
Is a cunctis adoratur,
flexo corde veneratur,
septem gerens lumina.

8
Cui dantur reserari
et in orbe praedicari
septena hic signacula,
Hic effecit nos regales
delubri sacerdotales,
collustrans cordis invia.

9
En electi
stant perfecti
citharis et phialis,
macerati,
castigati,
toto corde inflammati
caritatis iaculis ;
Ut adorent
et exorent
pro terrenis miseris,
ut admittat
et acceptat
tanquam gratum
nostrum flatum
sacri adoraminis.

10
O electi et beati,
tonsurati ac comati,
nunc et semper Christo grati
simus vobis commendati,
Ut laetanter operemur,
exsultantes veneremur,
caritate protendemur,
ac vobiscum gratulemur.

11

Hamus quo non rumpitur
piscium in captura,
Nec vestis conscinditur
quae sortis capit iura ;

12

Quo sacrum Alleluia
non clauditur mensura.

8 a Qui *Lubicen.*, fait un vers faux et n'offre pas de sens.
9 m acceptet *Lubicen.*, correct, mais contraire à la rime. L'auteur a écrit *acceptat.*

MISSALE ECCLESIAE SANCTI STEPHANI DIVIONENSIS.[1] xv saec.

1. Dominica prima Adventus, Prosa: *Salus aeterna.* K.1.
2. Dominica secunda, Prosa: *Psallat Ecclesia.* K.866.
3. Dominica tertia, Prosa: *Regnantem sempiterna.* K.2.
4. Dominica quarta, Prosa: *Qui regis sceptra.* K.4.
5. In Nativitate: ad Missam de nocte, Prosa: *Ave mater, qua natus.* K.8.
6. „ „ ad Missam in luce, Prosa: *Adest nunc gloriosa.* 299
7. „ „ In die, ad magnam Missam, Prosa: *Nato canunt omnia.* K.9.
8. In die Sancti Stephani protomartyris, Prosa: *Adest nobis lux benigna.* 300
9. Sancti Iohannis evangelistae, Prosa: *Laetabundus gratuletur.* K.406.
10. Sanctorum Innocentium, Prosa: *Misit Herodes.* K.347.
11. De Beata Maria, Prosa: *Laetabundus exsultet.* K.13.
12. In Circumcisione Domini, Prosa: *Eia recolamus laudibus.* K.10.
13. In Epiphania Domini, Prosa: *Epiphaniam Domino.* K.27.
14. In die Paschae Prosa: *Fulgens praeclara.*[2] K.95.
15. In octava Paschae, Prosa: *Victimae Paschali.* K.83.
16. In Ascensione Domini, Prosa: *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
17. In die Pentecostes, Prosa: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
18. Feria secunda, Prosa: *Alma chorus Domini.* K.140.
19. Feria tertia, Prosa: *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
20. De Trinitate, Prosa: *Benedicta semper Sancta.* K.139.
21. In sollemnitate Corporis Christi, Prosa: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
22. De Sancto Andrea, Prosa: *Laudes tu cane Deo, fidelis caterva.* 301
23. De Beata Barbara, Prosa: *Collaudemus Salvatorem, omniumque Conditorem.* 302
24. De Sancto Nicolao, Prosa: *Congaudentes exsultemus vocali.* K.665.
25. In Conceptione Beatae Mariae Virginis, Prosa: *Potestate non natura.* K.184.

1 Dijon n'était pas évêché au Moyen-Age. L'église de Saint-Étienne néanmoins avait ses Offices propres, de même que la plupart des églises collégiales ou abbatiales. Ce sont les Proses extraites de ces offices que nous publions, en prenant pour base le manuscrit 879 de la Bibliothèque Nationale de Paris.

2 Item, feria secunda et tertia, usque ad *Roseo.*

26. Sanctorum Geminorum, Prosa: *Adest iam festa dies.* 83
27. De Sancto Antonio, Prosa: *In hac die laetabunda.* K.496.
28. Sanctorum Fabiani et Sebastiani, Prosa: *Nobile praeconium.* 303
29. Vincentii martyris, Prosa: *Praecelsa saeclis colitur.* 138
30. In Conversione Sancti Pauli, Prosa: *Corde, voce pulsa caelos.* K.386.
31. In Dedicatione ecclesiae, Prosa: *Clara chorus dulce pangat.* K.868.
32. In Inventione Sanctae Crucis, Prosa: *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
33. Sancti Iohannis Baptistae, Prosa: *Gaude, caterva, diei praesentis.* K.357.
34. De SS. Petro et Paulo apostolis, Prosa: *Laude iocunda melos.* 35
35. De Beata Magdalena, Prosa: *Mane prima Sabbati.* K.93.
36. In Inventione Sancti Stephani sociorumque eius, Prosa: *Creatori creatura.* K.719.
27. Laurentii martyris, Prosa: *Laurenti David.* K.623.
38. In Assumptione Beatae Mariae Virginis, Prosa: *A rea virga primae matris.* K.255.
39. Mammetis martyris. Prosa: *Omnipotens Deus, salus nostra.* 304
40. De Sancto Bernardo confessore, Prosa: *Fulget mundo lux sollennis, quam decorat.* 305
41. Augustini episcopi et confessoris, Prosa: *Interni festi gaudia.* K.502.
42. In Nativitate Beatae Mariae Virginis, Prosa: *Alle caeleste.* 44
43. De Sancto Michaele, Prosa: *Has celebres, Rex caelice.* K.168.
44. In festo Omnium Sanctorum, Prosa: *Christo inclyta candida.* K.336.
45. Benigni martyris, Prosa: *Collaetetur fidelis concio.* 306
46. Martini episcopi et confessoris, Prosa: *Sacerdotem Christi.* K.648.
47. Katherinae virginis, Prosa: *Adest dies triumphalis.* 91
48. Missa de Quinque Plagis Domini, Prosa: *Coenam cum discipulis.* K.57.
49. In Veneratione Beatae Mariae Virginis, Prosa: *Ave, Virgo virginum,......ave, stella.* K.287.

299. IN NATIVITATE DOMINI.

1. Adest nunc gloriosa sollemnitas atque praeclara,

2. Qua Pater in caelis, supera regens agmina,
3. Filium in terris, propter salutem humanam,

4. Misit, ut sumeret servilem atque mortalem formam;
5. Ut sub lege manens donaret mundo caelorum gaudia.

6. Angelico nuntio gravidantur Mariae viscera,
7. Pavens ac perterrita nunquam nosse se virum dixerat.

8. Ad haec nuntius illico protulit talia : " Gaude, Maria, Sancti Spiritus altithrona mox superveniet gratia,
9. Et virtute Dei repleberis altissima, tu sola placuisti mulier Altissimo, stirps et origo Davidica.

10. Magnificat Dominum postquam fuerat his verbis angeli monita.
11. Nativitas Christi pastoribus voce nuntiatur angelica.

12. Sit Deo laus et gloria in excelsis, sit salus et pax in terris, gaudeat caelum, cuncta resultent agmina.
13. Caelestis axis Dominum multitudo glorificat et collaudat supera demum remeantem ad sidera.

14. Deus homo factus hodie natus est ex Virgine Sancta Maria ;
15. Hunc laudet cuncta per orbem plebs cui tanta famulantur obsequia.

16. Sit Deo laus atque potestas egregia,
17. Cum Patre qui cuncta gubernat,

18. Et cum Spiritu Sancto in aeterna saecula.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 879, Missel de l'église Saint-Étienne de Dijon, xve siècle, *S;* 15105, Prosaire avec gloses, xve siècle, *Y.* Bibl. de l'Arsenal, 1169, Tropaire d'Autun, xie siècle, *N.* ASHBURNHAM PLACE, Missel de Dijon, xive siècle, *ASH.*

2 supra *S.*

7 Pavens per hanc *Y.*

8 Spiritus ex alto throno *Matisconen.* Spiritus altissimo mox super venit et gratia *N.*

9 repleberis altissimo *N.* repleberis almiphona *Matisconen.*

12 laus, gloria, *Matisconen.* Les clausules 12 et 13 sont interverties dans *N.*

13 Caelestis hac sit *N.* Caelestis adsit *Matisconen.* glorificans et collaudans *Matisconen.* superant... remeantes *N.* superet demum remeans ad sidera *Matisconen.* Dans *N.* une confusion s'est produite à la fin de la clausule 12 où on lit : in terris superat demum cuncta resultant. C'est là un fragment de la clausule 13.

14 Deus et homo perfectus hodie *N. Matisconen.* de Virgine *Y.* sancta manque dans *N.* et *Matisconen.*

15 Cette clausule, nécessaire au parallélisme, manque dans *S.* et *ASH.*

300. DE SANCTO STEPHANO.

1

Adest nobis lux benigna,
in qua tot et tanta signa
fecit et prodigia
Verus hic Israelita,
protomartyr et levita,
veritate praevia.

2

Domus supra petram sita,
sicut probat eius vita
coruscans miraculis ;
Superavit hic Iudaeos
affirmans quod unus Theos
regnaret in populis.

3

Stephanus dum lapidatur
genu flexo deprecatur
pro se lapidantibus ;
Iesum videt se vocantem
a dextrisque Dei stantem
cum sanctis spiritibus.

4

Martyr fide stat securus,
suum Deo redditurus
inter ictus spiritum.
Stephane, sit tibi cura
de nobis, atque procura
cum supernis aditum.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 879, Missel de l'église Saint-Étienne de Dijon, xve siècle, *S.*

301. DE SANCTO ANDREA.

1. Laudes tu cane Deo, fidelis caterva,
2. In hac praeclara atque veneranda die quoque pretiosa,
3. In qua supernam meruit Andreas scandere caeli patriam.
4. Qui cum mitteret rete in aquam, ambulans Dominus iuxta mare quod est circa Galileam, vocat eum voce pia :
5. " Veni tu ", inquit, " post me, faciam animas te piscari ad vitam sine fine perpetuam, habens tu meam gratiam. "
6. Mox ut audivit vocem Christi benignam, navim contempsit atque sua retia, Eius sequens vestigia.
7. Post haec, divina repletus sapientia, omnem per orbem docens Domini edicta, multa patrans miracula,
8. Demum Patras ingressus contra tyrannum Egeam,
9. Fretus divina atque superna misericordia,
10. Fortiter pugnat biduo, poenas exsultans et gaudens crucis tolerat,
11. Plebemque docere minime cessat, commendans Deo animas,
12. Caelos penetrans cum multa splendidaque gloria
13. Ubi sine fine gaudet cum sanctis in aethera,
14. Laudans Deum per saecula.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 879, Missel de l'église Saint-Étienne de Dijon, xve siècle, *S*; 15105, Prosaire avec gloses, xve siècle, *Y.* ASHBURNHAM PLACE : Missel de Dijon, xive siècle, *ASH.*

3 caeli manque dans *Y.*
4 committeret *Y.* circa Galeam (!) *Y.*
10 tollerat *Y.*
11 commendas (!) *ASH.*

302. DE SANCTA BARBARA.

1
Collaudemus Salvatorem
omniumque Conditorem
Iesum unanimiter,
Cum quo regnat gloriosa
virgo martyr preciosa
Barbara perenniter.

2
Iubet pater ut claudatur
ne ipsius videatur
pulchritudo nimia;
Postulatur in uxorem,
sed ob Domini amorem
contemnit connubia.

3
Pater cultor idolorum
natam, contemptricem horum,
videns Christum colere
Per capillos mox accepit
et flagellis fremens cepit
duris eam caedere.

4
Praesidi hoc intimavit
et ut gravibus rogavit
poenis hanc consumeret;
Post haec praeses advocavit
sanctam Dei et suasit
huic ut deos coleret.

5
Hanc spernentem denudari
et taurinis flagellari
nervis membra tenera
Praecepit, sed Deo grata
pro Amato est parata
ferre quaeque aspera.

6
Virgo hinc incarceratur
carcer claret, visitatur
a Christo in carcere;
Qui benignis consolatur
verbis, per quem et sanatur
haec ab omni vulnere.

7
Ardentes ad latera
cuius apponuntur
lampades; huic ubera
sua abscinduntur;
Eius caput caeditur
malleis beatum;
alba stola tegitur
corpus denudatum.

8
Quam de caelo angelus
virgini portavit;
tandem pater impius
natam decollavit.
In morte specialiter
aliqua oravit
cui Christus largiter
omnia donavit.

9
Desuper divinitus
ignis descendebat,
qui profanum penitus
patrem consumebat
Martyrum praeconium,
virgoque decora,
nobis in auxilium
sis in mortis hora.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 879, Missel de l'église Saint-Étienne de Dijon, xv[e] siècle, *S.*

2 a Iubet ergo *Claromonten.* 1541.
3 f diris *Claromonten.* 1541.
4 b oravit *Claromonten.* 1541. d e f manquent dans le Missel de Clermont.
5 a Haec *Claromonten.* 1541.
6 d e f manquent dans le Missel de Clermont.
7 b eius *Claromonten.* 1541. c d hinc ulcera sua exstinguuntur *Claromonten.* 1541. Cuius *Claromonten.* 1541. g stola alba *Claromonten.* 1541.
8 h omnia manque dans *Claromonten.* 1541.
9 f virgo decorata *Claromonten.* 1541. h assis mortis *Claromonten.* 1541.

303. DE SS. FABIANO ET SEBASTIANO.

1

Nobile praeconium
pulset aures omnium
celebri memoria ;

2

Laeta Saebastianum
civem Mediolanum
personet melodia ;
Claro natus germine,
sed fidei semine
clarior et gratia,

3

Militis honoribus
rutilat et moribus
sacris ab infantia ;
Sub terrena chlamyde
mentes quae sunt pavidae
roborat constantia.

4

Sanctitatis radio
fulsit hic in stadio
Caesaris in curia
militiae gloria ;
Sed Tuus erat, Christe,
miles in armis iste,
ferens testimonia
probitatis omnia.

5

Per hunc fulta
fide multa
Zoe credit
et huic redit
dulcis eloquentia ;
Salus patet,
morbus latet,
fides crescit
et decrescit
gentilis perfidia.

6

Tunc nudatur miles fortis
quem ministri trahunt mortis
ad dira supplicia ;
Illum iubet sagittari,
telis corpus agitari
tyranni dementia.

7

Tandem recte colligatus,
multa caede fatigatus,
crebro quoque fustigatus
consecratur hostia ;
Vim dat Deus huic ingentem :
pestes fugat, servat gentem,
corpus mundat, atque mentem
reficit laetitia.

8

Vir virtutis
da salutis
iter tutum
per virtutum
ire gressus,
da regressus
ad caeli palatia,
Ut ad Christum
coetum istum
vitae fontem
per Te pontem,
fusa prece,
tersa faece,
Christi leves gratia.

9

Hoc det Sapientia
Quae gubernat entia.

10

Amen dicant omnia.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 879, Missel de l'église Saint-Étienne de Dijon, xve siècle, *S.*

8 d virtutem *S.*, contraire à la rime.

304. DE SANCTO MAMMETE.

1. Omnipotens Deus, salus nostra vera,
2. Cuius imperio subditur creatura,
3. Per quem veneranda fulget lux hodierna ;
4. Creator omnium regnans per saecula sempiterna,
5. Deus homo factus ut transferres homines ad superna,
6. Tu es victoria beatorum martyrum et corona,
7. Perfecta caritas et laborum requies post tormenta,
8. O Rex immense, Deus, sanctorum gloria, probatis per certamina quanta parasti munera !
9. Iam subdita Te contremiscunt tartara, regis Tua potentia caelum, mare, terrestria,
10. Tibi consona cantica plaudit caelestis caterva hac die in qua venit Mammes cum laurea ad paradisi gaudia.
11. O patientia ferendo vincens gravia et dura discrimina ; per diversa supplicia crescit mater Ecclesia.
12. Salve, sanctorum decus, Rex Christe, per Mammetis sacra salva nos merita.
13. O flos martyrum, Mammes, tibi laus ; puerilis gemma precantes adiuva,
14. Invictus athleta, fidei columna, cuncta sprevisti tormenta pro perenni vita ; Deo tu, victima pacifica, obtulisti grata libamina, mundi cordis fundens aromata.
15. Iam cum Christo regna possides superna ; laesa et nimis inculta munda corda nostra ; tua recolentes sollemnia transfer tecum ad vera gaudia, melos laudum ut cantemus una.
16. Cum Rex Christus in die suprema apparebit facie beata, tunc nos, martyr, clementer excusa.
17. Ut expulsa peccatorum nebula, decorati stola incorrupta, transeamus ad vitae pascua.
18. Ubi Regnanti per saecula iubilemus omnes : Alleluia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 10511, Graduel, xiie siècle, *R ;* 879, Missel de l'église Saint-Étienne de Dijon, xve siècle, *S ;* 15105, Prosaire avec gloses, xve siècle, *Y.*

1 nostra salus *Y.* vera manque dans *Y.*
3 O quam veneranda *R.*
4 Parallélisme imparfait. Faut-il corriger : *qui regnas ?*
5 factus es *R.* ut transferret *S. Y.*
9 Tecum tremiscunt *Y.*
14 pro manque dans *S. Y.*
15 possidens *S. Y.* superne *R. S. Y.* laeta et nimis *S.* et nimis et inculta *Y.*
17 nubila *Y.*
18 Ibi *R.*

305. DE SANCTO BERNARDO.

1

Fulget mundo lux sollennis
quam decorat laus perennis
et iugis memoria,
Hac in die qua Bernardus
dans odorem velut nardus
stemmatur in gloria.

2

Alvo matris adhuc clausus
mundo novos dat applausus
catelli per somnium;
Illi Christus incarnatus,
de Virgine quondam natus
monstrat puerperium.

3

Fraudes vitat feminarum
ut praedones animarum
sectator hic virtutis;
Deo praebens caelibatum
se conservat illibatum
tempore iuventutis.

4

Valefacit parentibus,
crine tonso, cum fratribus
sanctum quaerit otium;
In exemplum sancti callis
adstruendo Claraevallis
mittitur coenobium.

5

Urbes horrens, castra, pagos,
inter quercus atque fagos
vacat caeli curiae;
Cor succendit in amorem,
carnem tractat ad laborem
Martham iungit Mariae.

6

Gulam frenat saporibus,
vestes carent splendoribus,
sorde tamen deiecta,
Detestatus vanitatem
semper amat paupertatem,
caritate subiecta.

7

Sanctitatis ob tenorem
praesulatus ad honorem
poscitur a populis;
Sed hac gemma singulari
non vult fratres defraudari
Christus Rex in saeculis.

8

Haereticos insectatur
quos confutat dum luctatur
publico certamine,
Fidem dictis roboravit
libris claris quos ditavit
venusto dictamine.

9

In argumentis virtutis
multa signa dat salutis
ac sensibus restitutis
expulit daemonia;
Ecclesiarum tyrannos
acres nimis atque magnos
per censuram reddit agnos:
iussa complent omnia.

10

O Bernarde, caeli cultor,
vitae nostrae sis consultor,
per te Christus iustus ultor
offensarum sit indultor
largitorque veniae,
Ut in arce summa poli
sociemur vero Soli
Regi regum digno coli
in quo sistunt
et adsistunt
perennes deliciae.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 879, Missel de l'église Saint-Étienne de Dijon, xv[e] siècle, *S.*

8 e dictavit
9 d sis

306. DE SANCTO BENIGNO.

1

Collaetetur fidelis concio,
nam reclusae quondam sub modio
Benigni reliquiae
venerantur hodie;
Laetabundus exsultet Divio
nam Benigni felix opinio
crevit multifarie
per partes Burgundiae.

2

Venit dies et tempus adfuit
quo hic sanctus ut sol resplenduit,
qui quandoque suam continuit
claritatem;
Nunc praecisum lignum spem habuit,
comam fecit et rursum floruit,
dum aegrotis multis restituit
sanitatem.

3

Polycarpus de caelo monitus
destinavit hunc hic antiquitus,
ut culturam deserat penitus
idolorum;
Dum hoc agit martyr sollicitus,
catenatur ducique traditus
blandimentis pulsatur primitus
promissorum.

4

Sed despectis promissis omnibus,
nudis plumbo perfusus pedibus,
devorandus nefandis canibus
exhibetur;
Digitorum sub denis unguibus
contorquetur ignitis sudibus,
sed nequaquam iustus pro talibus
commovetur.

5

Bina fuit perfossus lancea,
caput virga percussum ferrea,
[in] quo quaedam columba nivea
prosilivit;
Sic frumentum, depulsa palea,
Paradisi fertur in horrea,
ad quae ducat nos Christus postea
cum Quo vivit.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 879, Missel de l'église Saint-Étienne de Dijon, xve siècle, *S.*

3 c deseret *S.*
4 b undis ... perfusis *S.*
5 c in manque *S.*

MISSALE REDONENSE. Parisiis, 1492.

1. Dominica prima in Adventu Domini, Sequentia: *Salus aeterna.* K.1.
2. De Beata Maria in Adventu Domini, Sequentia: *Verbum bonum et suave.* K.268.
3. Dominica secunda, Sequentia: *Regnantem sempiterna.* K.2.
4. Dominica tertia, Sequentia: *Qui regis sceptra.* K.4.
5. Dominica quarta Adventus, Sequentia: *Iubilemus omnes una.* K.5.
6. In die Natalis Domini: ad Missam in gallicantu, Sequentia: *Sonent Regi nato.* K.17.
7. " " " in Aurora, Sequentia: *Nato canunt omnia.* K.9.
8. " " " in die, ad magnam Missam, Sequentia: *Laetabundus exsultet.*[1] K.13.
9. In octava S. Stephani, Sequentia: *Heri mundus exsultavit.* K.714.
10. In octava S. Iohannis evangelistae, Sequentia: *Gratulemur ad festivum.* K.404.
11. In octabis Sanctorum Innocentium, Sequentia: *Celsa pueri concrepent melodia.* K.348.
12. In die Epiphaniae, Sequentia: *Epiphaniam Domino.*[2] K.27.
13. In die sancto Paschae, Sequentia: *Victimae Paschali.*[3] K.83.
14. In die Ascensionis Domini, Sequentia: *Rex omnipotens die hodierna.*[4] K.116.
15. In die Pentecostes, Sequentia: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
16. Feria secunda et per octavas, Prosa: *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
17. De Sancto Sacramento altaris, Prosa: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
18. Dominica prima post octabas Sacramenti, Sequentia: *Vox clarescat, mens purgetur.*[5] K.149.

1 Item in Missis durantibus octavis Nativitatis Domini, in die S. Stephani, S. Iohannis, SS. Innocentium, S. Thomae martyris, in crastino S. Thomae, in Missis de Beata Maria usque ad Purificationem, in die Circumcisionis et in vigilia Epiphaniae.

2 Item Dominica infra octavam et in die octava.

3 Item feria ii, iii, iv, v, vi, Sabbato post Pascha, in octabis Paschae, die Martis et Iovis in Missa de Resurrectione, et Dominicis post Pascha.

4 Item Dominica infra octabas et in octabis.

5 Item omnibus diebus Dominicis post Pentecosten.

6 Item in Translatione S. Nicolai.
7 Item in Elevatione S. Ivonis.

8 Item in octabis.
9 Item in die S. Michaelis in Monte Tumba.

Lucae evangelistae, Prosa : *Iocundare, plebs fidelis, cuius pater.* K.427, vel :

70. *Psallat chorus corde mundo.* K.376.
71. In die Omnium Sanctorum, Prosa : *Christo inclyta candida.* K.336.
72. In Commemoratione Defunctorum, Prosa ad devotionem : *De profundis clamantes gemimus.* 48
73. In Dedicatione ecclesiae, Prosa : *Rex Salomon fecit templum.* K.872.
74. Sancti Melanii episcopi, Prosa : *Nostri patris et pastoris.* 320
75. In die Sancti Martini, Prosa : *Quam pie sit recolendus.* 321
76. Sancti Maclovii episcopi, Prosa : *Omnis sexus, omnis aetas.* 322
77. In octabis Beati Martini, Prosa : *Gratuletur urbs devota Turonorum.* 323
78. In Praesentatione Mariae Virginis, Prosa : *Altissima providente.* K.204.
79. In natali Beatae Katherinae virginis et martyris, Prosa : *Rex qui regnas sine fine.* 324
80. Unius evangelistae, Sequentia : *Iocundare, plebs fidelis, cuius pater.*[10] K.427.
81. Alia Prosa : *Laus devota mente.* 74
82. In communi apostolorum, Sequentia : *Caeli solem imitantes.*[11] K.371.
83. Prosa : *Alleluia nunc decantet.* K.374.
84. Unius episcopi et martyris, Prosa : *Ad agonem animemur.* 325
85. Alia Prosa : *Laus Deo per omnia.* 326
86. Plurimorum martyrum, Prosa : *Supernae matris gaudia.* K.338.
87. Alia Prosa : *Fulget dies celebranda.* 327

Unius confessoris episcopi, Sequentia : *Supernae matris.* K.338.

88. Alia Sequentia : *Ad honorem Salvatoris, laudes huius.* 328
89. Alia Prosa : *Ecce dies specialis.* K.469.
90. Unius virginis et martyris, Prosa : *Virgines egregiae.* K.478.
91. Unius virginis non martyris, Prosa : *De quinque prudentibus.* K.479.
92. De Beata Maria Virgine, Sequentia : *Ave, mundi spes, Maria.* K.289.
93. Alia Sequentia : *Benedicta es caelorum Regina.* K.201.
94. Alia Sequentia : *Mariae praeconio.* K.312.
95. Prosa : *Veni, Virgo virginum.* K.281.
96. In tempore Paschali, Sequentia : *Virginis Mariae laudes intonent.* K.234.
97. Missa de Quinque Plagis Domini Nostri Iesu Christi, dicenda feria sexta, Prosa : *Coenam cum discipulis.* K.57.

10 In die S. Marci, S. Matthaei, et S. Lucae, (nisi dicatur *Psallat chorus*).

11 In die S. Thomae, SS. Philippi et Iacobi, et S. Barnabae ; in Commemoratione S. Pauli, et in die SS. Simonis et Iudae.

307. DE SANCTA KATHERINA DE SENIS.

1

Christo Regi iubilemus,
Eius sponsam collaudemus
Katherinam virginem,
Ex civitate Senarum,
cuius nomen est praeclarum
duxit haec originem.

2

Hanc Christus ab infantia
repletam mira gratia
a mundo segregavit;
Virginitatis perennis
virgo dum esset septennis
votum Christo firmavit.

3

Ordinem poenitentiae
intrat, custos munditiae
in adolescentia,
Hinc integro silentio
se retrusit triennio
contemplans caelestia.

4

Illata daemonum bella
superavit haec puella
diurno certamine,
Pugnat orationibus
et flagellationibus
multo fuso sanguine.

5

Pia, succurrens miseris,
Christum in forma pauperis
vestivit celeriter;
Patienter dura ferens,
aegris piam curam gerens
servivit alacriter.

6

Cilicio virgo pura
ferrique catena dura
corpus mortificavit;
Animarum pro salute
ter in die caesa rite
sese disciplinavit.

7

Nullum cibum corporalem
ad suam vitam mortalem
annis multis edebat,
Sed sacram communionem
per magnam devotionem
quotidie sumebat.

8

Semper horis fere tribus
rapiebatur sensibus,
sumpta communione,
Saepeque corporaliter
levabatur totaliter
mira devotione.

9

Nam magistros doctissimos
et doctores gravissimos
atque elegantissimos
doctrina superavit;
O Dei providentia,
quae summa sapientia
grata quoque facundia
virginem decoravit!

10

Graves inimicitias
et veteres discordias
remissasque iniurias
pacifice sedavit;
A Romanis furoribus
Urbanum sextum precibus
et susceptis verberibus
Katherina salvavit.

11

Katherina, quae miseros
peccatores innumeros
ne caderent ad inferos
servasti salubriter,
Adsis nobis propitia,
cunctaque pelle vitia,
et ad regna caelestia
perducas finaliter.

1 d civitate Sena *Redonen.*
7 a Ut nullum *Redonen.*, fait un vers faux.
8 Il y a dans *Redonen.* une interversion entre les trois derniers vers de cette strophe et les quatre premiers de la strophe 9.
10 c Christus (!) remissasque *Redonen.*

308. DE SANCTA LVCIA.

1

Recolamus gratulando
huius festi gaudia,
Qua Lucia triumphando
subiit caelestia.

2

Plectro chordam castitatis
tangat armonia
Et resultet hac in laude
dulcis symphonia.

3

Psallat chorus alternando
mensque pura consonando
tympano et cythara,
Grates Regi Christo solvat
et in laudem se revolvat
omni in melodia.

4

Martyr pia matris fluxum
precum sanat hostia,
Dum carnalem tempsit luxum
vitae dans solatia.

5

Hanc gentilis adamabat
quidam spe nefaria,
Huius mentem captivabat
stulta vehementia.

6

Colit Illum in quem credit,
cuius mentem nunquam laedit
carnis petulantia ;
Mundum spernit quem transire
contemplatur ac perire :
venduntur et praedia.

7

Ad haec sponsus invitatur,
spe delusus animatur
sub voce nutricia,
Credit subtus et intendit
foro totus dum perpendit
divina mysteria.

8

Impulsatur ad amorem
se reducens in dolorem
commutat sponsalia,
Mox amore flagellatur
nec marcescit ut vincatur
eius pudicitia.

9

Perstat virgo fixa solo
nec movetur haerens polo ;
plebs stupet innumera.
Flectunt funes et impellunt
ad lupanar nec evellunt
Luciae fastigia.

10

Velut mons immobilis
manet inflexibilis
Spiritus Sancti gratia ;
Agonizans donec lictor
ensem vibrat, nec fit victor
virginis in viscera.

11

Sic persistit donec corpus
sibi datur per quod morbus
pellitur et crimina,
O praecelsae res virtutis,
O lux clarae iuventutis
vincitur a femina.

12

Dux tormenta dum infligit
dum grassatur, dum affligit
sorte ruit misera,
Cultrix ergo pietatis
nos ad summae veritatis
transfer hinc palatia.

6 c petulentia *Redonen.*
9 a Stat virgo *Redonen.*, vers faux.

309. IN TRANSLATIONE S. MODERANNI.

1

Praesul comes sublimatur,
laetis choris sociatur
Moderannus hodie,
Ortus cuius consecratur
quando sibi propalatur
absconsa ab homine.

2

Patrem videt ultra mare
quamdam sponsaturum mane,
ipsum de hoc arguit;
Puer stans in occidente
sed pater in oriente:
hoc nefas prohibuit.

3

Hoc probavit peregrinus
qui a rege fuit missus
scire de miraculo,
Cum hoc pater vult scrutari,
insigniis et videri
alte non latet parvulo.

4

Puer Dei Moderannus;
crescit secum Dei manus
aetate et moribus;
Sic antistes ordinatur,
Redonis a Deo datur
cum pontificalibus.

5

Qui dedisti nobis sontem
te quoque nostrum consortem,
sic per vitam [et] per mortem
cunctum procul pelle hostem
a nostro confinio;
Tu praesul, abbas et comes,
qui in Deo cuncta potes,
Moderanne, dona mores
bonos et conserva omnes
in Dei servitio.

3 f vers faux.
5 c et manque *Redonen.* d pelli *Redonen.* 1492. pellit *Redonen.* 1500.

310. DE TRIBVS SANCTIS MARIIS.

1. Ex Anna est orta splendida maris stella,
2. Exaltata supra sidera caeli cuncta,
3. Trium sanctarum sororum primitia,
4. Christifera semper intemerata,
5. Ioachim filia Maria.
6. Ex Anna fuit nata secunda,
7. Apostolorum trium fecunda,
8. Et beata prolifica,
9. Cleophae filia Maria.
10. Ex Anna tertia est nobis edita, Iohannis qui tuba est evangelica,
11. Et maioris Iacobi genitrix inclyta,
12. In sepultura Christi sollicita.
13. Salome filia Maria. Hae tres sorores praecelsa Christi iure palatia hereditant empirea,
14. Quae Sanctorum sunt patria ;
15. Ubi una sempiterna fruuntur gloria.

6 nata fuit *Pictaven. Redonen.*
10 edicta *Maclovien.*
12 pia Christi *Pictaven. Redonen.*
13 hae manque dans *Pictaven.* et *Redonen.* haereditant imperia *Pictaven. Redonen.*

311. IN NATIVITATE S. IOHANNIS BAPTISTAE.

1

Praecursoris et Baptistae
digne nos gaudere, Christe,
praesta natalitio ;
Cuius multa adnotanda
et plurimum admiranda
docet generatio.

2

A senibus procreatus
innuit quod finis datus
est legi Mosaicae,
quod loquelae subtractio
patris probat, quae, filio
nato, redit mirifice.

3

Lingua tacens finem legis,
loquens notat novi Regis
gratiae initium ;
Cuius se promptum monstravit
praeconem cum exsultavit
matris intra gremium.

4

Hunc Iohannem nominavit
angelus, et indicavit
vocandum parentibus ;
Quem Deus sanctificavit,
in ventre praedestinavit
prophetam in gentibus.

5

Dominus dixit de eo
quod non erat maior eo
inter natos mulierum ;
Iste Christum baptizavit,
et digito demonstravit
tollentem sordes scelerum.

6

Hic Elias aestimari
sive Christus reputari
noluit, imo negavit ;
Sed praeconem novae legis
et nuntium novi Regis
se praemissum affirmavit.

7

Baptismi poenitentiae
primus fuit et gratiae
praedicator eximius ;
Hic vitam quam praedicavit
in deserto consecravit
vivendo austerius.

8

Cilicium fuit vestis,
aqua potus, et pro escis
mel et locustas habuit ;
Non arundo levitatis
sed columna veritatis,
cunctos constanter arguit.

9

Eius os Deus posuit
ut gladium et acuit
ad reserenda vitia ;
Ut velut missa sagitta
plebis penetretur ita
cordium duritia.

10

Magne praeco veritatis,
tuae magnanimitatis
muni nos praesidio,
Ut hostibus superatis
sanctorum societatis
perfruamur praemio.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1098, Missel de Rennes, xiv[e] siècle, *Y.*

3 f Mariae intra *Y.*
4 c a parentibus *Y. Redonen.* e et praedestinavit *Y.*
7 e conservavit *Redonen.*
10 a precor *Redonen.*

312. DE SANCTO PETRO.

1

Petro psallat laetabundus
noster coetus et iocundus
prorumpat in gaudia ;
Nostri chori dulce melos
laude digna pulset caelos
Petri pro victoria.

2

Psallat voce plebs iocunda,
gens a faece mundi munda
exsultet in gloria ;
Laudes pandat vox sonora,
pangat orbis et canora
reboet harmonia.

3

Post accepta Christi dona
in mandata Christi prona
disperguntur agmina ;
Christi donis iam imbutus
Romam Petrus adit tutus,
cuius delet crimina.

4

Prius polis plena dolis
Christum pura mente colis
patroni praeconio ;
Christi cultrix, Roma, gaude,
ac patroni digna laude
laetare praesidio.

5

Plebs fidelis veneratur
Petrum, Simon cruciatur
livoris incendio ;
Et oppugnans Petrum magus
per inane fertur vagus
daemonum ludibrio.

6

Sed ad saxum fractis costis
prece Petri ruit hostis ;
dira furit legio ;
Morte magi Nero gemit
ac athletam Christi premit
crucis in supplicio.

7

Dirae spernens iura mortis
Petrus gaudet, victor fortis
crucis in patibulo ;
Regis minas spernens trucis
diros premit hostes, crucis
munitus signaculo.

8

Quem absolvit verus Agnus
ferus damnat hunc tyrannus
iniusto iudicio,
Agnum trahunt lupi truces,
tortor dirus parat cruces
Neronis imperio.

9

Crucem videns salutavit
sic : " Crux ave, per quam lavit
Christus orbis scelera,
Olim ara damnatorum,
spes et scala nunc iustorum,
Crux, salve, fructifera. "

10

Crucifixus obit laetus,
desolatus plangit coetus
pro patris absentia ;
Gratulatur rex insanus
et cum rege dira manus
fera fremunt gaudia.

11

Iam relicta mundi mola
de secura certus stola
migrat ad caelestia ;
O caelestis Rector aulae
et, cum Petro, sancte Paule,
nostra dele vitia.

12

Nostrum, Petre, salva chorum,
sordes tolle delictorum,
tolle quoque noxia.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1098, Missel de Rennes, xiv[e] siècle, *Y.*

3 c dispergantur *Y.*
5 e fertur magus *Y.*

313. DE SANCTO GOLVINO.

1

Creaturae Creatorem
venerantur, dum honorem
Eius sanctis exhibent ;
Laus et honor Goluino
quem dilectum Deo trino
eius gesta perhibent.

2

Quem in terris sublimavit
Christus signis et ditavit
multiformi gratia ;
Quem amavit, quem ornavit
et cum sanctis coronavit
in perenni gloria.

3

Cuius ortu dono Dei
fons immensae speciei
prope partum oritur,
Quo decumbens recreatur
mater, infans baptizatur,
aegris salus redditur.

4

A primaevo carnem arcet
aqua, pane, quod non marcet
adspirans ad gaudium ;
Christi cultor verbo, vita,
virgo semper, eremita,
triplex vicit proelium.

5

Ventum, frigus nullus homo
qua latebat sentit domo
quam non intrat femina ;
Eius prece debellavit
dux Evenus et prostravit
barbarorum agmina.

6

Tres campanas et totidem
auri cruces fecit idem
de transmisso pulvere ;
Eius iussu Romae latus
se portantem morti datus
nullo pressit pondere.

7

Aletanis postulatus
contradicens est sacratus
manu papae propria ;
Multa signa subticentur
auditorum ne graventur
aures propter taedia.

8

Laboranti Christi vite
dat in sero Christus vitae
perennis denarium ;
Quem currentes sic sequamur
ut per ipsum consequamur,
facto cursu, bravium.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1098, Missel de Rennes, xiv[e] siècle, *Y*.

1 d Honor ergo, laus Gouluino *Y*. e dilecto *Redonen*.
4 d verba *Y*.
8 d Quam *Redonen*.

314. DE SANCTO GUILLERMO.

1

Gaude, Sion, sponsa Christi,
quae Guillermum peperisti
senescente gratia,
In occasu novum solem
in senecta nasci prolem
signa probant varia.

2

Briocensis gentes soli
suo solvant vota soli
tota cum Britannia ;
Glorientur in Guillermo
de quo digne magnus sermo
licet in Ecclesia.

3

Ab aetate puerili
declinavit ab hostili
carnis petulantia,
Quam coegit obedire
legi mentis et servire
munda conscientia.

4

Miserorum miserator
pietatis operator
erat manu propria ;
Cum afflictis est afflictus,
caritate sic amictus
discumbit in gloria.

5

Vi compulsus exsulavit
nec impulsus declinavit
a Dei iustitia ;
Ponens enim spem in Deo
fidens erat quasi leo,
agnus patientia.

6

Sanctitatis argumenta
sunt virtutes et portenta
quae fecit insignia ;
Sancti corpus post bimatum
est inventum illibatum
mira cum fragrantia.

7

De Guillermo virtus manat,
febres curat, morbos sanat,
expellit daemonia ;
Surdi, caeci, claudi, muti
sunt saluti restituti
per eius suffragia.

8

O Guillerme, nova stella,
servos serves a procella
trina maris obvia,
Et ad portum nos salutis
applicare fac virtutis
tuae providentia.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1098, Missel de Rennes, xiv[e] siècle, *Y.*

1 d occasum *Redonen.*
2 d Glorietur *Redonen.*
3 c petulentia *Redonen.*
4 d es *Redonen.*
5 a Vir ... exsultavit *Redonen.*
7 d claudi, caeci *Redonen.*

315. DE SANCTO ARMAGILLO.

1

Lingua, corde, mente tota
Armagilli plebs devota
recolat sollemnia,
Cuius probant sanctitatem
et ferventem charitatem
miracula varia.

2

A sodali frigus pellit
puer adhuc, et expellit
febrium angustiam ;
Res, parentes hic dimittens,
totum Deo se committens
applicat Britanniam.

3

Iussu regis evocatus,
Deo placens, cunctis gratus
profectus est Galliam ;
Spe salutis destituti,
caecus, claudus restituti
sunt per eius gratiam.

4

Mora facta per sex annos,
post reversus ad Britannos
adiit Redoniam,
In deserto se recondit,
ubi Christo preces fundit,
mundi vitans gloriam.

5

In momento turbas sanat,
tactu virgae fons emanat,
defluente rivulo ;
Monstrum stola colligavit,
et in sicca suffocavit,
procul stante populo.

6

Tactu vestis, tactu strati
duo statim sunt sanati
divino spiramine ;
Qui vexatur ab antiquo
liberatur inimico,
mulier a sanguine.

7

Quoquo morbo quis gravetur
quantumcumque mox medetur,
necnon sanat pecora ;
Eremita cordis mundi
sprevit opes huius mundi,
repulit ut stercora.

8

Aegri currunt quoquo pergit,
quorum noxas omnes tergit,
vas omnis munditiae ;
Hic post mortem et in vita
mira fecit non audita,
nec cessat quotidie.

9

Ab angelo nuntiato
die mortis, vale dato,
Deo reddit spiritum ;
Nunc oremus omnes istum
ut pergendi ante Christum
nobis paret aditum.

Cette Prose a été publiée par F. H. DICKINSON (dans son Missel de Salisbury) d'après l'édition de 1498.

1 a Corde, lingua *Sarisburien.* 1498. f plura signa varia *Sarisburien.* 1498.

2 a A consorte *Sarisburien.* 1498. c angustia *Redonen.* 1492 ; la faute est corrigée dans *Redonen.* 1500. f petivit Armoricam *Sarisburien.* 1498.

3 a hinc vocatus *Sarisburien.* 1498. c transivit in Galliam *Sarisburien.* 1498. e caeci, claudi *Sarisburien.* 1498.

4 b recursus *Sarisburien.* 1498. c in Redoniam *Redonen.*, vers faux. d sic recondit *Redonen.* e ibi *Sarisburien.* 1498. f spernens *Sarisburien.* 1498.

5 c defluenti rimilo (!) *Sarisburien.* 1498. e siccam *Redonen.* f stante procul *Sarisburien.* 1498.

6 b duo caeci *Sarisburien.* 1498. d Que vexatus *Sarisburien.* 1498. Quae vexatur *DICKINSON.*

7 b votis favet et *Sarisburien.* 1498. meretur *Redonen.* c homines et *Sarisburien.* 1498. e omnes huius opes *Sarisburien.* 1498. f et repulit *Redonen.* donne au vers une syllabe de trop. reputabat stercora *Sarisburien.* 1498 a b c suivent d e f dans *Sarisburien.* 1498.

8 a ubi pergit *Sarisburien.* 1498. b et eorum noxas tergit *Sarisburien.* 1498. stergit *Redonen.* c vas purae *Sarisburien.* 1498. e inaudita *Sarisburien.* 1498. f facitque *Sarisburien.* 1498.

9 a Per angelum *Sarisburien.* 1498. b sibi dato *Sarisburien.* 1498. vale dicto *Redonen.* contraire à la rime. d Exoremus omnes illum *Sarisburien.* 1498. e f ut ad dulce caeli regnum paret nobis *Sarisburien.* 1498.

316. DE S. IOHANNE BAPTISTA.

1

In praeconis et baptistae
expendatur dies iste
reverendo gaudio,
Ut sanctitas attollatur
Iohannis, et confundatur
Herodis praesumptio.

2

Venit enim plena malis
Herodis dies natalis
qua magnam coenam paravit;
Qua Herodiadis nata
diabolo agitata
placens omnibus saltavit.

3

Cui rex ait: " Tibi dabo,
nec promissum retardabo,
quod volueris petere;"
Tunc propter Herodiadem
Iohannes die eadem
tenebatur in carcere.

4

Haec a matre incitata,
sponsione sibi data
quod haberet quod peteret,
Non metuens scelus triste
regi dixit quod Baptistae
caput sibi traderet.

5

Rex ob hoc mente laetatur,
sed ficte vultu tristatur
coram discumbentibus;
Iussit tamen decollari
sanctum et puellae dari
caput coram omnibus.

6

Spiculator saltatrici,
saltatrix dat genitrici
caput quod sic habuit;
Proh, Herodes, quam obscoena
est tui natalis coena
quae sanguine maduit!

7

Corpus tamen auferentes
fideles et condientes
devote sepelierunt;
Sed postea plebs funesta
ne fierent sancti festa
ossa per agros sparserunt.

8

Ab Edissa civitate
caput, Dei voluntate,
receptum est et conditum;
Et digitum quo monstravit
Christum, illaesum servavit
ostensionis meritum.

9

O praecursor, praeconista,
lucerna, martyr, baptista,
pro nobis propitius
Ora Deum et implora,
ut nos trahat mortis hora
ab imo superius.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 1098, Missel de Rennes, xiv[e] siècle, *Y*.

3 f in manque dans *Y*.
8 a Ad Edissam civitatem *Y*. c repertum est *Redonen.*

317. DE SANCTO EGIDIO.

1. Sanctissimi veneranda celebremus sollemnia
2. Egidii, admiranda praeminentis potentia.

3. Gaude, tanti luminis illustrata fulgore, provincia,
4. Magnum tibi patronum generavit et transmisit Graecia ;

5. Qui cum natus esset stirpe regia,
6. Et floreret omni rerum copia,

7. Vana contempsit mundi gaudia et blandimenta noxia,
8. Sua dans Christo patrimonia, caelica quaerens praedia ;

9. Et, natali derelicta patria,
10. Exsul alta navigavit maria.

11. Mira sunt, pater Egidi, tuae virtutis insignia :
12. Pauper vestitur et aeger tua sanatur clementia ;

13. Dirus anguis tibi cedit, sed et ipsa daemonia,
14. Loqui mutos et turbata parere facis maria ;

15. Leprosum curas et arva das fertilia,
16. Te cerva pascit in silvis lactis copia.

17. Te, pater, honorat rex Flavius et tota curia ;
17 b. Te monente fundat coenobium cum gloria,
18. Libertate locum donans auctoritate regia ;
18 b. Haec Carolo regi nuntiantur in Gallia ;

19. Ad quem evocatus.... occulta pandis vitia,
20. Revelante, condonante Sancti Spiritus gratia.

21. Praematura morte captum [Remansensem] regulum resuscitasti pia per suffragia.
22. Impetras pro quibus oras, et a Deo postulata tibi dantur omnia.

23. Nunc ergo nostra vitia precibus tuis expia, et regna da caelestia.

3 fulgore praenuntia *Redonen.* 1492. Nous adoptons le texte de *Redonen.* 1500.

8 Christo patrocinia *Redonen.* Cette clausule est reportée après la clausule 10 dans *Redonen.* Le parallélisme exige la transposition.

14 pari facis *Redonen.* vers faux.

15 et arma *Redonen.* n'offre aucun sens.

19, 20. Parallélisme imparfait dans ces deux clausules.

21 Nous enfermons entre parenthèses le mot *Remansensem* qui rompt le rythme.

318. IN ORDINATIONE S. GREGORII.

1

Sancti papae Gregorii,
pii, pudici, sobrii
veneremur sollemnia,
Cuius doctrinis et vita,
instituta, erudita,
gloriatur Ecclesia.

2

Hic genere spectabilis
in omni fuit docilis
litterarum peritia,
Qui iuxta sui nominis
omen sollicitudinis
vigilavit instantia.

3

Hic exposuit obscuras
Ezechielis scripturas
dictante Dei gratia;
Et super Evangelia
quadraginta eulogia
fecit, et Iob moralia.

4

Sex struxit in Sicilia,
vir pius, monasteria,
septimum in urbe Roma,
Virginum tria millia
pavit, multaque alia,
hinc redolens ut aroma.

5

Hic ad preces invitavit
populum, quem sic sanavit
a peste inguinaria;
Angelo ciphum tradidit
argenteum quem credidit
esse passum naufragia.

6

His et multis virtutibus
insignitus, ab omnibus
in papam fuit electus,
Quem apicem recusavit
et ut ipse procuravit
extra urbem est devectus.

7

Sed per triduum quaesitus,
fulgore misso caelitus
repertus est et deductus,
Qui plurimum reluctatus
in sedem est sublimatus
hoc signo tandem inductus.

8

Ordinatus pastoralem
librum fecit, in quo qualem
praesulem esse deceat
Apertis scriptis docuit
innuens ut sic latuit
et idem cunctis liceat.

9

Igitur, Sancte Gregori,
te mente devotiori
suppliciter exoramus,
Ut nos Nostro Redemptori
commendes et Salvatori
ut in aeternum vivamus.

7 f indutus *Redonen.*

319. DE SANCTO FRANCISCO.

1

Ave, pater, pacis lator,
paupertatis renovator,
  novae gentis gloria,
Post te currit nova schola,
pede nudo, vili stola,
  zonae, bursae nescia.

2

O Francisce, vas virtutum,
tui spernunt sicut lutum
  bona temporalia,
Crucem praefers specialem
nec in terris habet talem
  sanctus nec in patria.

3

Signa probant te beatum
cuius ossa sanitatum
  vaporant dulcedinem,
Quot sunt morbi, tot medelae :
visus, gressus et loquelae
  praebes plenitudinem.

4

Lepra, languores fugiunt,
mors, daemones obediunt
  ad tua imperia ;
Iesu, Fili summae matris,
prolem ducas tanti patris
  ad aeterna gaudia.

Manuscrit. AMSTERDAM : Bibl. de l'Université, Missel Romain, pièce ajoutée, xvi[e] siècle, *AMS.*

1 d nova stola *Redonen.* f zona *AMS.*
2 b tu sprevisti *AMS.*
4 b effugiunt *AMS.*

320. DE SANCTO MELANIO.

1

Nostri patris et pastoris
Melanii confessoris
dignas laudes cordis, oris,
  nostra pangat concio ;
Sanctitatem cuius signa
plura signant ; cum his signa
circa corpus thura digna
  caelesti mysterio.

2

Virgo mirae sanctitatis,
pater magnae pietatis,
iugis custos honestatis
  mundo Deo placuit ;
Vitam duxit monachalem,
nactus sedem cathedralem,
gerens curam pastoralem
  vita, verbo docuit.

3

Hunc vocavit rex Francorum
per quem status clericorum
restauratur, idolorum
  evanescit vanitas ;
Christi cultus ampliatur,
fides nostra roboratur,
divulgata condemnatur
  haeretica pravitas.

4

Evae morbus dissipatur,
paralyticus curatur,
monachusque liberatur
  expulso daemonio ;
Prope mortem infirmatus
per hunc puer est sanatus,
et contractus relevatus
  curato Cyragrio.

5

A defunctis revocavit
hunc quem daemon suffocavit,
gentes multas baptizavit
ad istud indicium ;
Sanctum morsum a serpente
liberavit et repente,
medicina nil valente,
curat Eusebium.

6

Propter natam rex laetatur
a qua Satan effugatur,
pari cura recreatur
virgo quaedam alia ;
Aede sacra quam fundavit
longo ante quam notavit
ista die convolavit
ad caeli palatia.

7

Sancti plures et praelati
sunt a Deo ad beati
exsequias destinati
praestantes obsequia ;
Ad urbem quam ante rexit,
Christo duce, navis vexit
clerum, corpus, et reflexit
cursum Vicenonia.

8

Propter plura malefacta
vincti fures, prece facta,
evasere turri fracta,
et sunt rupta vincula.
Ad sepulchrum iam delatus
vivit puer matri datus,
ecce visus est donatus
mox post pedum oscula.

9

Curans caecos, surdos, mutos,
quavis parte destitutos,
qui das vitae morti datos,
qui dissolvis catenatos,
expellens daemonia,
Fac, precamur, tua prece
ut peccati pulsa faece,
post labentis vitae cursum
gloriemur rapti sursum
in perenni gloria.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1098, Missel de Rennes, xiv[e] siècle, *V.*

4 a Quem morbus *Redonen.* b Syragrio *V.*
5 e sanctum marsum *V.*
6 a Propter vatem *V.* b aqua *V.*

321. DE SANCTO MARTINO.

1

Quam pie sit recolendus
quanta laude prosequendus
Martinus in saecula,
Turonensis Gregorius
quae scripsit et Sulpitius
testantur miracula.

2

Mundo prius militavit
cui mox renuntiavit,
fitque pater monachorum ;
Demum invitus trahitur
rapitur et efficitur
episcopus Turonorum.

3

Quos bonos novit dilexit,
quos malos pie correxit,
nullum cito iudicans ;
Adversantes sibi fovit
nec a statu suo movit
a se nullum abdicans.

4

Ab ipsius infantia
crevit misericordia
cum eo, quod hinc patuit
Quod de pallio partito
cum paupere Christum cito
tectum videre meruit.

5

Arbori fani casurae
apposuit se secure,
quae cecidit e converso ;
Quasi conflictum induxit
flammae, vento dum restrinxit
incendium igne verso.

6

Aliud fanum prostravit
in quo quemdam suscitavit
quem plebs martyrem credebat,
Qui palam fuit testatus
quod ut fur fuit necatus
nec cum sanctis quiescebat.

7

Hunc dum quidam appeteret
gladio ut occideret,
divino nutu corruit ;
Alter dum ferrum vibraret
ut Martinum morti daret,
ferrum non comparuit.

8

Turbam defunctum ferentem
aestimans ritus colentem
invitam stare compulit ;
Sed, cognita veritate,
vir affluens pietate
impedimentum sustulit.

9

Nunc terrore, nunc foetore,
nunc sub vario colore
Satan ipsum molestavit ;
Sed vir sanctus signo crucis
et oratione trucis
hostis artes confutavit.

10

Quem Satan praecipitavit
pia Virgo visitavit
cum sanctorum agmine ;
Costas fractas solidavit
linitas quod adportavit
in ampulla unguine

11

Maximum navem regentem
et secum ire nolentem
fluvius absorbuit ;
Quem ab eo evocatum
et proficisci paratum
mox sanum restituit.

12

Deus qui es mirabilis
in sanctis et laudabilis,
Tuam nobis da gratiam,
Per quam mala declinantes
et quae bona sunt sectantes
mereamur gloriam.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1098, Missel de Rennes, xiv[e] siècle, *Y.*

2 d invictus *Y.*
5 b opposuit *Y.*
9 b atro *Y.* vers faux.
11 c filius (!) *Redonen.*

322. DE SANCTO MACLOVIO.

1

Omnis sexus, omnis aetas
dent Machuto laudes laetas
Britonum signifero,
Per quem primo sunt conversi
infideles et perversi
verbo salutifero.

2

Quanta fulsit sanctitate,
quanta luxit pietate
signa probant varia ;
Hunc parentes non exiles
genuere iam seniles
Dei providentia.

3

Tres vehuntur : puer almus,
cespes terrae, David psalmus
illaesi per maria,
Incombustum vestimentum
lumen ardens est inventum
exstinctum invidia.

4

Guini castri factus praesul
ad Britannos it ut exsul
cum pauco navigio ;
Cui portum praesignavit
quove tendat indicavit
angelorum concio.

5

Est insigne signum trinum,
nam de lympha fecit vinum,
vas vitri de lapide,
Vite datum quo potavit :
ad quod signum baptizavit
gentes urbis perfidae.

6

Novis signis, nova lege
novo templo, novo grege
urbs nova fit praesule,
Et de capa signum mite
et de suae quam dat vitae
praesul custos regulae.

7

Lupo iubet et obedit
ut aselli quem comedit
assumat officium ;
A serpente vulneratam
curans solvit catenatam,
expellens daemonium.

8

Idem caecae reddens lucem
Britannorum caecum ducem
sancto sanat oleo,
Qui gigantem suscitavit
hic ad vitam revocavit
exstinctum in puteo.

9

Maledictam in egressu
terram solvit in regressu
a pressuris omnibus,
Die certa, febre tactus
exspiravit, sursum tractus,
angelis cantantibus.

10

Supplicamus nos immundi
ut calcato luxu mundi
per te mundi simus, mundi
caelesti munditia,
Ora, pater, regum Regem
ut Rex per te partum gregem
non transgressum datam legem
dignum reddat gloria.

2 b fluxit pietate *Redonen.*
4 e quo ve *Redonen.*
8 c sacco sanat *Redonen.* 1492. La faute est corrigée dans *Redonen.* 1500.

323. IN OCTAVIS S. MARTINI.

1

Gratuletur urbs devota
Turonorum mente tota
concordi laetitia,
Plebs resultet electorum,
sonet et laus clericorum
in Martini gloria.

2

Omnis mundus iam laetetur
et sincere veneretur
ipsius sollemnia,
Et nos omnes iubilemus
et iocunde celebremus
eius natalitia.

3

Qui cum nudi miseretur
Christum tegit et meretur
audire divinitus :
" Me Martinus hac contexit
veste data ", quam inspexit
post ostensam caelitus."

4

Hic dum staret ad altare
non cessabat exorare
pro commissis ovibus,
Quem perfudit lux caelestis
cuius globus ignis testis
exstat circumstantibus.

5

Febres fugat ope precum
aegros sanat, qui nos secum
ducat praesul inclytus,
. . . .
. . . .
. . . .

6

Ergo talem honoremus
et instanter exoremus
praesulem egregium,
Ut per ipsum valeamus
adipisci quod optamus
paradisi gaudium.

3 b miretur *Redonen.*
5 Une partie de cette strophe manque dans les différentes éditions du Missel de Rennes que nous avons pu consulter (1492, 1500, etc.)

324. DE SANCTA KATHERINA.

1

Rex qui regnas sine fine
da digne nos Katherinae
colere sollemnia ;
Haec regis Costi filia
praepollens philosophia
et caelesti gratia,

2

Philosophos et peritos
a Maxentio adscitos
ut contra hanc disputarent,
Suis vicit argumentis
probans quod insanae mentis
existentes oberrarent.

3

Qua ad fidem Iesu Christi
conversi sunt omnes isti,
spretis suis artibus ;
Quo Maxentius audito
eos iubet tradi cito
praeparatis ignibus.

4

Et carceri mancipatur
virgo sancta, quam solatur
regina cum Porphyrio ;
Quos monitis salubribus
convertit ab erroribus
et daemonum servitio.

5

Quo tyranno revelato,
dolore sic duplicato,
repletus insanie,
Porphyrium decollari
et reginae amputari
mammas iubet impie.

6

Mox rotam iubet parari
et circumquaque armari
praeacutis gladiis ;
Super quam dum elevatur,
virgo, rota dissipatur
divinis incendiis.

7

Demum virgo decollatur
et lictoris irroratur
gladius lacte, sanguine ;
Cuius corpus deportatum
ab angelis est humatum
in Sinaï culmine.

8

Ex eius mausoleo
effluente oleo
cum minutis ossibus
linitus efficitur
sanus et regreditur
sospes eius precibus.

9

Ergo, virgo Katherina,
fac ut nos virtus divina
praesentes custodiat
Ab omni nota noxia,
et in fine caelestia
adipisci faciat.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1098, Missel de Rennes, xiv[e] siècle, *Y*.

3 a Qui ad fidem *Y. Redonen.*
4 b virgo sanctam *Redonen.* d salutaribus *Y.* vers faux.
5 a relevato *Redonen.* f mamillas *Redonen.*
6 d dum manque dans *Redonen.*
7 c Vers faux. Doit-on corriger : *ensis?*
8 b affluente *Redonen.*

325. DE VNO EPISCOPO MARTYRE.

1

Ad agonem animemur
et exemplo provocemur
huius sancti martyris,
Qui tyranni blandimenta
sprevit, simul et tormenta,
horroremque carceris.

2

Intus ardens caritate
foris lucens sanctitate
signis et miraculis.
Plures Deo lucrifecit
et sequaces eius fecit
confractis lagunculis.

3

Ob hoc poenis est diversis
laceratus a perversis,
sed in caeli curia
Ipsum Christus praemiavit
et honore coronavit
in perenni gloria.

4

Igitur hunc veneremur,
ad Dominum deprecemur
clamantes : « Iesu bone,
Hic nos ure, hic nos seca,
huius sancti nos coaequa
passioni et coronae. »

Cette Prose a été publiée par MOLL, *Hymnen en Sequentien uit Handschriften en oude Drukwerken*, n° XLIX, p. 54, d'après le Missel d'Utrecht de 1540.

4 b et ad Dominum *Traiecten. Tullen.* 1517 *MOLL.* precemur *Tullen.* 1517.

326. DE VNO EPISCOPO MARTYRE.

1

Laus Deo per omnia
qui fugere vitia
dedit sancto tali,
Et tot mirabilia
sorte per confinia
fecit non aequali.

2

Tyrannum superavit,
sudores irroravit
guttarum sanguinis,
Ensem non trepidavit,
a fide nec erravit
vice certaminis.

3

Parato eloquio
gratias egit Deo
contemplando caelum ;
Audax fuit ut leo,
tormentorum ab eo
non timuit praelum.

4

Propter fustes ferreos
fateri plures deos
constare nolebat,
Sed satellites reos
deprimendo, sic eos
fallere dicebat.

5

Amor Sancti Spiritus
illaesum divinitus
fecit evadere ;
Semper vixit caelitus
nec aliquis funditus
potuit laedere.

6

Omnes una laudemus
Deum cui cantemus
per voces varias :
Venite exsultemus,
Domino iubilemus
et Deo gratias.

2 d non dubitavit *Redonen.*
3 f praelium *Redonen.*
6 Cette strophe semble indiquer que cette pièce était primitivement un Trope de Matines. Elle contient en effet les premiers mots de l'Invitatoire.

327. DE VNO EPISCOPO MARTYRE.

1

Fulget dies celebranda
celebri laetitia,
Insignita veneranda
martyrum memoria.

2

In qua Mater laetabunda
exsultat Ecclesia,
Filiorum quae fecunda
caeli gaudet curia.

3

In qua mundus triumphatur
et carnis lascivia,
Atque hostis debellatur
antiqui potentia.

4

Quam miranda est sanctorum
in Christo constantia,
Caro, mundus hostis quorum
morsque est victoria.

5

Fide vincunt omnia,
fide fortes exquisita
perpessi supplicia,
Mira Christi gratia
iam in caelis infinita
perfruuntur gloria.

6

Quo nec luctus neque clamor
nec ulla molestia,
Sed pax vera, verus amor,
veraque concordia.

7

Quo illustrat sempiterna
Dei Sapientia,
Quorum fulgent hodierna
martyrum sollemnia.

8

Quam felix conditio,
quam beata praemia;
Sanctis pro exsilio
reddita est patria.

9

Dignis ergo laudibus
psallat haec familia,
Christi in martyribus
depromens magnalia.

10

Quos de mundi abstulit
praesentis angustia,
Quibus ampla contulit
paradisi gaudia.

11

Quae nos digne promereri
sanctorum suffragia,
Atque secum confoveri
dent Christi praesentia.

328. DE VNO CONFESSORE EPISCOPO.

1

Ad honorem Salvatoris
laudes huius confessoris
nostra promat concio,
Cuius mores et sermones
plures fecere tirones
in Dei servitio.

2

Hic cum hoste triplici
congressu multiplici
usus est remedio,
Nam carnem inediis
domans et vigiliis
vicit et ieiunio.

3

Mundum sprevit fugiendo,
pompas eius contemnendo
cum suis illecebris,
Daemonesque ieiunando
effugavit et orando
factus inde celebris.

4

Is operum exsecutor
pauperumque miserator
pius fuit baiulus,
Moerentium consolator
et claudorum sustentator,
caecis fuit oculus.

5

Huius, quaesumus meritis,
Tuam nobis immeritis,
bone Iesu, da gratiam,
Et quae Tibi sunt placita
faciendo per merita
Tuam nobis da gloriam.

4 a His operum *Redonen.* 1492. La faute est corrigée dans *Redonen.* 1500
5 d Ut *Redonen.*

MISSALE ABBATIAE S. CORNELII COMPENDIENSIS.[1] xiii-xiv saec.

1. Dominica prima in Adventu Domini: *Gaudia mundo ventura.* 249
2. Dominica secunda: *Regnantem sempiterna.* K.2.
3. Dominica tertia: *Qui regis sceptra.* K.4.
4. Dominica quarta: *Iubilemus omnes una.* K.5.
5. In Nativitate Domini, in galli cantu: *Nato canunt omnia.* K.9.
6. „ „ „ in luce: *Laetabundus exsultet.* K.13.
7. „ „ „ ad magnam Missam: *Christi hodierna pangimini omnes una. Caelica.* 22
8. De Sancto Stephano: *Magnus Deus in universa terra.* 81
9. De Sancto Iohanne evangelista: *Alma chorus una.* K.503.
10. Alia: *Laudis odas resonemus.*[2] 329
* 11. „ *Dies ista quae sacrata.* 330
12. De Innocentibus: *Celsa pueri concrepent melodia.* K.348.
13. In Epiphania Domini: *Epiphaniam Domino.* K.27.
14. De Sancto Vincentio: *Ave, stella gloriosa, Gemma martyrum.* 331
15. In Conversione Sancti Pauli: *Adest nobis dies laeta.* 332
16. In Annuntiatione Beatae Mariae: *Ave, Maria, gratia plena.* K.264.
17. In die sancto Paschae: *Fulgens praeclara rutilat.* K.95.
18. Ad Vesperas: *Victimae Paschali.* K.83.
19. Feria secunda: *Dic nobis, quibus e terris nova.* K.103.
20. Feria tertia: *Concinat orbis cunctus.* 97
21. Feria quarta: *Prome casta concio.* 96
22. In natali apostolorum Philippi et Iacobi: *Clare sanctorum senatus.* K.369.
23. De Sancta Cruce: *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
24. In Dedicatione ecclesiae: *Quam dilecta tabernacula.* K.871.
25. In Ascensione Domini, *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
26. In die sancto Pentecosten, *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.

1 Le Missel de la célèbre abbaye de Saint-Corneille de Compiègne n'a jamais été imprimé. Nous publions les Proses qu'il renfermait en prenant pour base le Manuscrit 16823 de la Bibliothèque Nationale de Paris, qui est du xiii[e] siècle. Mais comme il existe, dans la même Bibliothèque, d'autres Missels et Graduels, de la même époque, autrefois en usage dans l'illustre abbaye, nous intercalons dans notre liste les Proses différentes qu'ils renferment, en les faisant précéder d'un astérisque.

2 Item de S. Martino ad libitum.

3 Item de Sancta Trinitate.

329. DE S. IOHANNE EVANGELISTA.

1. Laudis odas resonemus voce satis apta,
2. Celsithrono proclamantes dulcia prosis pneumata
3. Mirabilem in praeclara manenti sanctorum vita.
4. Qui de Se fatur talia, Scriptura testante divina : " Sum veritas atque vita, nec non semita. "
5. Qua recto cursu gradiens rutilat sanctorum caterva, post obitum aetheream adiit curiam.

4 Suivent des Sanctus et des Agnus farcis, après lesquels se lit le n° 79, xiiie siècle, et la Prose : *Virgini Mariae laudes intonent*, K. 234, copiée par une main très postérieure.

5 Les Proses qui suivent ont été ajoutées au cycle liturgique dans les Missels et Graduels de Saint-Corneille.

6. Ergo non tantam talemque viam sequi pigeat,
7. Quos huius captant vasti quatuor orbis climata.
8. Et, conculcata omni nequitia, propellatur prava mente luxuria omni cum nequitia ;
9. Et corda nostra, livione dempta, Ipso protegente fides possideat, spes simul et caritas.
10. Haec nobis sanctorum dona obtineat turba,
10 a. Quae vernans virtute pia florescit ut palma,
11. Ac velut cedrus egregia, celsa penetrans,
11 a. Aeternae mansura possidet vitae praemia
12. Celsithroni gratia,
13. Quae nobis concedat Sancta Trinitas et Unitas,
14. Cui sit laus, honor, et gloria conspicua per tempora cuncta.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 13252, Tropaire de Saint-Magloire (?), Paris, xii[e] siècle, *M*; 16823, Missel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *O*; 17318, Idem, *P*; 17319, Idem, *Q*; 17321, Idem, *R*; 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *S*; 16828, Idem, *T*.

2 prosis neumata *T*.
3 sanctorum turba *M*.
4 scriptum testante *T*.
8 parva mente *M*.
9 Ut corda *R*. ac caritas *M*.
10 manque dans *M. P. R*.
12 Celsi throno *R*.
14 gloria perspicua *S*.

330. DE S. IOHANNE EVANGELISTA.

1

Dies ista
quae sacrata
producit sollemnia,
dat mirari,
dat laetari
de Iohannis gloria.

2

Hic electus
et dilectus
Dei secretarius,
Est probatus
et vocatus
tonitrui filius.

3

Amor Prolis,
tutor Matris
Caeli praepes aquila,
nube Verbi
tonat orbi
Scripturarum flumina.

4

Hic magistri
sui Christi
aemulans vestigia,
Se devovit
et removit
a dote uxoria.

5

Illibatus,
incorruptus
a pudoris macula,
Penetravit
et profudit
Divina oracula.

6

Supra pectus
reclinatus,
Deitatis conscium
epotavit,
eructavit
omne quod est mysticum.

7

Matris Iesu
Eius iussu
subrogatus assecla,
Mente prona
illi cura
successit vicaria.

8

Vidit Roma
quod sub multa
senatus frequentia,
Virginali
cessit carni
flamma oleagina.

9

Relegato
et damnato
non est exsul gratia ;
Patent astra
et operta
visuntur mysteria.

10

Pace data
plaudit tota
redeunti Asia,
Rediviva
spirant vita
ephebus et vidua.

11

Virus haustum
Sed signatum
nihil turbat viscera,
Quo exstincti
surgunt bini
medicante tunica.

12

Frondes fulvo
ludunt auro,
flavescit et glarea,
rident saxa
investita
claritate gemmea.

13

Mox confectus
sacrum corpus
aetate decrepita,
Vidit Christum
suspiratum
vocantem ad gaudia :

14

" Mi dilecte,
tempus ecce,
Veni ad convivia ;
Epulare,
O mi care
in caelesti curia. "

15

Ille libens,
ille vivens
se locat in fovea,
Et non mora,
ipsa hora
carnem exit anima.

16

O sympnista,
O conviva
Viventis in saecula,
Pro devotis
ora servis
ut donctur venia.

Manuscrits. Paris : Bibl. Nat., 17318, Missel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *P* ; 906, Graduel de Jacques, bâtard de Vendôme, xv[e]-xvi[e] siècle, *Z*.

1 b sacra *Ambianen.*
2 d e Est vocatus et probatus *Z. Ambianen.*
3 c perpes *Z.* f Faut-il corriger *fulmina ?*
5 e ac profundit *Ambianen.*
7 a Matri *Z. Ambianen.*
9 e et occulta *Ambianen.*
13 a confectum *P.* contraire à la rime. e suspirantem *P.*
16 a Azimi sta (!) *Z.* O symista (!) *Ambianen.*

331. DE SANCTO VINCENTIO.

1. Ave, stella gloriosa,
2. Gemma martyrum pretiosa,
3. Vincenti martyr, spes unica ;
4. Adest hic nunc tibi plebs devota,
5. Adesto famulis, et cantica
6. Fac Deo digna nostra ; iubilat caterva palliata ;
7. Dulces alternat cantus, sonora coniungit et organa :
8. " O Te, regum Rex bone, nos una benedicimus semper, Trinitas alma, mente devota.
9. Quam praeclara et pulchra praemia, sanctorum via, vita et diadema, Lux sempiterna ! "
10. Caelica ac terrena plaudite symphonia, plaudat et canora
11. Hymnizet nectarea diatessaron sua diapente vincta,
12. Diapason vera ex his facta surge tinnula
13. Dulcis melodia et suavis ede carmina.
14. Nunc te, Vincenti, dilecta precatur turma, pro nobis semper ora ;
15. In angelica curia nostra opera excusa fragilia.
16. Post te nos trahe ..... tua manu beata ad aeterni Regis aulam illam supernam ;
17. Illic albescunt lilia, rubet et rosa, redolentque mira balsama : felix patria,
18. Iesus quo Sua gaudet cum Sponsa, Eius sola summa gratia ;
19. Illi gloria, laus melliflua saeculorum sit in saecula.
20. Amen clamemus voce magna.
21. Ave caelestis margarita.

Manuscrits. Paris : Bibl. Nat., 10511, Graduel, xii[e] siècle, *K* ; 16823, Missel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *O* ; 17318, Idem, *P* ; 17319, Idem, *Q* ; 17321, Idem, *R* ; 16828, Graduel de Saint-Corneille, xiv[e] siècle, *T*. –

Dans *K*, le titre de cette Prose est *Georgii martyris*.

3 Georgi martyr *K*.
6 iubilet *O. P. R.*
8 Ore regum *T*.
9 vita, vita et *T*. vita, via *Q*.
10 Caelica, aetherea plaudite *K*.
11 iuncta *Q. R.*
12 Diapason clara *K*.
14 Nunc te, Georgi *K*. turma, ubique nos guberna *K*.
16 beata manque dans *T*. ad aeternam Regis *T*. ad aeterni Regis regna illa superna *K*. Parallélisme imparfait dans tous nos textes.
18 Iesus qua *T*.
19 sit et in saecla *K*. sit et in saecula *Q. T*.
20 et 21 manquent dans *T*. Quem clamemus *Q*.
21 Salve caelestis *R*.

332. IN CONVERSIONE S. PAVLI.

1

Adest nobis dies laeta
quam praemonuit propheta
haec praeponens mystica :
« Beniamin, ut lupus rapax,
mane praedam edet vorax,
sero sparget spolia. »

2

Beniamin hic signat Paulum,
sed ex eius stirpe Saulum
quem convertit Dominus
Ex Basan confusionis,
in profundo vertens maris
quod commisit inscius.

3

Pes intinctus in cruore,
sed caelesti lotus rore
defert Evangelia,
Lingua canum hinc ab ipso
laudes dat ubique Christo,
sequens eius monita.

4

Iesu bone, quam suavis
semper es et ipsis pravis
quos mones revertere,
Tu de caelis tanquam pari
dignatus es Saulo fari
dum cogis resipere :

5

« Saule, Saule, quare me persequeris,
Quid in terris membra mea conteris ? »

6

In hoc verbo prostravisti
quem mutatum erexisti
manifesta gratia,
Atrox namque persecutor,
mitis factus praedicator,
fulsit in Ecclesia.

7

Hic qui contra Tuos saevit
mundum post haec adimplevit
fama Tui nominis,
Ipsum quoque per Te factum
docet esse, ac redemptum
unda Tui sanguinis.

8

Ei vita Tu fuisti,
quem et lucrum docuisti
mori pro Te optimum,
Lucrum istud iter pronum
nobis sit ad vitae donum
in qua semper gaudium.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 16823, Missel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *O*; 17318, Idem, *P*; 17321, Idem, *R*.

3 c evangelica *O*. e denique Christo *O*.
7 a Hic manque dans *O. P. R.*

333. DE SANCTO BENEDICTO.

1

Ad mirandum
et laudandum
Domini magnalia
Nos invitat
atque citat
patris nostri gloria.

2

Hic est dictus
Benedictus
nomine plus gratia,
Quem instruxit
et perduxit
ad Se Sapientia.

3

Dei verus
et sincerus
cultor ab infantia,
Urit, secat,
vincit, necat
carnis in se vitia.

4

Domum patris,
solum matris,
res reliquit proprias ;
Sciens vere
dissidere
Christum et divitias.

5

Et cunctorum
iam iustorum
habens in se spiritum,
Ut sequatur,
assequatur
Christum, mutat habitum.

6

Fugit mundum
ut immundum,
mundi fugit opera ;
Eremita
fit, ut vita
magis vivat aspera.

7

Reluctatur
cum tentatur
post volatum merculae,
Quem configunt
et affligunt
vepres et urticulae.

8

Hic germanum
Capuanum
promeretur cernere,
Cum exuto
carnis scuto
caelum scandit libere ;
Pater natum
suscitatum
suscipit de funere.

9

Tumens unda
transeunda
fidei remigio,
Mauro cedit
dum obedit
iubentis imperio,
Et ad patrem
trahit fratrem
raptum de naufragio.

10

A profanis,
ab insanis
virus vino iungitur,
Vas signatur,
dum quassatur ;
liquor humi funditur.

11

Sanctus ferrum
audit mersum
securis in fluvio,
Quo precante
stat ut ante
fixum in manubrio.

12

Cum attente
tota mente
solis spectat oculum,
Mundus totus
est admotus
eius ad spectaculum.

13

Tandem pressus
et obsessus
febrium angustia,
Morti cedit
et decedit,
migrat ad caelestia.

14

O confessor;
O consessor
supernorum civium,
Audi vota
mente tota
tibi supplicantium.

15

Et ad Christum
chorum istum,
tersa labe criminum,
Post praesentis
non manentis
vitae transfer terminum.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 16823, Missel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *O;* 17318, Idem, *P;* 17321, Idem, *R.*

4 c patrias *R.*
6 b in mundum *R.*
7 f verticulae *P.*
8 d Quem exuto *O. P.*
12 a Dum attente *P.*
14 b confessor *O. R.*
15 a Ut ad *O. R.*

334. DE SANCTO IACOBO.

1

Caelum Verbo confirmatum
Verbum narrat incarnatum
Verbi quoque gloriam ;
Hoc in Verbo caelum tonat,
nubes currunt, ignis donat
spiritalem gratiam.

2

Rorat aether,
terra mater
profert germen,
mundi crimen
quo deletur caelitus ;
Mundi flore desiccato,
flos de virga prodit homo
de Maria genitus.

3

Instar nubis spiritalis
cadit imber specialis
Iacobus quo maduit;
Sicut vellus Gedeonis
concham replet gutta roris,
Israel refloruit.

4

Turtur sonat, vox auditur,
credunt gentes, baptizantur,
humectatur area;
Turris David exaltatur,
qua Damascus expugnatur,
ventilatur palea.

5

Templum veri Salomonis
bases tenent cum columnis
architecti studio;
Hoc in templo citharista
David canit et sophista
Iacobus cum gaudio.

6

Hic Phileti vincla solvit
et phalangas propulsavit
Acherontis putei;
Hermogenem seductorem
Christo sacrat, et cultorem
verae facit fidei.

7

Profert imbrem Scripturarum,
lepram curat animarum,
medicante gratia;
Ut columba carens felle
dulciora gerit melle
cordis penetralia.

8

Hunc Herodis infidelis
ensis truncat et crudelis
perimit saevitia;
Cum Iosia pharisaeo,
reddens vota summo Deo
deserit terrestria.

9

Pacem donat hinc recedens,
verae paci dona ferens
digna vitae praemio;
Clarum sidus firmamenti,
tempestatem elementi
tuo placa radio.

10

Vero Soli sociatus
et in caelo collocatus
luce sub continua,
Ora Regem,
Suum gregem
ne relinquat,
sed perducat
ad aeterna pascua.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 16823, Missel de Saint-Corneille, xiiie siècle, *O;* 17318, Idem, *P;* 17319, Idem, *Q;* 17321, Idem, *R;* 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiiie siècle, *S;* 16828, Idem, *T.*

1 f spiritale *Q.*

2 e delevit *O.* f mundi florem exsiccata *Fontisebralden.* 1606. g de Maria Virgine *Fontisebralden.* 1606.

3 a nubes *T.* c Iacobum perdocuit *Fontisebralden.* 1606. e concavi *T.* replet gustatoris *Fontisebralden.* 1606.

4 d exaptatur *Fontisebralden.* 1606.

5 a Templi *Fontisebralden.* 1606. d Haec *T.* in manque dans *Fontisebralden.* 1606. e canit symphonista *Fontisebralden.* 1606. f Iacobum *Fontisebralden.* 1606.

6 a vincula *O.* b phalanges *Fontisebralden.* 1606.

7 a imbres *Fontisebralden.* 1606. c mediante *R. S. T. Fontisebralden.* 1606. d Et columba *Fontisebralden.* 1606.

8 a Herodes *R. S.*

9 b summae paci *Q. R. T. Fontisebralden.* 1606. c digne *R.* praemia *Fontisebralden.* 1606.
10 a Hero caeli sociatus *Fontisebralden.* 1606. c ajouté en rouge en bas de la page *T.*

335. DE SANCTO PANTALEONE.

1. Clara dies et insignis renovat Christi magnalia,
2. Chorus noster laetus plaudit Pantaleonis pro gloria.

3. Cuius decor floruit constantia spiritali gratia.
4. Nam in aevo tenero certamina toleravit gravia.

5. Eufrosini medicinam renuit, Hermolai documenta tenuit, simulacrorum cultum respuit, nec expavit supplicia.
6. Serpens nequam signo crucis crepuit, morsu cuius puer vita caruit, miserum vitae dum restituit, sacra petit mysteria.

7. Quem dum patrantem tam pia cernit Caesaris insania,
8. Minis addit suspendia saeva tortorum nequitia.

9. Caro rastris laceratur, latus urunt incendia,
10. Martyr orat, Christus adstat, manus lassatur impia.

11. Sic deridetur tyrannica saevitia,
12. Sic gloriatur martyris patientia.

13. Nova parat Caesar tormentorum genera, fervet igne plumbum et sartago ferrea, sed divina consolatur martyrem praesentia.
14. Lapis collo nexus natat super aequora, manu Christi ductus martyr captat littora ; hinc laudanda Salvatoris existit clementia.

15. Leones [hunc] adorantes, leopardi venerantes lingebant vestigia,
16. Illaeso stante martyre, rota salit et infelix corruit perfidia.

17. Oliva fructum protulit, cum iustus ensem pertulit, pro cruore lac saliit, sic scandit ad caelestia.
18. Gloriose martyr ave, supplicibus tuis fave, impetrata venia,
19. Ut post huius finem vitae mereamur tecum esse in caelesti gloria,

20. Agmina fidelia ubi canunt : Alleluia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 16823, Missel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *O;* 17318, Idem, *P;* 17319, Idem, *Q;* 17321, Idem, *R;* 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *S;* 16828, Idem, xiv[e] siècle, *T.*

4 Iam in aevo *O.*
5 Enstrosini *S.*
6 dum vitae *P.* miserum restituit dum vitae sacra petit mysteria *R.*
8 Unus addit *T.* Finis addit *Q.*
10 laxatur *R.*
13 ferret igne *Q.* divinum *P. Q.*
14 huic laudanda *T.* exstitit *O. R.*

15 hunc manque dans tous nos textes. Est nécessaire au rythme.
17 Cette clausule reste unique. La clausule correspondante doit avoir disparu.
18 cruor ut lac prosiliit *S.*
21 tibi canunt *O.*

Cette pièce a beaucoup de ressemblance avec les Proses de la seconde époque. Certaines de ses clausules pourraient être éditées comme de véritables strophes rythmiques.

336. DE BEATA MARIA.

1

Mater Dei singularis meriti,
tuae sumus ditioni dediti,
Obligatos ratione debiti
per te solvat a Quo sumus conditi.

2

Ex te Deus sumens materiam
qua resolvit nostram miseriam,
per te cellam donat vinariam
cum post fulgur emittit pluviam ;
Salomonis thronus eburneus,
intus candens et foris aureus,
sex a terra levatus gradibus
tuis, Virgo, micat virtutibus.

3

Duae manus bis seni leunculi
miram reddunt faciem spectaculi,
regna stupent ad genus miraculi
quod sub testa tegitur involucri
Quem non capit latitudo saeculi,
intra sui fert claustra corpusculi
Virgo Deum ad instar homunculi
et quem gignit fit in caput anguli.

4

Thronus iste thronus magnificus
quo resedit noster Pacificus,
Sedis huius praeclara dignitas
quam illustrat ipsa Divinitas.

5

O quanta sedis excellentia,
Qua sedet Dei sapientia ;
De Saba veniens percurrit omnia
sed hoc mirificum magis quam alia.

6

Spirat nardus ad sponsi thalamum,
plus redolet quam thus et balsamum.
Ad te Regis inclinat solium,
accelerat de summis nuntium.

7

Cervorum humilis
capreaeque similis
Venit visibilis
Deus invisibilis.

8

Non visus ab homine
fit nostrae proles Dominae;
Moyses non meruit
videre quem haec genuit.

9

O res mira in conspectu omnium:
maius domo prophetatur ostium;
Unxit Deus oleo plus Filium,
hic plus Matrem quam de iustis alium.

10

O quam potens, quam decens castitas,
qua se nobis largitur Deitas;
Unicornis ad tactum Virginis
ad salutem mansuescit hominis.

11

Quod virgo fuerit flet Iephtae filia,
flet cum sodalibus, parentis hostia;
Cum nostra Virgine gaudet Ecclesia,
quae Deum genuit cum pudicitia.

12

Scriptoris atramentario
et Mariae privilegio
Firmatur nostra religio,
proscribitur superstitio.

13

Tua, Virgo, magnitudo nostram levat parvitatem
Guttas maris enumerat in hoc mare mittens ratem.

14

Tuae matris, Deus, in famulos
labiorum reddentes vitulos
Pietatis converte oculos
et devotos tuere populos.

15

Pro renatis ora, mater, Filium
ne tremendum ruant in iudicium,
Et devoto coetui psallentium
sempiternum impetrato gaudium.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *S.*

2 f cadens *S.*
3 a leumculi *S.* c stupet *S.*

337. DE BEATA MARIA.

1

Salve, Virgo, Mater Dei,
per quam surgunt lapsi rei
salve, Virgo virginum;
Salve, Mater, vitae norma
mater Speciosi forma
prae filiis hominum.

2

Salve, Virgo, de beata
stirpe Iesse virga nata,
rosa spinae nescia,
Ut lilium inter spinas
sic florescit in reginas
Virgo plena gratia.

3

Salve, Virgo, fons hortorum,
quae nescisti viri torum
Nato praebens ubera;
Patrem nescis facta mater,
mater prolis cuius pater
matris nescit foedera.

4

Tu puella sola prolem
sola paris stella solem
de Iacob egrediens;
Tu figulum contra ritum
concepisti vas politum,
vas laesuram nesciens.

5

Tu es vellus fusum rore,
rubus ignis in rubore,
florens Iesse virgula;
Tu es virga novo more
fructum promens salvo flore,
tu vatum oracula.

6

Tu es rosa cuius nodo
latens fluxit miro modo
palliata deitas.
Rosa luce non marcescit,
lux in rosa non decrescit:
stat utrinque firmitas.

7

Virgo decus castitatis
per te nobis relegatis
redditur haereditas;
Tuo partu sumus parti
quos subiecit laevae parti
primae matris pravitas.

8

Iure partus te non laedit,
cuius partum non praecedit
carnalis fragilitas;
Tuum partum lex naturae
stupet suo fracto iure
dum parit virginitas.

9

Salve, Mater, stella maris,
quae prae cunctis sublimaris
in caeli palatio;
Tuos servos, Virgo, serva,
ne nos hostis fraus proterva
demergat in vitio.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *S.*

1 d matrum carens norma *Constantien.* 1557.
2 La première partie de cette strophe se lit ainsi dans *Constantien.* 1557 :

Salve, Iesse stirps beata,
de spineto rosa nata,
sed spineti nescia,

e flores inter reginas *Constantien.* 1557.
3 b quae dum nescis *Constantien.* 1557. c praebes *Constantien.* 1557. d Sine patre facta *Constantien.* 1557. e tui patris, *Constantien.* 1557.
4 e olla sacra, vas *Constantien.* 1557. f paris frangi nesciens *Constantien.* 1557.
6 La première partie de cette strophe se lit ainsi dans *Constantien.* 1557 :

De te, rosa miro modo
clauso semper puro nodo
prodit solis claritas.

7 f partus Evae gravitas *Constantien.* 1557.
9 a Salve, virgo *Constantien.* 1557. d semper serva *Constantien.* 1557. f addicat supplicio *Constantien.* 1557.

338. DE BEATA MARIA.

1

Salve, sanctarum
sanctissima;
Ave, piarum
piissima.

2

Stirps regia,
vitae via,
laus sanctorum,
spes reorum,
Virgo Maria;
Lux solaris,
stella maris,
clausus hortus,
vitae portus,
plena gratia.

3

Nam illa saeva
mulier Eva,
decipi digna
fraude maligna,
Ius subit mortis,
abstulit sortis
primae gaudia
carens patria.

4

Sed diram tulit mortem,
primam reddidit sortem
Virgo Maria,
Conceptu sacrosancto
miroque partu suo
plena gratia.

5

Namque regali
ac prophetali
stemmate orta
vitae fit porta
Virgo Maria,
Quae sine viro
ordine miro
genuit Deum,
hominem verum
plena gratia.

6

Sed ut sol radio,
sic suo filio
Virgo Maria
Pulchrior videtur,
clarior habetur,
plena gratia.

7

O qualis femina
cunctorum Domina,
Post Deum unica
spesque salvifica.

8

Ergo tuorum
vota servorum
suscipe pia,
Virgo Maria,
Dans prece pia,
data venia,
caeli gaudia,
plena gratia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 10511, Graduel, xiie siècle, *K;* 10502, Missel de Sens, xiiie siècle, *N;* 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiiie siècle, *S;* 16828, Idem, xive siècle, *T;* 1101, Missel de Saint-Amand, xive siècle, *V.* Bibl. S. Geneviève, f° BBL1, Missel Génovéfain, xiiie siècle, *M.* ARRAS : Bibl. de la Ville, 437, Graduel de Saint-Vaast, xiiie siècle, *ARA;* 444, Prosaire de Saint-Vaast, xiiie siècle, *ARB.* REIMS : Bibl. de la Ville, Graduel du Monastère de Saint-Thierry, vers 1200, *RA.*

3 c decipit *K.*
4 b primam manque dans *T.* d sacro suo *K. S. T. V. ARA.* e utroque *ARB.*
5 b et prophetali *N.* c stegmate *ARA.*
6 e castior habetur *K. M. N. V. ARA.*

339. DE SANCTO CORNELIO.

1

Celsa poli sidera,
mundum illustrantia,
rutilant in gloria.

2

Horum patrociniis
nostra plena gaudiis
resultat ecclesia;
Quorum prece tutior
transit et securior
per mundi naufragia.

3

Hi beati praesules
quamvis fiant exsules,
tamen Christi gratia,
Signis, vita, nobiles
persistunt immobiles
inter tot supplicia.

4

Hinc milites Decii
monitis Cornelii
contemnentes praemia
regis et imperia,
Baptizantur pariter,
mortem unanimiter
perferentes, gaudia
subeunt caelestia.

5

Cerealis
uxor, malis
fatigatur,
sed sanatur
papae per suffragia ;
Quae dum credit
et obedit,
baptizatur
ac testatur
Christum super omnia.

6

O Corneli, tu levamen,
pater pie, et solamen,
intuens fragilia ;
Nos defende, nos exaudi,
placa ventos, mare leni
comprimendo vitia.

7

Ave, praesul gloriose,
ave, pastor generose,
Cypriane, melliflua
fundens nobis eloquia ;
Tu rectores et doctores
instruendo monstra flores :
rosis non desunt lilia,
castitatis insignia.

8

O praeclara societas
in qua regnat sobrietas,
ferro caesa,
sed illaesa
manet patientia.
Vos patroni veneramur
ut audiri mereamur,
et in caelo perfruamur
perenni laetitia.

9

Amen dicant omnia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 16823, Missel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *O*; 17318, Idem, *P*; 17319, Idem, *Q*; 17321, Idem, *R*; 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *S*; 16828, Idem, *T*.

4 g proferentes *O*.
5 a Cereali *Q*.
6 a b O Corneli, pater pie, tu levamen et solamen, *O. P. Q. R. S. T.* Malgré l'accord de tous nos textes, nous croyons que la rime exige l'interversion de ces mots, et nous la faisons.
7 g si desunt *Q*.
8 g et audiri *T*.

340. DE SANCTO CORNELIO.

1. Iubilemus aeterno Regi voce praeclarissima,
2. Et debita praeconia recinant cordis intima,
3. Semper quae manent iugia erunt nunc et in saecula.
4. Quia decet summa laus Eum, virtus, honor et gloria,
5. Qui sanctis aeternam militibus tribuit laetitiam,
6. Labentis quos nequivit temporis vincere malitia,
7. Nec potuere ulla terrere saeculi convitia.
8. Cui beatus militans Cornelius papa, sprevit Decii truculenta minarum iussa et adolere thymiama ;
9. Ductus ad templum Martis adorare statuam, spuens in ea inquit : " Tales dii pereant, caeli et mundi de fabrica. "

10. Hoc tyrannus audito, iussit plumbatis ut caederentur eius ora,
11. Et tandem post acerba poenae tormenta adiecit decollari andra.
12. Illiso papa gladio saevientis, victor adivit caelestis regna Regis, sedentis Patris ad dexteram,
13. Et cuius convicit institutione, iunctus est Ei, beata percipiens mercis dignissimae praemia.
14. Quem petimus supplicantes mente devota
15. Ut poscat nobis relaxari punienda ;
16. Sanctorum atque mereamur consortia,
17. Cum ipsis et carmina sancta concinamus in aethera per cuncta saecula.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 17318, Missel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *P*; 17319, Idem, *Q*; 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *S*.

3 Semperque *P*. manens *Q*.
4 Qua decet *Q*. honor, virtus et *Q*.
6 Latentis *Q*.
13 meritis dignissime *P*.

341. DE SANCTO CORNELIO.

1

Honor et gaudium,
nostrum refugium,
Corneli,

2

Ferto subsidium,
vitae solatium,
Corneli,
Custos humilium,
fias remedium,
Corneli.

3

Per hoc exsilium
esto praesidium,
Corneli,
Tolle naufragium,
confer suffragium,
Corneli.

4

Simul Cyprianum
et oramus pium,
Corneli,
Poscat ut Dominum
nobis propitium,
Corneli.

5

Solve servulorum
vincula tuorum,
Corneli,
Laus celsa polorum
cum prece piorum,
Corneli.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 16828, Graduel de Saint-Corneille, xiv[e] siècle, *T*.

2 e fiat *T*.

342. DE SANCTO MARTINO.

1. O alma Trinitas, Deus es et unitas,
2. Qui resides supera et cernis infima,
3. Claudis pugillo cuncta sub caeli factura,
4. Angelorum quoque adstat Tibi clariflua agmina sat beata,
5. Cherubim atque Seraphim iam nunc intonant praeconia voce sonora.
6. Clamantes atque dicentes : " Sanctus, Sanctus Deus qui regnas per omnia tempora,
7. Ardentes atque cernentes Christum Dominum laudantia per saecula agmina,
8. Patriarchae cum pulchris coronis in circuitu sedis Tuae sedent in albis ;
9. Apostolorum chorus, prophetarum laudabilis exercitus Te collaudant.
10. Martyrum proclamat chorus : " Alpha et Ω, Rex regum bone, via, virtus, vita, Trinitas Sancta, es benedicta.
11. O Iesu, corona nostra, cuius clara rutilant dona, quis aeternae vitae consequimur magna praemia.
12. Tecum in aethra Alleluia decantantes cum pneuma,
13. Quo vota nostra annua tendant affatim sincera.
14. Sillabatim cum organa plebs nonnulla perstrepet melodia,
15. Et voce clara proclamant : " Quam beata sanctorum sunt agmina !
16. Quorum non sol, luna, sed Christus vera est lucerna,
17. Cum quo fulgent alma ut inter Lucifer nubila. "
18. Cum quibus est rutilans coronatus in axe athleta, candidatus purpura praeclara,
19. Sociatus cum agmina Trinitatem Sanctam cernentia in gloria aeterna cum palma.
20. O alme atque gloriose, impetra nobis indulgentiam,
21. Ut cum Christo mereamur gaudere per saecula.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *A ;* 903, Graduel de Limoges, xie siècle, *A*²*;* 1084, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *B ;* 1118, Idem, *D ;* 1119, Idem, *E ;* 1120, Idem, *F ;* 1132, Idem, *G ;* 1136, Idem, *H ;* 1137, Idem, *I ;* 1138, Idem, *K ;* 9449, Tropaire de Nevers, xie siècle, *O ;* 1139, Tropaire de Saint-Martial, xiie siècle, *P ;* 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, xiie siècle, *Q ;* 13252, Tropaire de Saint-Magloire (?), Paris, xiie siècle, *S ;* 16823, Missel de Saint-Corneille, xiiie siècle, *T ;* 17318, Idem, *U ;* 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiiie siècle, *V.* 1101, Missel de Saint-Amand, xive siècle, *X.* ARRAS : Bibl. de la Ville, 437, Graduel

de Saint-Vaast, xiii[e] siècle, *ARA*; 444, Prosaire de Saint-Vaast, xiii[e] siècle, *ARB*. LIMOGES : Bibl. de la Ville, 17, Graduel de l'abbaye de Fontevrault, xiv[e] siècle, *LIT*.

Le titre de cette Prose varie selon les manuscrits. Nous lui conservons celui qu'elle porte dans les Missels de Saint-Corneille. On lit : *Ubi volueris*, dans le Mt. 909 de la Bibl. Nationale ; *Ubicumque volueris*, dans 1121 ; *De quolibet sancto*, dans 1101 ; *In festivitate Omnium Sanctorum*, dans 9449 et 1235 (nouv. acquisitions.) Elle se chantait en l'honneur de St Jean-Baptiste (887), de St Étienne (1084), de St Sébastien (903), de St Martial (887, 1119, 1120, 1136), de St Yriex (1138), de St Hilaire (Graduel de Fontevrault), etc. C'est le morceau désigné dans les vieux Tropaires sous le nom de : *O alma Trinitas maior*, par opposition à celui qu'on nommait : *O alma Trinitas minor*, et que nous avons publié, n° 24.

1 Deus et unitas *T. U.* Deus qui es *V.*

2 Qui residens *Fontisebralden.* 1606. Qui praesidens *LIT.* Tu resides *V.* supra *V.* superas *Fontisebralden.* 1606.

3 Cludis *S.* Plaudis (!) *X.* caeli fabrica *X.*

4 adstant *T. U. V. X. ARB. LIT. Fontisebralden.* 1606, correction à rejeter. Tibi manque dans *U.* Tibi adstant *ARA.* melliflua agmina *X. ARB.* satque beata *T. U.*

6 Cette clausule a été altérée dans un certain nombre de manuscrits. Le texte en est très flottant. Sanctus manque dans *H.* Deus manque dans *O. V. ARB.* On lit trois fois Sanctus dans *Q. S. X.* Qui regis *Fontisebralden.* 1606. saecula *I. O. Q. S. X. ARA. ARB. LIT. Fontisebralden.* 1606.

7 atque dicentes *V.* per saecula omnia *Q. S. T. U. V. X.* per omnia tempora *ARA.* per saecula aeterna *ARB.*

8 Patriarcharum pulchris *T.* Tuae manque dans *O. X.* sedis suae *S. ARA.* sedent suis in albis *O. Q.* suis sedent in albis *T. U. V. X. ARB.*

9 ac prophetarum *B. D. E. H. I. K. O. Q. T. V. X. ARA. Fontisebralden.* 1606. et prophetarum *S. ARB. LIT.* collaudat *A². O. Q. S. T. U. V. X. ARA. ARB. LIT. Fontisebralden.* 1606.

10 proclamat turba *T. U. V. X. ARA. ARB.* regum bonus *B. I. K.* via, vita, virtus *A. A². B. F. G. P.* Trinitas es veneranda *ARA. ARB.*

11 Qui aeternae *A². O.* Quo aeternae *LIT. Fontisebralden.* 1606. consequamur *LIT.* consequemur *Fontisebralden.* 1606. consequitur *B.*

12 in aethera *S. U. X. ARA. ARB. Fontisebralden.* 1606. decantemus *V.* decantans *B.* cum neupma *O. U.* cum neuma *Q. LIT.* decantantes supera *ARA. ARB.*

13 Qua vota *B. E. K. O. Q. U.* Qui vota *T.* Tua vota *V.* Et vota *LIT.* Ut vota *Fontisebralden.* 1606. annuas, presque tous les manuscrits de Saint-Martial. tentat *A².* tendant manque dans *T. U.* tendens *LIT. Fontisebralden.* 1606. ostendit affatim *O. Q. V. X.* ostendant affatim *S.* affatim littera *Fontisebralden.* 1606.

14 cum organo *T. U.* plebs non ulla *Q. LIT.* perstrepent *LIT. Fontisebralden.* 1606. perstrepit *X.* concrepet *S.*

Dans *ARA.* et *ARB.* les clausules 13 et 14 sont remplacées par :

Et Tibi grata concinentes gratiarum cantica,
Quae vota nostra annua ostendunt affatim sincera.

Ces deux manuscrits omettent la clausule 14.

15 Et pia voce *O. Q.* clara personant *X.* clara reddita, (en marge : consonat) *S.* Nam beata *T. U.*

16 sed quibus vera *H.*

17 Cette clausule manque dans *I.* fulget *Q. S. T. U. ARA. ARB. LIT. Fontisebralden.* 1606. ut inter nubila lucida *LIT. Fontisebralden.* 1606. ut Lucifer inter nubila *X.* nebula *S. V.* sidera *H.* iubila (!) *E.*

18 et rutilans, presque tous les textes de Saint-Martial, *O. Q. S. ARA.* et rutilat *ARB.* quibus rutilans *A*[2]. quibus erutilat *F.* coronata *V.* in arce *Fontisebralden.* 1606. Iohannes Baptista et Martialis pontifex *A.* Martialis pontifex *F. H. I.* Sebastianus *A*[2]. Stephanus *B.* Aredius *K.* Martialis apostolus *E.* Martinus pontifex *O. Q.* Benedictus abbas *S.* Cornelius pontifex *T. U. V.* beatus Amandus *X.* martyr Ragnulphus *ARA.* Leodegarius martyr *ARB.* Hilarius pontifex *LIT. Fontisebralden.* 1606.

19 ad agmina *X. ARA. ARB. LIT. Fontisebralden.* 1606. correction postérieure. in agmina *A*[2]. Sociatus cum angelis........ cernentibus *T. U. V.* cernentia per saecula in gloria *LIT. Fontisebralden.* 1606.

20 gloriosa *A*[2].

21 cum Domino *A. A*[2]. *B. D. F. G. K. P.* per saecla *S. LIT.*

343. DE SANCTA MAXENTIA.

1
Psalle, pia concio,
sanctae mentis studio
virginis sollemnia;

2
Victrix patientia,
florens pudicitia
hanc ornavit gloria;
Pura conscientia
criminum victoria
praefulget Maxentia.

3
Pollens ergo meritis
virginis et martyris
miscet rosis lilia;
Christus palmae virginis
fusi simul sanguinis
duplicavit praemia.

4
Haec est gemma virginum
cui sequi Dominum
post sua vestigia
dedit eius gratia.
Haec vas auri solidum,
lumen caeli limpidum,
stella solis praevia,
vincens mundi gaudia.

5
Quae dum credit
et obedit,
nulli cedit,
nec mors laedit
quod spes monstrat praescia;
Christum amans,
Christum clamans,
mortem spernit,
hostem sternit,
calcat quaeque noxia.

6
O benigna,
Deo digna,
nomen Christi
coluisti
virtutum per merita;
Verbo legis
informata,
serto regis
adornata
cuius fide praedita.

7
Carnem vexat infidelis,
cor exsultat sed in caelis
laetitiae dispendia
nulla facit memoria.
Ibi plene defecaris,
iam secura de spe carnis,
quae finita miseria
tecum erit in gloria.

8
O fidelis
advocata,
iam in caelis
coronata,
Tuum Regem
et hunc gregem
ad pacem concilia,

Ut Rex regum,
summum bonum,
ante cuius [cubas] torum
ut te Secum,
sic nos tecum
ducat ad caelestia.

9
Amen dicant omnia.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 16823, Missel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *O*.

6 h serto regia *O*. k perdita *O*.
7 f secuta *O*.
8 k cuius caritas torum *O*. Comment corriger cette distraction du copiste ?

344. DE SANCTO CLEMENTE.

1
Adest dies celebris
qua fulsit in tenebris
Divina clementia ;
Iam detectis latebris
et erectis palpebris,
pulsa somnolentia,

2
Chorus hic in gaudio,
miro cum tripudio,
recolat supplicia
Quae sunt acta devio
sed Clemente praevio
fiunt iusto mitia.

3
Stirpe Clemens nobilis
cunctis est amabilis,
fulgens Christi gratia ;
Dulcis et affabilis,
multis acceptabilis
fit eius praesentia.

4
Quem zelans Sisinnius
et uxorem anxius
quaerens in ecclesia
torquetur insania,
Surdus , caecus, inscius
aedem girat ocius
furens in amentia
quae vastat praecordia.

5
Uxor plorat,
Clemens orat,
vir profanus
et insanus
tractus ab ecclesia,
Dum pallescit
et tabescit,
saxa volvit
et revolvit
servorum stultitia.

6
Clemens adstat et precatur,
infidelis indignatur,
luditur saevitia,
Error cedit, fides datur,
baptizatus emundatur
ab omni spurcitia.

7
Plebs in litem excitatur,
papa Clemens exsulatur,
dum parantur navigia
fit luctus in Ecclesia ;
Relegati gratulantur
quod a patre visitantur
sublevatur inopia
fontis adeptis copia.

8

Nam Clemente perorante
adest Agnus, quo monstrante
lympharum affluentia
locum replet laetitia ;
Sic daemones effugantur,
templa Christo consecrantur :
dolet hostis perfidia
Clementis ad praeconia.

9

Lex infausta promulgatur
ut submersus exstinguatur,
sed in mari conservatur
a caeli militia ;
Cuius manu praeparatur
templum ubi veneratur,
hic naturae vis mutatur :
freta fiunt pervia.

10

Turba currens admiratur,
clerus omnis gratulatur
vota solvit
cum sol volvit
annua sollemnia ;
Et nos idem faciamus,
Trinitati serviamus
ut Clementi coniungamur
in aeterna gloria.

11

Amen dicant omnia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 16823, Missel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *O*; 17318, Idem, *P*; 17319, Idem, *Q*; 17321, Idem, *R*; 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *S*; 16828, Idem, *T*.

3 c Christi fulgens *S*. d multas et affabilis *O*.

4 d manque dans *S*. g cordis in *S*. *T*. h manque dans *S*.

5 Dans le Mt. 17329, le texte de cette Prose est très différent de celui que nous publions, depuis la strophe 5 jusqu'à la fin. On y lit en effet :

5

Domum tractus manibus
papae saevis nexibus
minatur exitia,
Sed servorum viribus,
contractis lapidibus,
luditur saevitia.

6

Uxoris fidelitas
et robusta caritas
viro dant remedia,
Pellitur crudelitas,
honoratur pietas
fidei constantia.

7

Populi litigio
premitur religio,
parantur exsilia ;
Papa sub imperio
ducitur navigio,
moesta fit vicinia.

8

Confessorum concio
quam urget afflictio
laticis inopia,
Iam Clemente socio
gaudet in supplicio,
data fontis copia.

9

Fides Christi traditur
et baptismo tergitur
criminum spurcitia ;
Martyr inde rapitur
aequore submergitur
principis nequitia.

10

Pelagus dividitur,
vis naturae tollitur,
freta fiunt pervia ;
Populus ingreditur,
ac laudare nititur
Christi mirabilia.

11

Nos transvectum aethere
prosequamur opere
Clementem ad gaudia,
Quo subtracto scelere
septiformi munere
dicamus : « Alleluia. »

5 a Vox plorat *R.* plora *T.*
7 a Plebs militem *T.* excitavit *O.* b exsulavit *O.* e Releganti *O.* h adepta *P. R. T.*
8 a Nam vocante, perorante *T.*
9 a Lux *O.* f ibi *O.*
10 f sacramus *T.* g servi annis (!) *T.*

345. DE SANCTA KATHERINA.

1

Mundum replet gaudio
triumphalis passio
Katherinae virginis,
Cives Alexandriae
suae reddant filiae
laudem pii carminis.

2

Opus fortitudinis
tam praeclarae virginis
admirantur saecula;
Quod vicit diabolum,
hostem stravit subdolum,
tenera iuvencula.

3

Hanc ab annis teneris
imbuendam litteris
pater rex tradiderat;
Sic ei scientia,
praecedente gratia,
multiplex accesserat.

4

Annis crescens et aetate
morum simul honestate
crescebat et gratia;
Christianae fidei
cultrix cum virginei
pudoris munditia.

5

Dum ad cultum idolorum
turbas cogit populorum
tyrannus Maxentius,
Haec errorem adspernatur,
fidem Christi protestatur
et docet attentius.

6

Oratores eruditos
ad certamen accersitos
ex regis imperio
Sola vicit universos
et ad Christum mox conversos
sociat martyrio.

7

Iudex monet blandimentis,
minis terret et tormentis,
multis tentat argumentis
virginem seducere;
Martyr constans et invicta
multis poenis est afflicta,
et catenis dire stricta
clauditur in carcere.

8

Ut a vero deflectatur,
aut repente perimatur,
rota quaedam praeparatur
et structura lignea;
Sed aptatam pro tormento
Dei virtus in momento
frangit ictu violento
flammaque fulminea.

9

Pro signo miraculi
fit ad Christum populi
gentilis conversio;
Uxor regis capite
truncatur cum milite
triumphans Porphirio.

10

Post de specu carcerali
praesentata tribunali
virgo sacra capitali
damnatur sententia ;
Orat Deum, vox respondet,
servis suis opem spondet,
quae conservet et fecundet
eos rerum copia.

11

Pro vocis solatio
martyr plena gaudio
tandem caesa gladio
fundit lac pro sanguine ;
Truncum corpus sublevatum
ab angelis est translatum,
et in montis collocatum
Sinaï cacumine.

12

Ex ipsius tumulo
stupendo miraculo
fluit rivus unguinis,
Quod membris languentium
datur ad remedium
et ad laudem virginis.

13

Quae nos suis precibus
iungat caeli civibus.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 16823, Missel de Saint-Corneille, xiiie siècle, *O;* 17318, Idem, *P;* 17319, Idem, *Q;* 17321, Idem, *R;* 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiiie siècle, *S;* 16828, Idem, xive siècle, *T.* LIMOGES : Bibl. de la Ville, 17, Graduel de l'abbaye de Fontevrault, xive siècle, *LIT.*

1 b triumphali *LIT.* c Katherinae passio virginis *LIT.* d Vives (!) *LIT.* f laudum *LIT.*
2 c admirant *O.*
3 b imbuenda *LIT.*
4 e cultris *T.* virgineis *LIT.*
5 a Cum *P. R. LIT.* b turba *Q.*
7 d reducere *LIT.*
8 a Ut aut vero *LIT.* d ex structura inignea *LIT.* e aptata *O. P. Q. R. S. T.* f virtus et in *T.* g ictum *T.*
9 a mirabili *LIT.*
10 a despectu *LIT.* d prae sententia *LIT.* f servis eius operam spondet *LIT.* g quos *O. P. Q. R. S. T.* h rerum gratia *LIT.*
11 a Pro votis *R.* b mater plena *LIT.* d fudit *LIT.*
12 c fuit *LIT.* sanguinis *R.*
13 a Ave non (!) *LIT.*

346. DE SANCTA KATHERINA.

1

Sospitati dedit aegros
olei perfusio ;
Katherina Maxentium
confudit alloquio.

2

Quinquaginta sapientes
convertit ingenio,
Qui mox Christum confitentes
plecti sunt martyrio.

3

Hanc regina visitavit
carceris in medio
Quam corona decoravit
una cum Porphirio

4

Ergo laudes Katherinae
concinat haec concio,
Nam qui corde poscit illam,
propulsato vitio,

5

Sospes regreditur.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 16823, Missel de Saint-Corneille, xiiie siècle, *O;* 17318, Idem *P;* 17321, Idem, *R;* 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiiie siècle, *S;* 827, Missel, xiiie-xive siècle, *Z.* LONDRES : Musée Brit., Stowe 840, xve siècle, *LR.*

1, 2, 3. Après les deux premiers vers, empruntés textuellement à la Prose de Saint-Nicolas (K. 669), on lit dans *Z.* et dans le Bréviaire de Genève de 1513 les variantes qui suivent :

Z. et *LR.*

Katherinae disputantes
confutavit ratio.

2

Baptizatur uxor regis
simul cum Porphirio.
Lac effudit pro cruore,
collo caeso gladio.

3

O quam probat sanctam Dei
rotarum confractio,
Quam in Sina sepelivit
angelorum concio.

Brev. Gebennen.

Katherinae disputantum
affuit praesidio.

2

Candor mentis fusi lactis
monstratur indicio.
Baptizatur uxor regis
una cum Porphirio.

3

Sepelitur ministrante
caelesti consortio;
O quam probat sanctam Dei
rotarum confractio.

2 a sapientis *S.* d plexi sunt *P.*
5 regreditur manque dans *S.* egreditur *Z. Brev. Gebennen.* 1513.

347. DE SANCTO ELIGIO.

1

Sancto patri et pastori
sollemnizet huius chori
celebris harmonia,
Psallat intus, psallat foris
clamor cordis et laus oris
caeli pulsent atria.

2

Dignus quidem laude multa
per quem mundo sunt indulta
tanta beneficia,
Ut eius patrocinio
curetur omnis laesio,
cuncta cedant gravia.

3

Qui caelitus praeelectus,
ex re nomen est adeptus
praecurrente gratia,
In primaevo sui flore
carnem frenat arctiore
victus parcimonia.

4

Nihil blandum hunc illexit,
nil asperum hunc reflexit
a veri sententia;
Ridens velut somnium
a somno surgentium
mundi lenocinia.

5

Ergo, relictis omnibus,
iam carnis exsul actibus
exsulat a patria,
Et mox ad opus manuum
neminem aeque strenuum
sella probat regia.

6

Cum gemmas auro foederat
materiam exsuperat
operis industria,
Cumque manus operatur
lectione saginatur
otii mens nescia.

7

Replens melle Scripturarum
instar apum mysticarum
mentis alvearia,
Quod mandabat Littera
eius implet opera,
sancta diligentia.

8

Pupillos atque viduas
nunquam remittens vacuas
a sua praesentia,
Et nudus et in carcere
duplo gaudentes munere
redeunt ad propria.

9

Per hunc aeger sospitatur,
esuriens redit satur
larga pastus copia ;
Caeci, claudi, surdi, muti,
restituuntur saluti,
sanatur insania.

10

Exanimi cadaveri
idem natus misereri
vitae reddit spolia ;
Felix dies Noviomo
qua fit eius tantus homo
praesul ac custodia.

11

Constitutus super gentes,
arat, fodit plebis mentes,
vepres tollit, vellit sentes
et quaeque sterilia.
Aedificat, plantat, serit,
rem coloni sacri gerit,
et non quae sua sunt quaerit,
sed lucra caelestia.

12

Ex lucrorum zelo tali
cura fervens pastorali,
imbre rigat spiritali
cordium novalia ;
Coruscansque miraculis
inauditis a saeculis
multa facit in populis
signa et prodigia.

13

Verbis suis mellifluis
nunquam a fructu vacuis
a culturis idolorum
et fermento paganorum
liberavit millia ;
Harum fractus lucris rerum,
Deo plenus et dierum,
carnis exutus chlamyde,
in forma spherae lucidae
caeli subit gaudia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 16823, Missel de Saint-Corneille, xiiie siècle, *O*; 17318, Idem, *P*.

2 b per quam *Fontisebralden.* 1606.
7 c alveario *Noviomen.*
8 d Et nudi *Noviomen.* Egenos et in *Fontisebralden.* 1606. f redemit ad propria *Fontisebralden.* 1606.
9 Les deux parties de cette strophe sont interverties dans *Fontisebralden.* 1606.
10 b idem promptus *Noviomen.* c reddit munera *Noviomen.* d dies novus homo *Fontisebralden.* 1606. f a custodia *Fontisebralden.* 1606.
11 c velut sentes *Fontisebralden.* 1606.
12 c rigat imbre *Noviomen. Fontisebralden.* 1606.
13 f lucri *Fontisebralden.* 1606.

348. DE SANCTO EVSTACHIO.

1
Omnes Christo iubilemus
ac pariter celebremus
martyrum sollemnia;
2
Corde, mente suspiremus,
voce, lingua personemus
quam sint vera gaudia
Quae dat Christus in praemio
his qui fortes in praelio
vicerunt supplicia.
3
Cruce mortem Qui substravit
signum crucis demonstravit
inter cervi cornua,
Fera signat Redemptorem
et venatur venatorem
sequentem per ardua.
4
Gressum figit et adfatur
et placidam admiratur,
tactus Dei gratia;
Cedit error, fides datur
et ab ipso requiruntur
baptismi mysteria.
5
Mores mutat atque nomen
bonum turbat ex hoc omen
serpentis nequitia;
Fit iactura mundanorum,
sed spes levat aeternorum
iustum a miseria.
6
Pudor cogit exsulari
quem solebat venerari
Caesaris militia;
Sic afflictus tentamentis
indefesso statu mentis
calcat saecli devia.
7
Sic ad mare pervenitur
et ibidem invenitur
nauta freto saevior;
Uxor male coercetur
et pro naulo detinetur;
fit uterque tristior.
8
Pater lugens prae dolore
carpit iter cum moerore
sua tundens pectora,
Nil blasphemum profert ore,
vocem premit a clamore,
cara ferens pignora.
9
Sine rate transit fluctum;
inde Sathan auget luctum:
fere tollit pueros;
Nescit ultra consolari
nec a fletu temperari
cernens rapi liberos.
10
Iamiam pene destitutus
et in luctu constitutus
Iob illustrem est secutus
duce patientia;
Quem militum assuetus
sequebatur olim coetus,
nunc abiectus atque spretus
pascit animalia.
11
Huius Caesar flens eventum
per hunc tandem post inventum
hostem domat incruentum,
capto pacis foedere;
Videns opus Deitatis
pater gaudet, matre, natis
post haec sibi restauratis
Trinitatis munere.
12
Sic recepti triumphantes
ac prophana devitantes,
fide mortem superantes
feris dantur properantes
bovis ad incendia;
Quorum prece mundi mare
valeamus transmeare,
caelum quoque penetrare,
nec non Christo conregnare,
felices in gloria.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *S.*

4 b placidas *S.*
8 c tudens *S*

349. DE BEATA MARIA.

1

Alto consilio
Divina ratio
restaurans hominem,
Immittit caelitus
vim Sancti Spiritus
qua replet, qua replet, qua replet Virginem.
Pectus virgineum caelo capacius
totum et integrum claudit interius
Illum qui Deus est, Deus est, Deus est, et Dei Filius.

2

Visitatur sede de supera
Babylonis filia misera,
persona Filii missa, non altera ;
venit Iesus, nostra laetitia.
Moratus est fletus ad vesperum :
matutinum ante luciferum,
castitatis egressus uterum
nostrae carnis sumpsit mortalia.

3

Nube carnis, maiestatis occultans potentiam,
pugnaturus armaturam non assumit regiam,
sed praetendit inimico mortalem substantiam.
Capit Deus temporale nascendi principium,
et pudoris non amittit Virgo privilegium,
nec, post partum, castitatis emarcescit lilium.

4

Ardet rubus, sed ardenti
non nocet vis elementi ;
flamma nihil destruit :
Sic, Virgine pariente,
partu nihil destruente
Virginitas floruit.

5

Solvitur Abrahae sera promissio,
iam fere saeculi decurso spatio :
nobis locutus est Deus in Filio ;
Cumaei carminis completur littera :
" Rex ", inquit, " veniet sede de supera
Qui praesens hominum iudicet opera. "

6

Cum non salvet hominem legis observatio,
Deus orbem visitat ortu necessario.

7

Nec per legem gens salvatur,
nec mortuus suscitatur
per praemissum baculum;
Donec venit Elysaeus
et in carne verus Deus
visitavit saeculum.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *S*.

1 Le parallélisme de cette strophe est parfait si l'on a égard au nombre des syllabes. Il semble imparfait si l'on observe seulement les rimes.
2 c vers faux.
5 d Cunei *S*.

350. DE BEATA MARIA.

1

Ad laudem Virginis
quam replet Flaminis
potentia,
renovantur omnia
quae Deitas patravit.
Sub umbra Numinis,
ad instar fluminis
fit copia
in qua redit gratia
quae saucia curavit.

2

Rubus igne claruit,
nec comburi potuit:
in Virgine
sine viri semine
fecunditas laudatur;
Legis umbra pellitur,
et de manna gignitur
vermiculus:
infidelis populus
ut haedera siccatur.

3

Vellus rorem,
virga florem
iam concepit,
quem excepit
Gedeonis conchula;
Stella solem,
Virgo prolem
generavit
quam signavit
prophetalis virgula.

4

Novum Deus aethere
miro facit opere:
Vir nascitur,
nec rumpitur
Virginea clausura;
sic matrem Virginem
obstupuit natura.
Caput anguis sternitur,
sacro pede premitur,
subigitur,
conteritur
ab humani factura:
Plaudamus liberi
de veteri iactura.

5

Creatorem
creatura
veneretur
et serviat Auctori;
Deus homo
regni domo
pulsum pomo
restituit honori.

6

Fons de petra proruit,
latus Agni patuit
rivus inde profluit
qui diluit
veneficum cruorem;
Statua percutitur,
sine manu ceditur
lapis, mons efficitur;
virginitas
hinc obtinet favorem.

Manuscrit. Paris : Bibl. Nat., 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *S.*

351. DE SANCTO BALSEMIO.

1

Lux surgit annua
quae dat melliflua
nobis remedia,
Prece continua
captent occidua
tanta suffragia.

2

Cum poena stabilis
non sit sed labilis,
parens caelestia,
Homo passibilis
fit invincibilis
Divina gratia.

3

Qui Deum metuit,
illum non terruit
ulla nequitia,
Nec ei nocuit
dum sibi floruit
mundana gloria.

4

Et quanto gravior
atque rabidior
exstat saevitia,
Tanto constantior
atque securior
fit ad supplicia.

5

Unde Balsemius,
martyr eximius,
relicta patria,
Mori vult carius
quam sit ulterius
in hac miseria.

6

Galliam properat
ibique reserat
diva mysteria,
Mortem accelerat,
ensemque tolerat
pergens ad gaudia.

7

Hinc de miraculo
quod fit in populo
stupet gens misera,
Nam hoc spectaculo
caput in patulo
fert manu propria.

8

Tunc corpus rapitur,
puteo truditur,
sed super omnia
Spiritus tollitur
caeloque ducitur,
spernens terrestria.

9

Puella flebilis
caeca sed nobilis
et regis filia,
Patri amabilis
currit credibilis,
quaerens auxilia.

10

Martyr extrahitur,
de faece tollitur;
superans lilia
Odor egreditur,
balsamum vincitur
mira fragrantia.

11

Lympha prosiliit,
virgo se liniit
fide non dubia;
Ad lumen rediit,
patrem repetiit
pulsa moestitia.

12

Sicut remedio
dulci tripudio
gaudet vicinia;
Sic de martyrio
cum patrocinio
gaudet Ecclesia.

13

Hinc unanimiter
colit et dulciter
eius sollemnia;
Ut queat pariter
frui perenniter
Christi clementia.

14

Cum idem arbiter
dabit aequaliter
omnibus praemia,
Et nos alacriter
clamemus iugiter
pium Alleluia.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 17329, Graduel de Saint-Corneille, xiii[e] siècle, *S*.

1 Les deux premiers vers sont presque illisibles dans *S*. Ils ont été effacés.
6 e tollerat *S*.

352. DE SS. PETRO ET PAVLO.

1

Isti duae sunt olivae
quorum chorus hic festive
recolit sollemnia;
Pascunt, ardent et medentur,
mentes pascunt ne graventur
doctrinae penuria.

2

Ardent igne caritatis
et medentur praegravatis
qualibet molestia;
Possunt vivos morti dare,
morti datos suscitare,
freti Dei gratia.

3

Antiochus Petro sedem
primam dedit, Remus aedem
dignam reverentia;
Christum Petrus ut sequatur
crucem suffert et mercatur
caelum per supplicia.

4

Pollet Paulus in doctrina
oleoque miscens vina
fulget in Ecclesia;
Ense Paulum Nero stravit,
in lacrymis seminavit,
modo metit gaudia.

5

Ante Deum qui lucetis
candelabra, nobis detis
clara frui regia ;
Caeli claves aperite
caelum nobis, et ad vitae
nos ferte palatia.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 16828, Graduel de Saint-Corneille, xiv[e] siècle, *T.*

4 d paululum *T.*

Nous avons publié, n° 172, une Prose du Missel de Tarentaise qui a le même *incipit* que celle dont nous donnons ici le texte.

353. DE SANCTO SVDARIO.

1

Christe, per Tuae Sindonis
veneranda sollemnia,
Fraudes repelle daemonis
ab hac Tua familia.

2

In Tua Tecum gloria
Nos satians Vitae bona.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 17321, Missel de Saint-Corneille, pièce ajoutée, fin xv[e] siècle, *R.*

2 b Vitae bona fait un énorme solécisme ; mais il est exigé par la rime.

MISSALE SECVNDVM VSVM DIOCESIS NAMMETENSIS. Venetiis, 1482.

1. Dominica prima in Adventu Domini, Sequentia: *Salus aeterna.* K.1.
2. Dominica secunda: *Regnantem sempiterna.* K.2.
3. Dominica tertia: *Qui regis sceptra.* K.4.
4. Dominica quarta: *Iubilemus omnes una.* K.5.
5. In prima Missa Nativitatis Domini, hoc est in gallicantu: *Sonent Regi nato.* K.17.
6. In aurora: *Nato canunt omnia.* K.9.
7. In die: *Laetabundus exsultet.* K.13.
8. S. Stephani: *Magnus Deus in universa terra.* 81
9. S. Iohannis evangelistae: *Organicis canamus modulis.* 32
10. Sanctorum Innocentium: *Celsa pueri concrepent melodia.* K.348.
11. In Epiphania Domini: *Epiphaniam Domino.* K.27.
12. S. Vincentii martyris: *Ecce dies praeoptata.* K.735.
13. In Purificatione Beatae Mariae Virginis: *Hac clara die turma.* Morel, 134.
    Alia Prosa: *Laetabundus exsultet.* K.13.
14. In Paschali tempore: *Victimae Paschali.* K.83.
15. In Ascensione Domini: *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
16. In die sancto Pentecostes: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
17. De Sancta Trinitate: *Profitentes Unitatem.* K.142.
18. SS. Donatiani et Rogatiani martyrum: *Dies ista sit iocunda.* 354
19. In Nativitate Sancti Iohannis Baptistae: *Psallat chorus laetabundus.* 355
20. Apostolorum Petri et Pauli: *Rex aeternus, Rector mundi.* 356
21. Sanctae Mariae Magdalenae: *Mane prima Sabbati.* K.93.
22. S. Laurentii martyris: *Stola iocunditatis.* K.625.
23. In Assumptione Beatae Mariae Virginis: *A rea virga primae matris.* K.255.
24. Alia Prosa de eadem: *Verbum bonum et suave.* K.268.
25. In Decollatione S. Iohannis Baptistae: *Celebretur dies ista.* 357
26. In Nativitate Beatae Mariae: *Alle caeleste.* 44
27. " " " *Ave, Maria, gratia plena.* K.264.
28. De Beata Maria, tempore Paschali: *Virginis Mariae laudes intonent.* K.234.
29. In Exaltatione Sanctae Crucis: *Laudes Crucis attollamus.* K.60.

30. In sollemnitate Omnium Sanctorum : *Christo inclyta candida.* K.336.
31. „ „ „ *Rex aeterne, pie Pater.* 358
32. Martini archiepiscopi : *Gaude, Sion, quae diem recolis.* K.647.
33. Nicolai episcopi : *Congaudentes exsultemus vocali.* K.665.
34. In Dedicatione ecclesiae : *Rex Salomon fecit templum.* K.872.
35. Prosa de Angelis : *Sedentem in supernae maiestatis arce.* 359.
36. De apostolis : *Caeli solem imitantes.* K.371.
37. De evangelistis : *Iocundare, plebs fidelis, cuius pater.* K.427.
38. De quolibet sancto : *Supernae matris gaudia.* K.338.
39. De virginibus : *Virgines castae.* K.475.
40. In Commemoratione defunctorum : *Dies irae, dies illa.* K.879.

354. DE SS. DONATIANO ET ROGATIANO.

1

Dies ista sit iocunda
in qua fulgent duo munda
mundo luminaria,
Duae rosae speciosae
quae nunc spirant gloriosae
in caelesti curia.

2

Quam felices fratres isti
quorum ad honorem Christi
agimus sollemnia ;
Quos nec horror carceralis,
nec tyranni bestialis
terruit saevitia.

3

O miranda virtus mentis
quae nec minis nec tormentis
a Christo fit devia !
Miro modo gravis poena
fit suavis, fit amoena,
dura fiunt mollia ;

4

Miro modo poena gravis
fit amoena, fit suavis,
et tormenta dulcia ;
Nam dum caro flagellatur,
intus fratres consolatur
spiritalis gratia.

5

Cum sit ergo generalis,
nostrae tamen specialis
urbis est laetitia :
Urbe nostra fratres nati,
urbe nostra sunt renati
Christo per supplicia.

6

Alter unda baptizatus,
sed uterque decollatus
pari fulget gloria ;
Quem non fecit unda lotum
cruor fusus lavit totum
et mentis constantia.

7

Cui sacerdos defuit
non illi minus adfuit
Divina praesentia ;
Quibus enim cor devotum
his nocere sacerdotum
non potest absentia.

8

Omnes ergo iubilemus
iubilantes celebremus
fratrum natalitia ;
Hos precantes corde puro,
ut sint nobis hi pro muro
contra mundi vitia.

2 a isti manque dans *Nanneten.*1482. La faute est corrigée dans *Nanneten.* 1520 et 1588.

355. DE S. IOHANNE BAPTISTA.

1

Psallat chorus laetabundus, voce cum melliflua,
Vocis odas declamantis antra per heremica,

2

Quibus tener latitavit, urbis vitans lubrica,
Ne vel unquam os illius verba daret vacua ;

3

Ibi sacer ille vixit mira parcimonia,
A quo panis longe fuit, vinum atque sicera ;

4

Parvus erat illi cibus mellis arundinei,
Aqua sitim mitigabat ripis in Iordanicis ;

5

Pannus asper membra texit voluptatis nescia ;
Pilis camelorum tectus, zona cinctus lanea,

6

Iste vatibus divinis cunctis excellentior,
Atque Salvatoris nostri praeco manifestior ;

7

Nam quem longo prophetarant illi vaticinio,
Hic venisse iam testatus demonstravit digito.

8

Istum sanctum super omnes Deus honorificat,
Trinitas cui soli Semet pandit et clarificat :

9

Natum lavat, Patrem audit, Spiritumque conspicit,
Gloriosus cuicumque sic se Deus aperit.

10

Hic pro nobis deprecetur Creatorem luminis,
Ut resolvat mentes nostras omni nexu criminis,

11

Et in fine nos adscribat summi porta culminis,
Et superni nos adiungat consodales agminis.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 872, Missel de Poitiers, xve siècle, *X*; 873, Idem, *Y*; 906, Graduel de Jacques, bâtard de Vendôme, xve-xvie siècle, *Z*. LIMOGES : Bibl. de la Ville, 17, Graduel de l'abbaye de Fontevrault, xive siècle, *LIT*. POITIERS : Bibl. de la Ville, 53, Missel de Poitiers, xve siècle, *PO*.

1 b declamamus *Fontisebralden.* 1534. declamemus *Nanneten.* heremetica *X. Z. PO. Turonen.* 1493, contraire au rythme.

2 a Quibus puer *Bituricen.* Quibus tenet (!) *X.* urbis nicans (!) *LIT.* ludicra *X. LIT. Bituricen. Nanneten.*1520. *Fontisebralden.*1534. ludricra (!) *Y.* ludrica (!) *Nanneten.*1482.

4 a arundineis *PO.*

5 b tectus manque dans *LIT.* zona strictus *Z. PO. LIT. Ambianen. Nanneten. Pictaven. Fontisebralden.*1534. lancea (!) *Ambianen.*

7 a prophetaverunt (ve effacé) *Y.* prophetarunt *Bituricen. Nanneten. Pictaven.* prophetarent *X. PO. Fontisebralden.*1534. b testatur *LIT. Bituricen. Fontisebralden.*1534. praemonstravit *Bituricen.*

8 b soli fovet *Nanneten.*

9 b Se decus (!) *LIT.* cui sedens *Bituricen.*

10 b, 11. Au lieu de ces trois derniers vers, on lit dans *Nanneten :*

Ut in fine nos absolvat omni nexu criminis
Et perducat ad polorum sempiterna gaudia,
Ubi Christum collaudemus perpetua laetitia.

L'édition de 1482 ajoute : Amen dicant omnia, qui manque dans celle de 1520

11 a portae *Bituricen. Fontisebralden.*1534. portu *Pictaven.* b Ut superni *Ambianen. Bituricen.*

356. DE SS. PETRO ET PAVLO.

1

Rex aeternus, Rector mundi,
primus pastor in secundi
laudetur victoria :
Petrus pastor hic secundus,
mundi victor mundo mundus
ex caelesti gratia.

2

Urbs Nannetis, urbs beata,
Petro patre praedicata
speciali munere,
Servi Petri speciales,
servos Petro spiritales
nos curemus subdere.

3

Nota Petrum tam benignum
quod ad vocis Christi *signum*
primo sub admonitu,
Linquit *rete,* linquit *ratem,*
Christi sequens *veritatem,*
sursum raptus *spiritu.*

4

Statim Christum est secutus
et sequentem Dei nutus
ad plenum *prosequitur,*
Paralysi destitutus,
sanitati restitutus
Eneas erigitur.

5

Auro carens et argento
charitatis argumento
coruscat miraculis.
Claudum solvit in *momento*
a morboso nocumento
et *nervorum* vinculis.

6

Petrus vitam dat Thabitae
iuvenemque reddit vitae
vice Christi *libera,*
Pede premit fluctus maris
et nutantem salutaris
regit *Dei dextera.*

7

Angelus incarceratum
solvit Petrum, vitae datum
destinatum gladio ;
Quod negando ter peccavit
verus *amor expiavit*
et trina confessio.

8

Ananiae Sapphiraeque
falsam fidem pungit aeque
mortis per supplicium ;
Petrus doctor veritatis
damnans fraudem pietatis
et fraudis mendacium.

9

Petro Christi *sunt oves creditae*,
claves regni caelestis *traditae*
digno privilegio;
Firma tenet *Petri sententia*,
iure *ligans et solvens omnia*,
caelesti imperio.

10

Huius *umbra sanat* gentes,
sanat membra, *sanat mentes*,
morbos reddit impotentes
medici potentia;
Hic a petra Christo dictus
per quem Simon magus *victus*,
dum volare vult, afflictus
prece Petri praevia.

11

Nero fremit iracundus
et pro mago *furibundus*
quod sit magus dissolutus
et ruinam consecutus
et casum mortiferum.
Ergo Petro crux paratur
et sic Petrus cruci datur,
flagellatur, cruciatur,
in quo *Christus* Se *testatur*
*crucifi*xum *iterum*.

12

O Petre, pastor ovium,
O Paradisi claviger,
sospes hospes fidelium,
aperi portas impiger,
caeleste pandens atrium
et nulli claudas ostium.
Per huius, Christe, meritum,
cum prece salutifera,
culpae et poenae debitum
dimittens, dele scelera,
praestans perenne praemium
et sanctorum consortium.

L'auteur de cette Prose a eu sous les yeux la pièce si connue au Moyen-Age : *Gaude, Roma, caput mundi* (K. 381). Il lui a même fait un grand nombre d'emprunts textuels que nous signalons par l'emploi d'italiques.

2 b Petro pastore *Nanneten.* 1482, vers faux.
5 c constat miraculis *Nanneten.* 1482.
11 c quod si *Nanneten.*

357. IN DECOLLATIONE S. IOHANNIS BAPTISTAE.

1

Celebretur dies ista,
qua praecursor et baptista
triumphat martyrio;
Nobis via fit virtutis,
via vitae, spes salutis
eius decollatio.

2

Hunc emissa vox de caelis
hunc insigne Gabrielis
cecinit praeconium,
Et qui missus est Mariae
sacerdoti Zachariae
tulit idem nuntium.

3

Patrem sensit non sensatus
Creatorem nondum natus,
et alludens puero
Qui sentire se nequibat
Solem clausum iam sentibat
Virginis in utero.

4

Natus puer iuris norma,
legum sator, vitae forma
patri vocem reddidit:
Non promissa Dei crediderat,
unde vocis usum perdiderat
quia tarde credidit.

5

Hic de Deo prophetavit
cui viam praeparavit
nascenti de Virgine;
Cognitus in populis
floruit miraculis
et virtutum germine.

6

Iubar novum fulsit mundo
cum de ventre non fecundo
prodiit fecunditas;
Gratulatur gens remota:
[nam] nec eius minus nota
quam Christi nativitas.

7

Mundi mundus fugit curam,
vitam purus duxit puram
mundus omni crimine;
Mundo timens inquinari
ne vel vita maculari
levi posset famine.

8

Hic desertum praeelegit,
ibi vitam solus egit
et se fecit minimum;
De quo constat esse verum
inter natos mulierum
hunc fuisse maximum.

9

Quia mundo se mundavit
Regem mundi mundus lavit
in Iordanis flumine,
Nec pro Christo renuit
tingere quem meruit
suo tingi sanguine.

10

Gentes eum
esse Deum
crediderunt,
quem viderunt
esse mundi lampadem,
Quem tyrannus
ille magnus
contemnebat,
sed timebat
propter Herodiadem.

11

Sanctitatis homo mirae
regi nolens consentire
corrigebat quem redire
voluit a scelere;
Inde locus fuit irae,
regem fecit obsaevire,
sanctum sprevit et perire
maluit quam credere.

12

Quadam die cultor mali
suo gaudet in natali,
dum natale celebratur
praecursoris caput datur
saltatrici praemium;
Veritatis praeco bonus
quem suscepit Dei thronus
mortem subit pretiosam,
decollatur et in rosam
commutatur lilium.

13

Praeco bone, praeco Christi,
quem secutus praecessisti
tu pro nobis intercedas,
et venire nos concedas
ad perenne gaudium.

2 a Hunc vox emissa *Nanneten.* 1520.
6 e nam manque dans *Nanneten.*, est nécessaire au rythme.
8 a perlegit *Nanneten.* 1482.
11 f obvenire *Nanneten.* 1482.

358. IN SOLLEMNITATE OMNIVM SANCTORVM.

1

Rex aeterne, pie Pater,
pia nobis Virgo Mater
Te Patrem et Filium
Nobis pium et placatum,
nobis mitem, non iratum,
nobis det propitium.

2

Petre pastor, praeco Paule,
et caelestis omnis aulae
patres apostolici,
Nobis sitis adiutores
et benigni defensores
et caelestes medici.

3

O Laurenti, O Vincenti,
O vos omnes in praesenti
saeculo martyrium
Qui pro Christo pertulistis,
et victores exstitistis,
praebete praesidium.

4

O beate Nicolae,
nos ad portum pacis trahe
de mundi naufragio,
Omnes sancti confessores
sitis nobis in tutores,
sitis in subsidio.

5

Sacer chorus virginalis,
coniugalis, vidualis,
matrum munda castitas,
Omnes simul sanctae sitis
adiutrices et possitis
dare sedes debitas.

6

Horum pia prece patrum
et sanctarum sacris matrum
precibus et meritis,
Pie Christe sis placatus,
miserator miseratus
nobis Tuis subditis.

2 b omnes *Nanneten.* 1520.
3 c saeclo *Nanneten.* 1482.
6 d sit *Nanneten.* 1520.

359. DE ANGELIS.

1

Sedentem in supernae
maiestatis arce
Adorant humillime
proclamantes ad Te,

2

Cum illis undeviginti quinque:
"Sanctus, Sanctus, Sanctus, Sabaoth Rex,

3

Plena sunt omnia gloriae Tuae."
Atque cum innocentissimo grege

4

Qui sine ulla sunt labe
Clamantes excelsa voce:

5

"Laus Tibi sit Domine,
Rex aeternae gloriae,
Qui regnas sine fine,
in aeternum cum Patre.

SACRI MISSALIS OFFICIVM AD VSVM EBROICENSIS ECCLESIAE. Rothomagi, 1497.

1. Dominica prima Adventus Domini, Sequentia: *Salus aeterna.* K. 1.
2. Dominica secunda, Prosa: *Regnantem sempiterna.* K. 2.
3. Dominica tertia, Sequentia: *Qui regis sceptra.* K. 4.
4. Dominica quarta, Sequentia: *Iubilemus omnes una Deo.* K. 5.
5. In Nativitate Domini: in gallicantu, Sequentia: *Nato canunt omnia.* K. 9.
6. „ „ „ in aurora, Prosa: *Caeleste organum hodie.* K. 7.
7. „ „ „ in die, Prosa: *Christi hodierna pangimini omnes una. Caelica.* 22
8. De Sancto Stephano, Prosa: *Magnus Deus in universa terra.* 81
9. In die Sancti Iohannis evangelistae, Prosa: *Congaudentes cantemus Tibi.*[1] 360
10. De Innocentibus, Sequentia: *Celsa pueri concrepent melodia.* K. 348.
11. Sancti Thomae, Sequentia: *Spe mercedis et coronae.* K. 729.
12. Dominica infra octavas Nativitatis Domini, Sequentia: *Laetabundus exsultet.*[2] K. 13.
13. Sancti Silvestri, Sequentia: *Adest nobis dies alma.* K. 438.
    In octavis Nativitatis Domini, Sequentia: *Laetabundus exsultet.* K. 13, vel:
14. *Eia recolamus laudibus.* K. 10.
15. In die Epiphaniae, Prosa: *Epiphaniam Domino.*[3] K. 27.
16. In die Paschae, Prosa: *Fulgens praeclara rutilat.*[4] K. 95.
17. Feria secunda, Prosa: *Mane prima Sabbati.*[5] K. 93.
18. Feria tertia, Sequentia: *Prome casta concio.*[6] 96
19. Feria quarta, Sequentia: *Victimae Paschali.*[7] K. 83.
20. In die Ascensionis, Sequentia: *Rex omnipotens die hodierna.*[8] K. 116.
21. In die sancto Pentecostes, Sequentia: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K. 124.

1 Item in die S. Iohannis ante Portam Latinam.
2 Item in vigilia Epiphaniae.
3 Item Dominica infra octavas et in octavis.
4 Item Dominica in octavis Paschae.
5 Item feria v, et in die S. Mariae Magdalenae.
6 Item feria vi.
7 Item Sabbato post Pascha, Dominica ii, *(Agnus redemit)*, Dominica iii, (iv) et v post Pascha.
8 Item Dominica infra octavas, et in die octavarum.

22. Feria secunda, Prosa: *Veni, Sancte Spiritus.* [9] K.125.
23. Feria tertia, Prosa: *Alma chorus Domini.* [10] K.140.
24. Feria quarta, Prosa: *Laudes Deo devotas.* [11] K.122.
25. In die Sanctae Trinitatis, Prosa: *Benedicta sit Beata Trinitas.* [12] 100
26. De Sancto Sacramento, Sequentia: *Lauda, Sion, Salvatorem.* [13] K.150.
27. In die Dedicationis, Sequentia: *Sanctae Sion adsunt encaenia.* [14] K.877.
28. In die unius apostoli, Sequentia: *Caeli solem imitantes.* [15] K.371.
29. Alia Sequentia: *Clare sanctorum senatus.* [16] K.369.
30. Alia Sequentia: *Alleluia nunc decantet.* K.374.
31. Alia Sequentia: *Laus devota mente.* 74
In natali unius martyris, Prosa: *Adest nobis dies alma.* [17] K.438.
32. In natali plurimorum martyrum, Sequentia: *Ecce pulchra canorum resonat.* [18] 101
33. Alia Sequentia: *Supernae matris gaudia.* [19] K.338.
34. In natali unius virginis, Prosa: *Virginis venerandae.* [20] K.472.
35. Alia Sequentia: *Virgines egregiae.* [21] K.478.
36. In die Sancti Andreae, Sequentia: *Sacrosancta hodiernae.* K.401.
37. In die Sancti Nicolai episcopi et confessoris, Prosa: *Congaudentes exsultemus vocali.* [21] K.665.
38. In die Sancti Mauri abbatis, Prosa: *Maurus pater inclytus.* 361
39. In die Sancti Antonii, Prosa: *Antonius humilis.* 26
40. In die Sanctae Agnetis virginis, Sequentia de communi, vel ista propria: *Animemur ad agonem.* K.759.
41. In die Sancti Vincentii martyris, Sequentia: *Ecce dies praeoptata.* K.735.
42. De illustratione sanctae praedicationis et de Conversione Beati Pauli, Sequentia: *Iubilemus Salvatori, qui spem.* Gautier, 2e éd., 102.

9 Item feria v, in Missa pro evitanda mortalitate, et contra Paganos.
10 Item feria vi.
11 Item Sabbato post Pentecosten.
12 Item Dominica xxv post Pentecosten.
13 Item in octavis.
14 Item in octavis.
15 In die S. Thomae (vel: *Clare sanctorum senatus*), et SS. Philippi et Iacobi; in Commemoratione S. Pauli, et in die SS. Simonis et Iudae.
16 In die S. Thomae (vel: *Caeli solem imitantes*).
17 In die Cathedrae S. Petri, S. Hieronymi et S. Clementis, et in natali unius confessoris.
18 In die SS. Iohannis et Pauli, et S. Mauritii sociorumque eius.
19 In Inventione S. Stephani sociorumque eius, in die SS. Remigii, Germani, Vedasti et Amandi.
20 In Conceptione B. Mariae Virginis, in die S. Luciae et S. Ceciliae.
21 Textus deest.
21 Item in Translatione S. Nicolai.

22 Item in Annuntiatione.
23 Item in die S. Matthaei et S. Lucae.
24 Item in octavis.
25 Item in octavis.
26 Item in octavis.
27 Item in octavis.

64. Sancti Bartholomaei apostoli, Prosa : *Laudemus omnes inclyta.* K.421.
65. Sancti Ludovici regis et confessoris, Prosa : *Laetabunda psallat plebs.* K.640.
66. Sancti Augustini episcopi, Sequentia : *Interni festi gaudia.* K.502.
67. In Decollatione Sancti Iohannis Baptistae, Sequentia : *Praecursorem Summi Regis.* K.354.
68. Sancti Egidii abbatis, Sequentia : *Magna dies, magnum sollemnium.* 370
69. In Inventione Sancti Taurini episcopi, Sequentia : *De roseto prodit rosa.* 371
70. In Nativitate Beatae Mariae Virginis, Sequentia : *Alle caeleste.*[28] 44
71. In Exaltatione Sanctae Crucis, Sequentia : *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
72. Sancti Michaelis archangeli, Prosa : *Ad celebres, Rex caelice.*[29] K.168.
73. Sanctae Fidis virginis, Prosa : *Sanctae Fidis ad honorem.* ... 372
74. Sancti Dionysii sociorumque eius, Sequentia : *Gaude prole, Graecia.* K.546.
75. Sanctarum sororum Beatae Mariae, Sequentia : *Laudes Christo decantemus.* 276
76. In die Omnium Sanctorum, Prosa : *Christo inclyto candida.* K.336.
77. Sancti Martini archiepiscopi, Prosa : *Sacerdotem Christi.* K.646.
78. Sanctae Katherinae virginis, Prosa : *Vox sonora nostri chori.* K.812.
79. Ad Missam quotidianam de B. Maria in Adventu, Sequentia : *Missus Gabriel de caelis.* K.200.
   A Nativitate Domini usque ad Purificationem, Sequentia : *Caeleste organum hodie.* K.7.
80. A Purificatione usque ad Pascha, et a Trinitate usque ad Adventum Domini, in Dominica die, Sequentia : *Gaude, Dei Genitrix, ... Gaude, Virgo.* 373
81. Item in die Dominica, Sequentia : *Ave, Maria, gratia plena.* K.264.
82. Feria secunda, Sequentia : *Post partum, Virgo Maria.* K.325.
83. Feria tertia, Sequentia : *Sicut pratum picturatur.* 374
84. Feria quarta, Sequentia : *Hodiernae lux diei celebris in.* K.202.
85. Feria quinta, Sequentia : *Virgo munda et fecunda.* 375
86. Feria sexta, Sequentia : *Verbum bonum et suave.* K.268.
87. Sabbato, Sequentia : *Ave, mundi spes, Maria.* K.289.

28 Item in Conceptione, et in octavis Nativitatis.
29 Item in die S. Michaelis in Monte Tumba.

88. Sequentia : *Benedicta es caelorum Regina.* K.201.
89. Tempore Paschali, Sequentia : *Virginis Mariae laudes intonent.* K.234.
90. De Beata Sequentia : *Ave, mundi gloria.* K.288.
91. Alia Prosa : *Ab arce siderea.* 219
92. Alia Sequentia : *Ave, gloriosior.* 272
93. Alia Prosa : *Mirandum commercium.* K.274.
94. Prosa, (dicitur in Adventu) : *Mittit ad Virginem.* K.199.
95. De quinque Plagis Christi, Prosa : *Coenam cum discipulis.*K.57.
96. Pro defunctis, Sequentia : *Dies irae, dies illa.* K.879.

360. DE S. IOHANNE EVANGELISTA.

1

Congaudentes
cantemus Tibi, Rex Christe :
Alleluia,
Recolentes
Iohannis Evangelistae
magnalia.

2

Hunc Christus discipulum
praeelectum famulum
praeamavit ;
Huic de cruce virginem
ex qua sumpsit hominem
commendavit.

3

Hic concentus caelicos
et choros angelicos
contemplatur,
Divinique generis
seriem prae caeteris
indagatur.

4

Aurum fit de frondibus,
gemmae de silicibus
huius prece,
Quae effertur mortua
surgens abit vidua,
spreta nece.

5

Cratonis discipuli
pro favore populi
in contemptu saeculi
gemmas caedunt ;
Sed in Christi nomine,
crucis medicamine,
solidato fragmine
cuncti credunt.

6

Hic fervorem balnei
bullientis olei
medicina fidei
temperavit ;
Hic exsul ludibria
et tormenta varia
Dei plenus gratia
superavit.

7

Ad coenam gloriae
vocatus hodie
de lacu nostrae miseriae,
Fruitur requie
plena laetitiae
Iohannes, lumen Ecclesiae.

8

Cuius ob meritum
dimittens debitum
praesens, futurum, praeteritum,
Christus post obitum
nobis immeritum
caeli concedat introitum.

Manuscrits. ÉVREUX : Musée de la Ville, 99, Missel d'Évreux, (ayant autrefois appartenu à Raoul du Fou), xv[e] siècle, *EV.* ROUEN : Bibl. de la Ville, 304, Missel d'Évreux, xv[e] siècle, *RN.*

1 b Rex manque dans *Lexovien.*
3 c admiratur *Lexovien.* f contemplatur *Lexovien.*
4 e abiit *Lexovien.* vers faux.
5 b ob favorem *Lexovien.* c in contemptum *Lexovien.*
6 g plenus Dei *Lexovien.*
7 e caelestis curiae *Lexovien.*
8 d Deus post *Lexovien.* Christum post *EV. Ebroicen.* e in meritum *RN.*

361. DE SANCTO MAVRO.

1

Maurus pater inclytus
adsit nobis caelitus,
vitae dans solatium,
Qui calcavit penitus
hic in carne positus
omne mundi gaudium.

2

Hic de claro semine,
flos de pulchro germine
senatorum prodiit ;
Duodennem puerum
sanctus pater tenerum
Benedictus nutriit.

3

Carnis domat vitia,
florens pudicitia,
fide, vita, moribus ;
Sic patris vestigia
sequens semper praevia
refulget virtutibus.

4

Huius ab imperio
presso pede fluvio
mersum salvat Placidum ;
Claudis recte pergere,
loqui mutis, cernere
caeco dedit lucidum.

5

Tribus vitam mortuis
aegris atque fatuis
sanitatem praebuit ;
His virtutum floribus
vernans, caeli civibus
digne iungi meruit.

6

Iam fulgens in gloria
tua, Maure, gratia
nos infunde iugiter,
Nostra rege tempora,
nostra serva corpora,
mentes, corda pariter.

7

Ut post mortis tristia
in superna curia
vivamus perenniter.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 12060, Missel de Saint-Maur des Fossés, xiv[e] siècle, *P.* ÉVREUX : Musée de la Ville, 99, Missel d'Évreux, ayant autrefois appartenu à Raoul du Fou, xv[e] siècle, *EV.*

3 e semper sequens *EV. Ebroicen.*

362. DE SANCTO GEORGIO.

1

Laetabundus
fiat et iocundus *chorus*
fidelium ;
Regem caeli
laudet et corde fideli
Georgium.

2

Angelus consilii
virtus est Georgii
patientis,
Sol huic iustitiae,
donum patientiae
in tormentis.

3

Sicut cervus fluvium,
sic miles martyrium
sitiebat ;
Neque fastus apicem
sed sanctorum calicem
appetebat.

4

Cedrus alta militum
non timet exercitum
Datiani,
Verbum ens altissimi
dux est invictissimi
Christiani.

5

Isaias alius
capitur, quem impius
iudex iubet acrius
flagellari,
Si non suis frivolis
sacrificet idolis
et velit cum discolis
sociari.

6

Infelix rabie
captus, militiae
florem hodie
decollavit,
Quem pro virtutibus
Rex regum Dominus
caelorum sedibus
sociavit.

Manuscrit. Évreux : Musée de la Ville, 99, Missel d'Évreux, (ayant autrefois appartenu à Raoul du Fou), xv[e] siècle, *EV.*

2 a concilii *EV. Ebroicen.*

363. DE SS. MAXIMO ET VEDASTO.

1

Ad celsi Regis gloriam pangat chorus melodiam,
Qui in sanctis mirifica operatur magnalia,

2

Per quos Suis multimoda largitur beneficia,
Vocans multos ad gaudia quae dat iustis perennia ;

3

Inter quos fratrum gloria clarescit et victoria
Qua gentium ludibria vicerunt et sculptilia,

4

Quorum Maximus fulgida pontificali infula
Et Venerandus titulo diaconii emicat;

5

Nobilissimi linea in urbe clara Brixia
Patre Magno sunt geniti et genitrice Cassia;

6

Hos sanctus papa Damasus sacrans ordinis gratia
Ut verbo Dei repleant mittit gentium intima.

7

Qui dum mentes ad dogmata convocarent caelestia
Urget iudex Vitalius ut sua colant idola.

8

Contemnentes immania trahuntur ad supplicia,
Ungulis in suspendio membra secantur tenera;

9

Sed mox ipsorum precibus franguntur falsa numina,
Rediguntur in pulverem: pravorum stupent agmina.

10

Hinc fornacis incendia subeunt nimis valida,
Quibus confestim adfuit Iesu Christi praesentia.

11

Cuius virtute plurima combusta turba impia;
Sancti illaesi exeunt: Deo dantur magnalia.

12

Totis ligatis postea magna ferunt supplicia,
Rursus oblati bestiis servantur Dei gratia.

13

Hos dehinc clausos carcere eduxit virtus caelica,
Quibus mox iubet angelus ut petant arva Gallica.

14

Qui dum mente promptissima accelerant itinera,
Ad laudem Dei plurima operantur miracula.

15

Nam vitae tria corpora reddunt luce carentia,
Contractis vices referunt et tribus caecis lumina.

16

Flumen Sequanae transeunt, desunt navis vehicula,
Persecutorum plurimos unda submergit reflua;

17

Tandem in quadam insula Aquigrniaco proxima
Pro Christo caesi propria ferunt tumulis capita.

18

Ter deni et bis quatuor cum his de turba impia
Tunc conversi ad Dominum susceperunt martyria.

19

Horum nos, Christe, precibus a cunctis malis libera
Et da laetari iugiter cum his in aula caelica.

Manuscrit. Évreux : Musée de la Ville, 99, Missel d'Évreux, (ayant autrefois appartenu à Raoul du Fou), xv[e] siècle, *EV.*

364. DE SS. CYRICO ET IVLITTA.

1

Christum Regem collaudemus
et laudando praedicemus
martyrum victoriam,
Qui per poenas meruerunt
quod iam caelum intraverunt
et caelestem gloriam.

2

Quia Christum amaverunt,
propter eum tradiderunt
corpus ad supplicia,
Nec vincuntur in tormentis,
nam divinae virtus mentis
adest eis praevia.

3

Alter horum est Cyricus,
Dei carus et amicus,
sua matre socia ;
Rapiuntur et ligati,
et catenis coarctati
adstant ad praetoria.

4

Praesentantur tribunali
sub catena sociali
Iulitta cum filio,
Ante regis feritatem
confiteri Trinitatem
audent ore proprio :

5

" Trinitatem unitatis,
unitatem Trinitatis
Deum unum credimus,
Universa qui creavit
et infernum spoliavit,
Illum pie colimus. "

6

Pueriles puer manus
caelo tendens : " Christianus
ego sum ", ingeminat ;
Vitam carnis vult exire
et vult vitam introire
quam finis non terminat.

7

Mater timet et veretur
ne quod puer confitetur
deserat perterritus ;
Ille matrem consolatur
et ad palmam exhortatur
repromissam caelitus.

8

Iuste Deus nil contemnis :
puer erat vix triennis
in aetate parvulus,
Sed in sensu iuvenili
sub aetate puerili
Christi cultor sedulus.

9

Sancti Dei cruciantur
et diversa variantur
tormentorum genera,
Simul ambo gratulantur,
simul ambo decollantur,
simul scandunt aethera.

10

Sic in fide permanentes
et immoti persistentes
passi sunt martyrium ;
Illos, fratres, veneremur
et eorum deprecemur
devoti suffragium.

11

Ergo, Christe, per laborem
quem sunt passi per amorem
Tui sancti nominis,
Tuae regnum pietatis
nobis confer, emundatis
omni noxa criminis.

12

Da post mortem corporalem
vitam nobis aeternalem
in caelesti solio,
Ut cum sanctis perfruamur
quorum opem deprecamur
angelorum gaudio.

Manuscrit. ÉVREUX : Musée de la Ville, 99, Missel d'Évreux, (ayant autrefois appartenu à Raoul du Fou), xv[e] siècle, *E V.*

11 b per amorem manque dans *E V. Ebroicen.*

365. IN TRANSLATIONE S. MARTINI.

1

Gaude, gemma praesulum,
gaude, mundi speculum,
dulcedo fidelium,
Gaude, calcans saeculum,
gaude, Christo sedulum
exhibens obsequium.

2

Imperator gratiae,
velox dator veniae,
desolatos visitans,
Stella fulgens gloriae,
exemplar clementiae,
tres defunctos suscitans ;

3

O Martine, medice
spiritalis, abice
pestes graves cordium,
Hostes prece deiice,
atque tuos respice,
bone pastor ovium.

4

Tu es lima scelerum,
sustentator pauperum
pietate nimia,
De qua vestis miserum
Christum tegis iterum
chlamyde dimidia.

5

Pium est nos cantibus,
pium est et fletibus
nos Martino obsequi,
Est hic pauper opibus :
hinc cum caeli civibus
opes gaudet assequi.

Manuscrit. ÉVREUX : Musée de la Ville, Missel d'Évreux, (ayant appartenu autrefois à Raoul du Fou), xv[e] siècle, *E V.*

366. DE SANCTO IACOBO.

1

Iubilemus omnes una concordi melodia
Persolventes hodierna Iacobi sollemnia,

2

Qui cum patre Zebedaeo maris tenens retia
Appellatus est secutus Domini vestigia:

3

O quam felix divisio inter haec mysteria
Lucrum sprevit temporale, spirans ad caelestia.

4

Natus ex ea
qua lux mundo iam praefulsit
regali prosapia,
Apostolicae
dignitatis scandit summa
sublimis fastigia.

5

In conspectu regum, Christi tulit testimonia
Minas horum parvipendens et dira supplicia.

6

Victus iacet Hermogenes et sua fallacia,
Falsos artis suae libros alta tenent maria.

7

Fraude vela baptizantur
plurima populi circumstantis
dignissimo sancti dogmate millia;
Honor Christo ampliatur
et omnes consona collaudantes
testantur voce Dei magnalia.

8

Lysias et Theocritus
sanctum Dei cruciantur
commoti pecunia;
Vinctum tenent atque regi
iubent eum praesentari
sub magna custodia.

9

Laetus iter est aggressus,
Christum laudans est ingressus
Herodis palatia;
Spreta regis iniuria
capitalis est edita
cum poenis sententia.

10

Angelorum sunt agmina huic obviantia ;
Facta comes gratulatur caelorum militia.

11

Exoramus, O benigne
tibi famulantes digne
Iacobe suffragia,
Cum occurres iudicare
mundum et cum Christo dare
fidelibus praemia :

12

A peccatis nos excusa
indistincte iudicantes praesentia,
Ut vocati cum electis
paradiso decantemus : Alleluia.

13

Christe Iesu, nos exaudi Iacobi [per merita]
Et nos Tecum collocare digneris in gloria.

Manuscrit. ÉVREUX : Musée de la Ville, 99, Missel d'Évreux, (ayant autrefois appartenu à Raoul du Fou), xve siècle, *EV.*

13 a Christi *EV. Ebroicen.* Iacobi praeconia *EV. Ebroicen.* n'offre aucun sens

367. DE SS. ABDON ET SENNES.

1

Manus linguae, lingua cordi
sic concordet ut concordi
laus erumpat modulo ;
Laudem pulchre lingua pangit
cum sermonem opus tangit
castae mentis osculo.

2

Vita, voce, voto plaudit
qui devotus Abdon audit
et Sennes insignia ;
Hi sunt viri vita quorum
se famosa monstrat morum
insigni memoria.

3

Diu Deo sed occultum
solvunt isti duo cultum
fidei catholicae ;
Sed cum tempus opportunum
poscit, Deum trinum unum,
profitentur publice.

4

Hoc non ferens praeses furit
praesens cuius mentem urit
zelus idolatriae ;
Ambos pulsat, neuter cadit,
ambos vinctos arcte tradit
et gravi custodiae.

5

Veritatis in praecones
ursos parat et leones
eis leo rugiens,
Sed utrumque Rex virtutum
servum Sibi servat tutum
feras morte feriens.

6

Vincti multis lacessuntur
a praefecto statuuntur
coram solis statua ;
Cuius cultum respuentes
et in ipsam exspuentes
fide certant strenua.

7

Pietatis praedo rursum
dat leonem, dat et ursum
devorandis carnibus ;
Sed qui mites sunt effecti
praeferendos a praefecti
tuentur incursibus.

8

Ferro tandem dissolvuntur,
innocentes provehuntur
ad victorum aciem,
Vere vincunt, non vincuntur
vitam nece nanciscuntur
rem spe, fide speciem.

9

His prudenter instruamur,
retinentes (ne vincamur)
stationem fidei ;
Quos gradatim sic sequamur
ut cum ipsis mereamur
ad superna provehi.

Manuscrits. ÉVREUX : Musée de la Ville, 98, Missel d'Évreux, xve siècle, *EN;* 99, Missel d'Évreux, (ayant autrefois appartenu à Raoul du Fou), xve siècle, *EV.* ROUEN : Bibl. de la Ville, 304, Missel d'Évreux, xve siècle, *RN.*

3 e et unum *EV.*
5 c eis ut leo *EN. EV. RN. Ebroicen.*, vers faux.

368. DE SANCTO GERMANO.

1

Gloriosis cum modulis
decantemus nunc praesulis
Germani praeconia,
Eruditus hic litteris
praefecturae tum liberis
rexit tribunalia.

2

Resolutis hinc temporis
diebus mox Amatoris
Germanus eligitur,
Multum licet hic renitens,
invite tractus relitens
ad arcem proiicitur.

3

Antistes dum ordinatur
quam habuit erogatur
facultas pauperibus ;
Novus praesul novos mores
cepit, mundanos honores
postponens caelestibus.

4

Uxor datur, in sororem
castitatis propter florem
servandum summopere
Sumpsit, postquam dignitatem
vitae raro sanctitatem
valet quis exprimere ?

5
Annis plus quam hic triginta
praesulatu sedens cuncta
fide plebem docuit;
Vitam arctans ieiunio,
somno brevi, cilicio,
carnis motus domuit.

6
Tunicali veste tanta
aestatis, hiberno quanta
tempore contegitur,
Iacens stratus in cinere
eiulans, orans gemere
crebro non ambigitur.

7
Sal legumen nec frumentum
acetum, nunquam fomentum
nec oleum praebuit,
Iuges eius cinis fotus
cum hordeo latex potus,
aliud nil aluit.

8
Ob honorem hic divinum
bis in anno solet vinum
aqua mixtum sumere;
Digne sancti glossa mores
virtutum signa, squalores
non valescit promere.

9
Orbis fines illustrari
mira per hunc operari
Dei virtus voluit;
Refulgentem miraculis
veneremur, a vinculis
qui detentos exuit.

10
Exanimis redivivit
puer, pontus obedivit
per oleum sedatus;
Norunt opem et Britones
dum *Alle* promens Saxones
fugat *luia* prolatus.

11
Sepulti fit per sepultum
suffragio sancti fultum
caelesti solio
Ignis eius hospitium
transcendens fert nil noxium
sed caeteris ustio.

12
Stramen aegris appositum
salutem dat suppositum
praesulis in lectulo;
A tumulo suscitatus
hunc defunctus est affatus
stante praesul populo.

13
Plebis resecat errores
daemonum cuius terrores
recedunt intuitu;
Invitatus ad transitum
suis detexit obitum
sancto plenus spiritu.

14
Sub feretro dum recumbit
femina, sanctus retundit
paralysim et refundit
corporis sospitatem;
Consolatur hic egentes
suffragatur vehementes,
moestos efficit gaudentes
per sui largitatem.

15
Orbi vident, muti fantur
claudis gressus solidantur,
surdis aures reserantur,
cunctos ope ditavit;
Praesul sanctam morti datus
versellis aulam dolatus
angelis lucis vallatus
pactum sequens dicavit.

16
Veni pater, O Germane,
adsiste seroque mane,
condescende nunc et mane
da servulis illud mane
quod non habet vesperum;
Supplicamus, pastor bone,
hosti pro nobis oppone,
te rogamus, O patrone,
offer preces in agone
Conditori siderum,

Manuscrit. ÉVREUX : Musée de la Ville, 99, Missel d'Évreux, (ayant autrefois appartenu à Raoul du Fou), xve siècle, *EV.*

8 c aquae *EV.*
14 b sanctus et *EV. Ebroicen.*, vers faux.

369. DE SANCTO TAVRINO.

1
Aula iocunditatis, Alleluia,

2
Statuit Dominus hodie
praesulem urbis Ebroicae
Taurinum, gemmam Ecclesiae,
vitaeque virum angelicae.

3
Pontifex alma hac luce
animam Deo placentem obtulit,
Angelo sepultus duce
populo verbum salutis protulit.

4
Intraturo portas urbis
Sathanas ter alteratus,
Ter occurrit coram turbis
per crucem ter superatus.

5
Intrat urbem et intranti
Christum quoque praedicanti
patet habitatio;
Ibi multi congregantur
quorum plures baptizantur
praesulis officio.

6
Coram cunctis concrematam
Sathan morti tradit natam,
hospitis ut hospitem
Irritaret in Taurinum,
quam Taurinus, vas divinum,
patri reddit sospitem.

7
Templo daemon exsul cedit,
templi familia credit,
sacerdotes viscera
sua fundunt dextera;
Nato ducis et consorti
repentinae datis morti
vita redit reddita
per Taurini merita.

8
Sopita tyrannide,
baptizato praeside,
Iacet idolatria,
triumphat Ecclesia.

9
Nobis ergo da, Taurine,
civitatis ut divinae
Facti cives tua prece,
et secunda spreta nece,

10
Triumphali laetitia
Decantemus : Alleluia.

Manuscrits. ÉVREUX : Musée de la Ville, 98, Missel d'Évreux, xve siècle, *EN*; 99, Missel d'Évreux, (ayant autrefois appartenu à Raoul du Fou), xve siècle, *EV.* ROUEN : Bibl. de la Ville, 304, Missel d'Évreux, xve siècle, *RN.*

2 a hodie Dominus *EN. EV. RN. Ebroicen.* contraire à la rime.
3 a Hodie praesul insignis *Constantien.* c Hodie caelestibus signis *Constantien.* vers faux. d humatus plebi sermonem protulit *Constantien.*
4 Cette strophe a été ainsi corrigée dans le Missel de Coutances :

Destinatus ad docendum
opera Beatae Lucis
Ter fugavit ter obstantem
Sathanam obiectu crucis.

6 c hospites ut *RN.*

7 b templum *RN*. e f g h. Au lieu de ces vers on lit dans le Missel de Coutances :

Pascosius et Marinus
rupe ruens resupinus
mortuus praecipitat :
quos Taurinus suscitat.

370. DE SANCTO EGIDIO.

1

Magna dies, magnum sollemnium
quo laetatur turba fidelium
celebretur ;
Miri viri mira festivitas
cuius mentem possedit veritas
honoretur.

2

Gaudens inde caeli militia
primo laudet nostri magnalia
Salvatoris ;
Sequens homo plenus laetitia
veneretur tanti tripudia
confessoris.

3

Sciat reus et credat firmiter
quod qui sanctum rogat hunc dulciter
non peribit,
Sed adiutus eius suffragio
quo beatis paratur mansio
laetus ibit.

4

Hoc probatur per scelus regium
quod potentem probat Egidium
esse satis :
Rex peccati ligatus vinculo
liberatur magnae miraculo
dignitatis.

5

Çulpaȩ nodus erat difficilis
quem post missam sacerdos nobilis
ita solvit :
Regem vocat, facinus indicat,
confitentem lacrymis applicat
et absolvit.

6

Hoc utique facere poterat
sicut ei caelitus scripserat
Rex caelorum ;
Scripsit ei quod eius precibus
se precantes mundaret sordibus
peccatorum.

7

Nos qui scripti tenorem legimus,
non ad tempus hoc datum credimus
sed in aevum ;
Ergo, pie confessor, petimus
ut a nobis repellas longius
hostem saevum.

8

Vir Egidi, te respexit
ut sentimus, et dilexit
Dominus a puero ;
Deus erat cum dedisti,
timens adhuc vim magistri,
vestimentum misero.

9

Procurator egenorum,
serve Dei, causa quorum
vendis patrimonium,
Honor eras largitatis
sub praecepto caritatis
sequens Evangelium.

10

Viru laesos, febre pressos
dum curares et obsessos
a daemone pessimo,
Ostendebas te benignum
laude multa fore dignum
et honore maximo.

11

Tu defuncti suscitator
lis defensor et amator
tibi famulantium,
Vitae redde nos languentes,
pro peccatis promerentes
inferni supplicium.

12

Vir regalis vivens regaliter
qui regali stirpe veraciter
es creatus,
Regem regum roga suppliciter
ut sit servus tuus feliciter
laureatus.

Manuscrit. ÉVREUX : Musée de la Ville, 99, Missel d'Évreux, (ayant autrefois appartenu à Raoul du Fou), xv[e] siècle, *EV*.

371. IN INVENTIONE S. TAVRINI.

1

De roseto prodit rosa,
luctum odit lux iocosa ;
De spineto venit spina,
pungens lenit ut divina.

2

Taurinus exuberat,
rosam rosa superat,
stellam stella,
Vas fellitum spernitur,
vas mellitum bibitur,
fluunt mella.

3

Neque vas fit vacuum
et mel stat perpetuum
pari forma ;
Virtutibus studuit,
vitiis abstinuit
pari norma.

4

Angelici Spiritus
diem pandunt exitus
voce clara ;
Hinc columna splenduit
qua sepulchrum patuit
ut sol clara.

5

Surdus audit, loquitur
mutus, daemon pellitur,
salus et vis redditur,
languor cedit ;
Error abit, veritas
regnat et calamitas
fugit, cedit caecitas,
visus redit.

6

Taurine propera,
premunt nos scelera,
opem miseris accelera ;
Tres mortis nexibus
solvisti precibus,
per te ditemur virtutibus.

Manuscrit. ÉVREUX : Musée de la Ville, 99, Missel d'Évreux, (ayant autrefois appartenu à Raoul du Fou), xv[e] siècle, *EV*.

372. DE SANCTA FIDE.

1

Sanctae Fidis ad honorem
quae spem dedit et fervorem
  fidei cultoribus
Psallat chorus, psallant corda
et concordi pulsent chorda
  coniunctis psallentibus.

2

Haec est virgo benedicta
et pro fide Fides dicta
  quam constanter tenuit;
Cuius igne sic ignita
et amore sic munita
  quod in nullo timuit.

3

Nam in poenis non expavit,
sed in flammis exsultavit
  prunis crepitantibus;
Nullam tamen laesionem,
nullam sensit ustionem
  cunctis admirantibus.

4

Miro modo visitata
per columbam, sic sedata
  statim sunt incendia;
Quae in rorem sunt conversa,
non est tamen hinc conversa
  praesidis insania.

5

Sed in ipsam magis saevit,
decollari mox decrevit
  eius ob constantiam;
Sic ad Sponsum sponsa venit,
Quem pro nobis ovans lenit
  impetrando veniam.

Manuscrits. ÉVREUX : Musée de la Ville, 99, Missel d'Évreux, (ayant autrefois appartenu à Raoul du Fou), xve siècle, *EV.* ROUEN : Bibl. de la Ville, 304, Missel d'Évreux, xve siècle, *RN.*

1 d psallent *EV.*
5 d sponsam venit *Ebroicen.*

373. DE BEATA MARIA.

1

Gaude, Dei Genitrix,
gaude, vitae reparatrix,
angelorum imperatrix.

2

Gaude, Virgo puerpera,
cuius Deum lactarunt ubera
humanatum in carne tenera;

3

Gaude, proles Davidica,
qua salvatur plebs Israelitica,
porta nobis aperietur caelica.

4

Gaude mitis, gaude pia,
ope cuius sceleratis venia
et beatis conferuntur praemia.

5

Gaude, de qua sunt gaudia,
de qua nostra laetitia.

6

Maris stella, Dei cella,
pro nobis interpella.

Manuscrits. ÉVREUX : Musée de la Ville, 99, Missel d'Évreux, (ayant autrefois appartenu à Raoul du Fou), xve siècle, *EV.* ROUEN : Bibl. de la Ville, 304, Missel d'Évreux, xve siècle, *RN.*

2 b lactaverunt *EV.*

Nous avons publié, n° 109, une Prose qui a le même début que celle dont nous donnons ici le texte.

374. DE BEATA MARIA.

1

Sicut pratum picturatur
vere vernis floribus,
Mater Dei figuratur
mysticis nominibus :

2

Haec est nostra Sunamitis,
nostra tympanistria,
Via vitae, vera vitis
et cella vinaria.

3

Haec est sponsa Salomonis
fermentatrix femina,
Qua vetusta Pharaonis
relevatur sarcina.

4

Haec lucerna, Paradisi
ostium et ianua,
Haec Vervecis est occisi
genitrix ingenua.

5

Haec est scala qua descendit
calciata Deitas,
Haec est littus ad quod tendit
nostrae molis gravitas.

6

Haec est mundi medicina
mundi purgans lolium,
Haec est rosa sine spina,
castitatis lilium.

7

Haec est turris quam vallavit
incorrupta firmitas,
Haec castellum quod intravit
sola Verbi veritas.

8

Haec est scirpea fiscella
parvulum excipiens,
Haec est parens et puella
sine patre pariens.

9

Virga, Virgo, nuncuparis,
templum, vas, sacrarium ;
Porta clausa, lux solaris,
caeli luminarium.

10

Rubus ardens, vellus madens,
Gedeonis area,
Fons signatus, ferax tellus,
granum sine palea.

11
Gemma, iubar, lac, talentum,
spes et laus prophetica,
Cinnamomus, ros, unguentum
quo fugantur toxica.

12
Intra nardus, mel, pigmentum,
radix aromatica,
Alma parens, pavimentum,
piscina probatica.

13
Botrus, uva, favus, hortus,
thalamus, triclinium,
Arca, navis, aura, portus,
luna, lampas, atrium.

14
Arva, vitrum, claustrum, cella,
domus, aula, civitas,
Flos, fenestra, lumen, stella,
sol, aurora, claritas.

15
Tu columba, tu columna,
tu vitta coccinea,
Christi altrix et alumna,
tu peccati venia.

16
Tui Patris tu, Maria,
mater es et filia,
Virgo Patri mater pia
natos reconcilia.

Manuscrits. ÉVREUX : Musée de la Ville, 99, Missel d'Évreux, (ayant autrefois appartenu à Raoul du Fou), xv[e] siècle, *EV.* LIMOGES : Bibl. de la Ville, Graduel de l'abbaye de Fontevrault, xiv[e] siècle, *LIT.*

1 b et ver vernis *EV. Ebroicen.* c Pater *LIT.*
2 c vitae vena *LIT.* d de cella *LIT.*
3 c Quae venusta *LIT.*
6 b solium *Ebroicen.*
8 c et manque dans *Ebroicen.* Haec parens est *EV.* d sine pari *EV. Ebroicen.* A la suite de cette strophe, on lit dans *EV.* et dans *Ebroicen* :

Oret Natum maris stella
ut sit nobis patiens.

Les strophes 9-16 manquent dans *EV.* et dans *Ebroicen.*
12 c O alma *LIT.*

375. DE BEATA MARIA.

1
Virgo munda et fecunda, pulchra super omnia,
Fragrans ultra universa pigmenta et balsama,

2
Pollens supra caeli clara angelorum agmina,
Audi nostra quae depromit tibi vox precamina.

3
Aufer moesta et infesta mala tolle omnia,
Confer laeta, sine meta sancta prece adiuva,

4
Ut possimus tecum laeti possidere caelica,
Et cantare voce clara Nato Tuo praeconia.

Manuscrit. ÉVREUX : Musée de la Ville, 99, Missel d'Évreux, (ayant autrefois appartenu à Raoul du Fou), xv[e] siècle, *EV.*

1 b Flagrans *Ebroicen.*
4 b vers faux. Devons-nous corriger : *Filio praeconia ?*

MISSALE INSIGNIS ECCLESIAE PICTAVENSIS.

Parisiis, 1498.

1. Dominica prima Adventus, Prosa: *Salus aeterna.* K.1.
2. Dominica secunda in Adventu, Prosa: *Regnantem sempiterna.* K.2.
3. Dominica tertia Adventus, Prosa: *Iubilemus omnes una Deo.* K.5.
4. Dominica quarta, Prosa: *Prope est claritudinis.* K.3.
5. In Nativitate Domini: in gallicantu, Prosa: *Nato canunt omnia.*[1] K.9.
6. „ „ in aurora, Prosa: *Laetabundus exsultet.*[2] K.13.
7. In die Epiphaniae Domini, Prosa: *Epiphaniam Domino.*[3] K.27.
8. In die Paschae, Prosa: *Fulgens praeclara rutilat.*[4] K.95.
9. Feria secunda post Pascha, Prosa: *Mane prima Sabbati.*[5] K.93.
10. Feria tertia, Prosa: *Adsunt enim festa Paschalia.* 283
11. Feria quarta post Pascha, Prosa: *Victimae Paschali.*[6] K.83.
12. In die Ascensionis, Prosa: *Rex omnipotens die hodierna.*[7] K.116.
13. In die Pentecostes, Prosa: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
14. Feria secunda post Pentecosten, Prosa: *Veni, Sancte Spiritus.*[8] K.125.
15. De Sancta Trinitate, Prosa: *Patrem, Natum, Paraclitum.*[9] K.144.
16. In festo Consecrationis Corporis Christi, Prosa: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.

1 Item ad magnam Missam, in die S. Stephani, S. Iohannis, SS. Innocentium, S. Thomae episcopi, et S. Silvestri.

2 Item Dominica infra octavas, in Circumcisione Domini, omnibus diebus Dominicis usque ad Septuagesimam, de Beata a Nativitate Domini usque ad Purificationem; in die SS. Fabiani et Sebastiani, et S. Vincentii, (si non sit Septuagesima).

3 Item Dominica infra octavas et in die octavarum.

4 Item in Inventione S. Crucis.

5 Item in die S. Mariae Magdalenae.

6 Item feria v, vi, Sabbato post Pascha, Dominicis diebus usque ad Ascensionem, et in die S. Ambrosii, SS. Tiburtii et Valeriani, S. Georgii, S. Marci, S. Petri martyris, S. Eutropii, SS. Philippi et Iacobi, S. Iohannis ante Portam Latinam, in Translatione S. Nicolai (vel: *Congaudentes exsultemus vocali.* K.665), in die S. Mamerti, S. Austregisili, et S. Germani Parisiensis (si post Pascha evenerint).

7 Item Dominica infra octavas, et in die octavarum.

8 Item feria iii, v, et in Missa contra mortalitatem.

9 Item singulis diebus Dominicis, quando fit de Dominica, usque ad Adventum Domini, et in Transfiguratione Domini.

17. Quotidie per octavas, et in Dominica infra octavas, et in die octavarum, Prosa : *Laetabundus nunc cantet.* 376
18. In Dedicatione ecclesiae, Prosa : *Rex Salomon fecit templum.* K.872.
19. In die unius apostoli, Prosa : *Huius laus secundum nomen.*[10] K.375.
20. De apostolis, alia Prosa. Haec Prosa dicitur alternatis vicibus, quamvis in ordinario solum intituletur Prosa praedicta, (scilicet *Cuius laus*) : *Caeli solem imitantes.* K.371.
21. In natali unius martyris, Prosa : *Christo inclyta candida.*[11] K.336.
22. In natali plurimorum martyrum, Prosa : *Laetabundi iubilemus, laeta mente.*[12] K.448.
23. De quocumque Sancto, Prosa : *Supernae matris gaudia.*[13] K.338.
24. In natali unius virginis, Prosa : *Fulget dies celebris, qua exuta tenebris.*[14] K.477.
25. Sanctae Barbarae virginis et martyris, Sequentia : *Surge, turba, manu sona.* 377
26. Nicolai episcopi, Prosa : *Congaudentes exsultemus vocali.*[15] K.665.
27. In Conceptione Beatae Mariae Virginis, Prosa : *Hac clara die turma.*[16] Morel, 134.
28. Sancti Hilarii episcopi Pictavensis, Prosa : *Ad illuminandum mundum.*[17] 378
29. Alia Prosa : *Hilarius via morum.* 155
30. Antonii confessoris, Prosa : *Antonius humilis.* 26
31. Officium Beatae Mariae Pietatis, Prosa : *Stabat Virgo iuxta crucem.* Wackernagel, I, 263.
32. Alia Prosa : *Stabat Mater dolorosa.* K.223.
33. In Annuntiatione Beatae Mariae Virginis, si post Pascha celebretur, Prosa : *Ave, Maria, gratia plena.* K.264.
34. Mariae Iacobi et Salomae, Prosa : *Ex Anna est orta.* 310
35. Antonii de Padua, Prosa : *Olim mundo minoratus.* K.500.
36. In die Sancti Iohannis Baptistae, ad magnam Missam, Prosa : *Psallat chorus laetabundus.*[18] 355

10 In die S. Andreae, S. Thomae, in Conversione S. Pauli, in die S. Barnabae, SS. Petri et Pauli, in Commemoratione S. Pauli, Dominica infra octavas et extrema die octavarum, in die S. Iacobi, S. Petri ad Vincula, S. Bartholomaei, in Reportatione reliquiarum S. Petri de Anglia, in die S. Matthaei, S. Lucae, et SS. Simonis et Iudae.

11 In die S. Maxentii, S. Martialis, in Inventione S. Stephani, in die S. Iuniani, S. Augustini, S. Egidii, S. Hieronymi, S. Benedicti episcopi, et S. Bricii.

12 In die S. Simpliciani, S. Savini, S. Cypriani, S. Sixti, S. Mauritii cum sociis, S. Leodegarii, S. Dionysii cum sociis, S. Caprasii, et S. Clementis.

13 Divisio : *Hic sanctus*, in die S. Dominici, et S. Francisci.

14 In die S. Florentiae, S. Luciae, S. Agnetis, S. Margaretae, et S. Ceciliae.

15 Item in Translatione S. Nicolai, (vel : *Victimae Paschali.* K.83).

16 Item in Nativitate B. Mariae, Dominica infra octavas, et in die octavarum.

17 Item Dominica infra octavas, in die octavarum, et in Translatione S. Hilarii.

18 Item in octavis, et in Decollatione B. Iohannis Baptistae.

37. Annae matris Virginis Mariae, Prosa: *Mater Matris Domini.* 40
38. Marthae hospitae Christi, Prosa: *Fulget dies haec praeclara.* K.854.
39. In die Sancti Laurentii, Prosa: *Stola iocunditatis.*[19] K.625.
40. Radegundis reginae, Prosa: *Laudat laude speciosa.* K.859.
41. In die Assumptionis Beatae Mariae, Prosa: *A rea virga primae matris.*[20] K.255.

    Per octavas dicuntur vicissim plures Prosae, sicut: *Ave, Virgo virginum,...ave stella* (K.287), vel: *Veni, Virgo virginum* (K.281), vel: *Hac clara die turma* (Morel,134), vel: *Verbum bonum et suave* (K.268), vel: *Benedicta es caelorum Regina* (K.201), vel: *Mariae praeconio* (K.312), vel: *Ave, Maria, gratia plena* (K.264).
42. Ludovici confessoris, Prosa: *Regem regum veneremur, et.* K.641
43. In Exaltatione Sanctae Crucis, Prosa: *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
44. Michaelis archangeli, Prosa: *Laus erumpat ex affectu.* K.169.

    In die Omnium Sanctorum, Prosa: *Christo inclyto candida,*[21] K.336, vel: *Supernae matris gaudia.* K.338.
45. Martini, Turonensis episcopi, Prosa: *Gaude, Sion, quae diem recolis.*[22] K.647.
46. Katherinae virginis et martyris, Prosa: *Ad honorem superni cantemus.* K.822.
47. De Beata Maria per totum Adventum, usque ad Nativitatem Domini, Prosa: *Mittit ad Virginem.* K.199.
48. Item de Beata Maria, a Purificatione eiusdem usque ad LXX, et etiam in LXX, et per Quadragesimam, et etiam per tempus Paschale, et ab octavis Pentecostes usque ad Adventum Domini, qui voluerit, Prosa: *Benedicta es caelorum Regina.* K.201.
49. Alia Prosa: *Ave, Virgo virginum,......ave, stella.* K.287.
50. Alia Prosa: *Veni, Virgo virginum.* K.281.
51. Alia Prosa: *Verbum bonum et suave.* K.268.
52. Alia Prosa: *Mariae praeconio.* K.312.
53. Si tempus Paschale fuerit, qui voluerit potest dicere Prosam: *Virgini Mariae laudes intonent.* K.234.
54. Missa de Quinque Plagis Christi, Prosa: *Coenam cum discipulis.* K.57.
55. In Praesentatione Virginis Mariae, Prosa: *Altissima providente.* K.204.

19 Item in octavis.
20 Item in die octavarum.
21 Item Dominica infra octavas, et ultima die octavarum.
22 Item Dominica infra octavas, et ultima die octavarum.

376. PER OCTAVAS CORPORIS CHRISTI.

1

Laetabundus
nunc cantet *fidelis* mundus :
Alleluia,
Qui immensam
praeparavit nobis mensam,
res miranda.

2

Corpus Suum praebuit
ad vescendum, sic fluit
sol de stella ;
Panis carne vertitur,
ut in Sacris legitur
voce clara.

3

Sic vinum in sanguine
verbi modulamine
pari forma,
Nec sanguis in sumendo,
caro nec in vescendo
fit corrupta.

4

Sic nos potat sanguine,
sic nos pascit corpore,
valle nostra ;
Sic nos potu reficit,
ac repletos efficit,
carne sumpta,

5

Ut in coena cecinit ;
fides nostra meminit,
Iudaea non desinit
esse caeca ;
Quo natura deficit,
virtus Verbi reficit
quae benigne perficit
haec praedicta.

6

Si corpus insigne
sumpseris indigne,
te ponis in igne, *gens misera ;*
Pater accelera,
da salutifera
Iesum *quem genuit puerpera.*

Manuscrit. POITIERS : Bibl. de la Ville, 53, Missel de Poitiers, xv[e] siècle, *PO.*

1 e praeparavit Sibi *Pictaven.*
4 e Sic repletos *Pictaven.*

377. DE SANCTA BARBARA.

1

Surge, turba, manu sona,
corde gaudens, ore tona,
triplex sit harmonia ;
Christum laudans in Barbara,
dispar, sed concors cythara
resultet melodia.

2

Haec est enim luminare
late fulgens et praeclare
ortum Nicomediae,
Cyclum tenens angelicum,
polum calcat Antarticum,
sita polo gloriae.

3

Relegato gentis more,
expurgatur sacro rore
salutis atque spei;
Tangit petram, cedit petra,
protrahente geometra
eleufugam fidei.

4

In vultum spuit idolis
servos Iovis, Martis, Solis
maledictos praedicat;
Instaurari pater binam
lucem iubet, illa trinam
Trinitati dedicat.

5

Videt pater et intendit,
Trinitatem comprehendit
quam Virgo significat;
Furit intus, extra fremit,
nec furorem intra premit,
sed interim explicat

6

Piae proli nequam parens
poenam parat, irae parens,
et se probat impium;
Orat virgo, cedit murus,
dum in ea pater durus
evaginat gladium.

7

Virgo fugit, pastor caecus
patri monstrat, unde pecus
in locustam vertitur;
Deprehensa, coarctata,
Martiano praesentata,
flagellis atteritur.

8

Carceratur, visitatur,
confortatur et sanatur
caeli fuso lumine,
Martiano reducitur
et se sanam eloquitur
Christi medicamine.

9

Tunc punitur latus flamma,
fuste caput, ferro mamma,
nudatur in publico;
Dum incedit inconfusa,
cunctos latet, circumfusa,
vestitu deifico.

10

Videns iudex mente cadit
atque victus patri tradit
natam ad exitium;
Furens pater, fracto iure
legis simul et naturae,
germen necat proprium.

11

Caesa caput, fusa prece,
ense patris spreta nece,
virgo vitae nascitur;
Parricida discedente
et ad vallem descendente,
ira Dei panditur.

12

Caelum tonat, fulgur micat,
saevit aer et dimicat
in actorem sceleris;
Ferit, findit, urit, terit,
ictus cadit, ustus perit,
sepultus in inferis.

13

At martyri dextra Dei
diadema speciei
dat et regni gloriam,
Ibi amans quod amavit
atque tenens quod speravit
nobis oret veniam.

Manuscrit. PARIS : Bibl. S. Geneviève, f° BBL 7, xiii° siècle, *R*.

Cette Prose porte dans *R*. la rubrique suivante : *In receptione capitis Sanctae Barbarae, Sequentia facta a Rogero priore Sanctae Barbarae.* (Roger, prieur de Ste-Barbe en Auge, vivait dans la première moitié du xiii° siècle.)

1 d Christum gaudens in Barbaram *Briocen. Carnoten. Pictaven.* e cytharam *Briocen. Carnoten. Pictaven.*
2 b tale fulgens *Briocen. Pictaven.* f gloria *Briocen. Carnoten. Pictaven.*
3 a Relegatur *Briocen. Pictaven.* b expugnatur *Carnoten. Pictaven.* f elenfugam *Briocen.*
5 d Fremit intus *Briocen. Carnoten. Pictaven.* extra tremit *Briocen. Pictaven.*
6 a nunquam (!) *Briocen. Carnoten. Pictaven.* b parans *Carnoten. Pictaven.* e pater divus (!) *Carnoten.*
9 b fusce (!) *Carnoten.* e circum fusa *R*.
10 d Ferens *Carnoten.*
11 d Patricida *Briocen. Carnoten.*
12 d Furit, scindit *Briocen. Carnoten. Pictaven.*
13 a Ad (!) *Briocen. Carnoten.* dextera *Pictaven.* c regem (!) *Carnoten.* d Ubi *Briocen. Carnoten. Pictaven.*

378. DE S. HILARIO.

1

Ad illuminandum mundum,
Hilarium, virum mundum,
sanctum, iustum et facundum
  Deus nobis praebuit ;
In tenebris ambulantes,
haereticos et errantes,
veram fidem speculantes
  fecit, et edocuit.

2

In personis Trinitatem,
in utrisque paritatem,
Deitatis unitatem,
  absque differentia,
Aenigmata prophetarum,
et figuras Scripturarum,
verbis Evangelistarum
  concordavit omnia.

3

Miraculis decoratus,
dum vivebat vir beatus
Pictavorum praesulatus
  functus est officio ;
Nobis suum iuvamen det
Hilarius, et emendet,
emendatos nos commendet
  Dei Patris Filio.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1146, Offices propres de Saint Hilaire, Sainte Radegonde, Saint Martial, à l'usage de Poitiers, fin xv° siècle, *Z*.

MISSALE ABBATIAE BECCENSIS.[1] c. 1265.

1. Dominica prima Adventus, Prosa : *Salus aeterna.* K. 1.
2. Dominica secunda : *Regnantem sempiterna.* K. 2.
3. Dominica tertia : *Qui regis sceptra.* K. 4.
4. Dominica quarta : *Iubilemus omnes una.* K. 5.
5. Ad priorem Missam de nocte Nativitatis Domini : *Nato canant omnia.* K. 9.
6. In die Nativitatis Domini, ad maiorem Missam : *Caelica resonent clare.* 22
7. Sancti Stephani : *Magnus Deus in universa terra.* 81
8. Sancti Iohannis : *Iohannes, Iesu Christo.* K. 402.
9. Innocentium : *Celsa pueri concrepent melodia.* K. 348.
10. De Sancto Thoma martyre : *Spe mercedis et coronae.* K. 729.
11. In Circumcisione : *Eia, recolamus laudibus.* K. 10.
12. In die Epiphaniae : *Epiphaniam Domino.* K. 27.
13. In die sancto Paschae, Prosa : *Fulgens praeclara rutilat.* K. 95.
14. Feria secunda, Prosa : *Prome casta concio.* 96
15. Feria tertia : Prosa : *Concinat orbis cunctus.* 97
16. Feria quarta, Prosa : *Psalle lyrica carmina.* 98
17. Dominicis diebus post Pascha : *Dic nobis, quibus e terris nova.* K. 103.
18. In die Ascensionis Domini, Prosa : *Rex omnipotens die hodierna.* K. 116.
19. In die Pentecostes, Prosa : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K. 124.
20. Feria secunda : Prosa : *Resonet sacrata.* 118
21. Feria tertia, Prosa : *Eia, musa, Dic, quaeso.* 119
22. Feria quarta, Prosa : *Almiphona iam gaudia.* 135
23. In octava Pentecostes, Prosa : *Benedicta sit Beata Trinitas.* 100
24. Sancti Vincentii, Prosa : *Christo canamus diei huius.* 379
25. In Conversione Sancti Pauli, Prosa : *Laudes Christo canamus.* 380
26. In die Purificationis Beatae Mariae, Prosa : *Hac clara die turma.* Morel, 134.
27. In Annuntiatione Dominica, Prosa : *Salve, porta perpetuae lucis.* K. 249.

1. Le Missel de la célèbre abbaye du Bec n'a jamais été imprimé. Nous n'en connaissons qu'un exemplaire manuscrit : celui qui porte à la Bibl. Nat. de Paris le n° 1105. On lit sur le feuillet de garde : *Missale Beccense scriptum post obitum Iohannis abbatis Becci anno 1272*, etc. Cette indication est tirée du calendrier où sont les *obiit* des abbés du Bec. Elle doit être rectifiée, car l'*obiit* de Jean, xvi[e] abbé du Bec, n'est ni de la même main ni de la même encre que les autres. Le Missel est probablement de 1260-1270.

28. Sancti Marci evangelistae, Prosa : *Organicis canamus modulis.* 32
29. Sanctorum Philippi et Iacobi apostolorum, Prosa : *Clare sanctorum senatus.* K.369.
30. In Inventione Sanctae Crucis, Prosa : *Salve, Crux sancta, arbor.* K.64.
31. B. Iohannis Baptistae, Prosa : *Sancti Baptistae Christi.* K.351.
32. SS. apostolorum Petri et Pauli, Prosa : *Laude iocunda melos.* 35
33. Translatio Sancti Benedicti, Prosa : *Laudum carmina Creatori.* 123
34. Sancti Alexii confessoris, Prosa : *Adest nobis dies alma.* K.438.
35. Sanctae Mariae Magdalenae, Prosa : *Gaudeat fidelium concio.* 381
36. Sancti Petri ad Vincula, Prosa : *Nunc luce alma splendescit.* 106
37. In die Sancti Laurentii, Prosa : *Laurenti David.* K.623.
38. In Assumptione Beatae Mariae, Prosa : *A rea virga primae matris.* K.255.
    Die secunda, Prosa : *Hac clara die turma.* Morel,134.
39. Die tertia, Prosa : *Laetabundus exsultet.* K.13.
40. Die quarta : *Ave, Maria, gratia plena.* K.264.
41. In octavis Assumptionis Beatae Mariae, Prosa : *Congaudent angelorum chori.* K.247.
42. Sancti Bartholomaei, Prosa : *Nostra tuba.* 21
43. In die Nativitatis Beatae Mariae, Prosa : *Alle caeleste.* 44
44. Sancti Matthaei apostoli, Prosa : *Stans a longe.* K.163.
45. Sancti Michaelis archangeli, Prosa : *Ad celebres, Rex caelice.* K.168.
46. Sancti Dionysii sociorumque eius, Prosa : *Superae harmoniae.* 267
47. Sancti Nicasii sociorumque eius, Prosa : *Ecce pulchra Canorum.* 382
48. In die Omnium Sanctorum, Prosa : *Laus, honor sit Eloy.* 122
49. Sancti Martini, Prosa : *Sacerdotem Christi.* K.646.
50. In die Sancti Andreae, Prosa : *Chori nostri iubilent.* 383
51. Sancti Nicolai, Prosa : *Congaudentes exsultemus vocali.* K.665.
52. In Dedicatione ecclesiae, Prosa : *Concinens iubila, concio socia.* 384
53. In octavis, Prosa : *Gaude, virgo mater Ecclesia.* 241
54. Ad invocandam gratiam Spiritus Sancti, Prosa : *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
    In commemoratione Beatae Mariae, Prosa : *Ave, Maria, gratia plena.* K.264.

379. DE SANCTO VINCENTIO.

1. Christo canamus diei huius pangendo gaudia,
2. Martyris almi colendo Vincentii praeconia.

3. Ortus ab Hispania, nobilitatis conspicuae linea,
4. Claruit scientia, claruit et facundi oris gratia

5. Sacrae fidei edocendo mysteria;
6. Quam immania tulit vitae dispendia!

7. Rimantur ungulae costarum eius intima;
8. Discerpunt viscera, membrorum solvunt vincula;

9. Scissa cutis, fusus sanguis, os elisum, caro omnis lacera,
10. Stat fidei perorator, convalescit fortior ad singula.

11. Confutatur Datiani iudicis perfidia,
12. Debacchatur efferatus immani saevitia;

13. Raptum iubet martyrem mox applicari ad incendia,
14. Crepitanti sale consperguntur prunis usta viscera.

15. Ille pia tendens ad Deum lumina,
16. Perstat in tormentis firma constantia;

17. Reportatur denuo martyr ad lectorum mollia,
18. Sed mox resoluta caelos illius petit anima.

19. Laus sit Tibi, Deus, martyrum Tuorum Victoria,
20. Cuius ope tanta evicerunt et tot luctamina.

21. Ave, martyr praedicande, nobis caeli gaudia supplicando impetra.

Manuscrits. PARIS: Bibl. Nat., 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiii

5, 6 L'ordre de ces deux clausules est interverti dans *LS. OD. CSS. Eboracen.* HENDERSON.

6 vitae discrimina *LS. OD. CSS. CFW. Eboracen.* HENDERSON.

8 solvit *CSS.*

9 O elisum *CFW.*

10 perhortator *OD. CSS. CFW. Eboracen.* HENDERSON.

11 Confunditur *Eboracen.* Confundatur *WE.*

12 efferatur *LS. CSS. CFW. OD.*

13 Captum *WE.* iubet manque dans *CSS.*

14 Crepitante *Eboracen.* HENDERSON.

15 Illa *Eboracen.* levans ad Deum *OD. CSS. CFW. WE.* ad Deum levans *Eboracen.* HENDERSON. levatus ad *LS.*

16 Prestat *LS. WE.*

17 Deportatur *CSS. WE.*
18 resulta *CFW.*
19 Tibi sit *OD. CFW. Eboracen.* HENDERSON. Tibi decus *LS.*
21 martyr gloriose *LS. OD. CSS. CFW. Eboracen.* HENDERSON.

380. IN CONVERSIONE SANCTI PAVLI.

1. Laudes Christo
2. Canamus colendo Pauli sollemnia,
3. Quem Dominus tanta ditavit gratia,
4. Ut doctor gentium ab omni vocetur Ecclesia,
5. Agnus de lupo, de persecutore evangelista.
6. Mutata sunt opera, mutantur et nomina: Paulus nominatur qui Saulus ante dictus fuerat;
7. Instigatus furia dirum virus efflabat, strage dirissima membra Christi saeviens vexabat.
8. Lux aetherea quem circumfulgens visu privat,
9. Spiritualem sed ei intuitum donat.
10. Minantem saevas fidelibus poenas
11. Sternit eum, sed ruentem elevat,
12. Deiectum increpat, increpans emundat, fidei doctrinae ... commendat,
13. Defensorem Ecclesiae ordinat,
14. Panduntur illi divina secreta,
12 b. Audit quoque verba in caelo mystica, quae homini sunt ineffabilia.
15. Quem Synagoga prius educaverat
16. Postmodum laetatur matre Ecclesia.
17. Mysteria quae noverat per totum iens orbem praedicat.
18. Venit Romam verum Deum annuntians,
19. Nero resistit qui colebat idola;
17 b. Ense diro illum necat mundo exemptum mittit ad astra.
20. Quo nos miserando perducat
21. Adiutos prece Pauli sancta.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiii[e] siècle, *T.*

14 Parallélisme imparfait: une lacune.
20 Deus ajouté postérieurement, contraire au rythme *T.*

381. DE SANCTA MARIA MAGDALENA.

1. Gaudeat fidelium concio laetabunda,
2. Personans dulce laudum melos voce iocunda.

3. Adsunt namque nobis sollemnia celebris reverentiae cultu digna
4. De transitu sacro ad supera felicis Mariae Magdalenae regna.

5. Quae beatae spei certa iocundaque nobis praebet documenta,
6. Deserentes ut crimina de venia confidamus obtinenda.

7. Haec enim multimoda delictorum macula quondam nimis obsita,
8. Divinae largitatis gratia, fit, remissis tandem culpis, nitida.

9. Fons caelestis misericordiae Sui roris hanc perfudit Christus copia,
10. Ut Suae nobis indulgentiae quanta sit hinc demonstraret affluentia.

11. Agamus ergo Illi gratias pro tanta Eius circa nos clementia,
12. Mala quae gessimus praeterita condigna diluentes poenitentia.

13. Mentium nostrarum intima fonte hoc tingamus pietatis arida,
14. Roris ut Ipsius gratia proferant irrigata virtutum germina.

15. O Maria, Dei sponsa, Dei amica, meritis egregia,
16. Ad munera Eius promerenda nos pia iuva per suffragia.

17. Nostris animabus languidis caelitus vitalia
18. Confer medicinae, quaesumus, divinae remedia,

19. Ut ab omni culpae, te impetrante, mundati macula,
20. Tibi coram Deo coniungamur in caelesti curia.

21. Amen dicat fidelis chorus et Alleluia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 1058, Tropaire de Saint-Évroult, xii[e] siècle, *R*; 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiii[e] siècle, *T*.

7 minis *R*.
8 largitatis cantica *T*.

382. DE SANCTO NICASIO.

1. *Ecce pulchra*

2. *Canorum* resultet *voce : Alleluia.*
3. *Intimans requiem* sanctorum *inclytam.*

4. *Felix stat nimium angelorum rutilans* caterva,
5. " *Sancte, Sancte, Sancte* Deus, " laude *proclamat* aeterna.

6. Sedibus ter quaternis apostolorum sedet concio *fulgida*, *tribus et linguas* iudicatura.

7. Martyrum inde sacra legio coronata caelesti praeminet clarissimum decus in curia.

8. *Hi sunt milites qui mundi* superarunt regna ;
9. Atque mitia fecerunt immitium corda.
10. Honorum serta dantur *sanctis* digna, *qui* vel prudentes properarunt *iusta, vel fide* constantes spreverunt tormenta ; ergo *habent caelestia regna.*
11. Tibi perenni *triumphant* gloria, atque dulcia depromunt cantica, *arte laudiflua, voce* dulciflua, *Regi Christo submittentes colla.*
12. *Multum recitaris laude* caelestium, *atque* frequentaris *in choro virginum, Alleluia dulcimode ; te decantant* martyrum *agmina.*
13. *Laus Tibi sit semper, Christe, per omnia, qui* caelesti sanctos canentes cythara, foves luce Tui mira ; unde Tibi *proclamemus una :*

14. " *Da nobis aeterna* caeli gaudia,
15. *Ubi cantemus omnes : Alleluia.*"

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiii[e] siècle, *T.*

13 fovet *T.*

Cette Prose est un remaniement postérieur de celle que nous avons publiée, n° 101. Elle est intéressante parce qu'elle nous montre ce qui dans le texte primitif a choqué, pour une cause ou pour une autre, les moines du Bec, au xiii[e] siècle. Nous imprimons en italiques ce qu'ils ont conservé textuellement.

383. DE SANCTO ANDREA.

1. Chori nostri iubilent Regi symphonia ;
2. Cuius caeli per orbem enarrant gloriam ;

3. Rore verbifero ariditate rigida
4. Qui corda transformant velut nubes immitia ;

5. In quis rutilans Andreas sidus cluit inter clara sidera,
6. Et sterilia mentium dumis arva vertit in fertilia ;

7. Qui semina passim spargit vitalia ;
8. Ast Egeae vana prohibere tendit cultorem insania ;
7 a. Apostoli sed non cedit constantia,
8 a. Nam magistri Christi, suam tollens crucem, tenuit vestigia.

9. Quis rex cuius habent et mori palmam agmina,
10. Nec esse mori sed fieri immortalia ?

11. O quam ineffabilia virtutis sperata proemia,
12. O quam fortis patiendo atque miranda victoria !

13. Crucem ovans pie salutas amplecterisque mortem, virilis Andrea.
14. Quid desipis? Quis hunc terrebit? Optat torqueri! Resipe, miser Egea.
15. Vir felix! Non terreri Summi Paraclyti dant consolamina,
16. Qui crucem gradum facis ad caelos, ascensus relinquens infima,
17. Nam ab humo crucem, de cruce petis sidera,
18. Quo nos te precantes tua levent suffragia,
19. Ubi collaudemus Deum aeterna per saecula.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiii[e] siècle, *T.*

4 in mitia *T.*
7 spassim *T.*
16 Qui trucem *T.*

384. IN DEDICATIONE ECCLESIAE.

1. Concinens iubila, concio socia,
2. Laudesque canora modulando musica
3. Suave sonora fac haec penetralia,
4. Quae hodie sacrata Illi quem nulla
5. Facta claudunt, gaudia innuunt nostra,
6. Iam esse Christiana templum Dei agmina.
7. Dicta apostolica comprobant veracia,
8. Quod per se maiestas ipsa dedicat altissima,
9. Cum fide purgans sincera humana praecordia,
10. Flamine facit proprio flammantia,
11. Invicem nexa caritatis copula;
12. Ut his lapidibus vivis una templi surgat machina,
13. In quo de singulis complacita viva fragret hostia.
14. Haec est illa Ierusalem sancta de caelo descendere visa,
15. Tanquam sponsa viro adornata, quae est virgo Ecclesia;
16. Quae Christi est corpus, civitas, domus, templum et sponsa;
17. Iustus quisque membrum, hostia, lapis, proles, incola.
18. Quibus angelica turma consocia perficietur domus illa caelica,
19. Cuius familia Deum in saecula laudando vivet beate perpetua.
20. Gaudeant nostra intima atque pro tanta gratia Largitori obnoxia obnixe grata rependant debita;
21. Pangat igitur vox nostra ut laudum reddendo vota simul cum prece devota plena iam cepta capiamus dona.

22. Ergo, bone Rex, in dextra Patris, beata, Christe, regna tenens,
    quos casta
23. Sponsa Tibi parit, Tua Tecum superna haereditate nobilita,
24. Ut quos fides vera coaedificat una
25. In eis gloria perpes habitet Tua.

Manuscrit. PARIS : Bibl. Nat., 1105, Missel de l'abbaye du Bec, xiii[e] siècle, *T.*

25 habitat *T.*

MISSALE AD VSVM ET MOREM PERCELEBRIS ECCLESIAE LEXOVIENSIS. 1504.

1. Dominica prima Adventus, Sequentia : *Salus aeterna.* K.1.
2. Dominica secunda Adventus, Sequentia : *Regnantem sempiterna.* K.2.
3. Dominica tertia, Sequentia : *Qui regis sceptra.* K.4.
4. Dominica quarta, Sequentia : *Iubilemus omnes una Deo.* K.5.
5. In Nativitate Domini : in media nocte, Sequentia : *Nato canunt omnia.* K.9.
6. „ „ „ in luce, Sequentia : *Laetabundus exsultet.*[1] K.13.
7. „ „ „ in die, Sequentia : *Christi hodierna pangimini omnes una. Angelica.* 22
8. In Nativitate Sancti Stephani, Sequentia : *Magnus Deus in universa terra.* 125
9. In die Sancti Iohannis evangelistae, Sequentia : *Congaudentes cantemus Tibi.* 360
10. Sanctorum Innocentium, Sequentia : *Celsa pueri concrepant melodia.* K.348.
11. In natali Sancti Ursini, Sequentia : *Iocundus Ecclesiae chorus.* 385
12. In nativitate Sancti Thomae martyris, Sequentia : *Gaude, Sion, et laetare.* K.205.
13. In die Epiphaniae, Sequentia : *Epiphaniam Domino.*[2] K.27.
14. In die Paschae, Sequentia : *Fulgens praeclara rutilat.* K.95.
15. Feria secunda, Sequentia : *Mane prima Sabbati.*[3] K.93.
16. Feria tertia, Sequentia : *Victimae Paschali.*[4] K.83.
17. In die Ascensionis, Sequentia : *Rex omnipotens die hodierna.*[5] K.116.
18. In die sancto Pentecostes, Sequentia : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
19. Feria secunda, Sequentia : *Alma chorus Domini.* K.140.

1 Item in Circumcisione Domini.— Dominica prima post octavam Epiphaniae, et omnibus diebus Dominicis, et omnibus festis diebus Dominicis evenientibus usque ad Purificationem, nisi habeant propriam, in die S. Mauri, si Dominica fuerit, et S. Iuliani si ante Septuagesimam evenerit, et in Missa de Beata Maria a Nativitate usque ad Circumcisionem, Divisio : *Isaias cecinit.*

2 Item Dominica infra octavas.

3 Item in die Beatae Mariae Magdalenae.

4 Feria iv, v, vi, et Sabbato post Pascha, in octavis Paschae, Dominicis diebus post Pascha, in die S. Ambrosii, si tempore Paschali evenerit, et in die S. Georgii, Divisio : *Agnus redemit oves.*

5 Item Dominica infra octavas.

20. Feria tertia, Sequentia: *Laudes Deo devotas.* K.122.
21. Feria quarta, Sequentia: *Veni, Sancte Spiritus.*[6] K.125.
22. In die Sanctae Trinitatis, Sequentia: *Benedicta sit Sancta Trinitas, Deitas aeterna.* 100
23. De Sancta Eucharistia, Sequentia: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
24. In Dedicatione ecclesiae, Sequentia: *Sanctae Sion adsunt encaenia.* K.877.
25. In die unius apostoli, sive plurimorum, Sequentia: *Caeli solem imitantes.*[7] K.371.
26. Alia Sequentia: *Clare sanctorum senatus.*[8] K.369.
27. De evangelistis, Prosa: *Laus devota mente.*[9] 74
28. In natali unius martyris, Sequentia: *Adest nobis dies alma.*[10] K.438.
29. In natali plurimorum martyrum, Sequentia: *Ecce pulchra Canorum resonat.*[10] 101
30. In natali unius confessoris episcopi, Sequentia: *Ecce dies specialis.*[11] K.469.
31. Alia Sequentia, quae potest dici in natali unius abbatis et plurimorum confessorum, mutatis nominibus: *Supernae matris gaudia.*[12] K.338.
32. In natali unius virginis, vel plurimarum, Sequentia: *Virginis venerandae.*[13] K.472.
33. In die Sancti Andreae, Sequentia: *Sacrosancta hodiernae.*[14] K.401.
34. Sancti Nicolai episcopi, Sequentia: *Congaudentes exsultemus vocali.* K.665.

6 Item feria v et vi post Pentecosten, Dominica i, ii, iii, iv, v, vi, vii, et viii post Pentecosten, et in Missa votiva de Sancto Spiritu.

7 In die S. Thomae, SS. Philippi et Iacobi (vel: *Agnus redemit oves.* K.83.), S. Iohannis ante Portam Latinam, et S. Barnabae, in octava SS. Petri et Pauli, in die S. Iacobi, S. Bartholomaei, et S. Matthaei, et in Missa de commemoratione apostolorum (vel: *Clare sanctorum senatus.* K.369.)

8 In Commemoratione S. Pauli, et in Missa de commemoratione apostolorum (vel: *Caeli solem imitantes.* K.371.)

9 In die S. Marci.

10 Sequentia de communi dicebatur in Translatione S. Thomae martyris, in Inventione S. Stephani, in die S. Hippolyti sociorumque eius, SS. Iohannis et Pauli, S. Leodegarii, et S. Clementis, si Dominica fuerit.

11 In Translatione S. Martini, in die S. Bricii, S. Laurentii episcopi, et S. Taurini, si Dominica fuerit.

12 In Commemoratione reliquiarum S. Ursini et sociorum, in Translatione S. Ursini et sociorum, in die S. Bertinini, et S. Augustini, in Decollatione S. Iohannis Baptistae (vel: *Sancti Baptistae Christi.* K.351), in die S. Hieronymi, SS. Remigii, Germani et Vedasti, et in prima revelatione S. Ursini.

13 In die S. Margaretae et S. Ceciliae.

14 Item in octavis.

35. Sancti Vincentii martyris, Sequentia: *Ecce dies praeoptata.* K.735.
36. In Conversione Sancti Pauli, Sequentia: *Iubilemus Salvatori, qui spem.* Gautier, 1ère éd., I, 329.
37. In Purificatione Beatae Mariae Virginis, Sequentia: *Hac clara die turma.* Morel, 134.
38. In Annuntiatione Beatae Mariae Virginis, si evenerit post Pascha, Sequentia: *Missus (est) Gabriel de caelis.* K.200.
39. In Inventione Sanctae Crucis, Sequentia: *Laudes Crucis attollamus.*[15] K.60.
40. Sancti Yvonis confessoris, Sequentia: *Decus ac decor Galliae.* 47
41. In die Sancti Iohannis Baptistae, Sequentia: *Sancti Baptistae Christi.*[16] K.351.
42. In die apostolorum Petri et Pauli, Sequentia: *Laude iocunda melos.* 35
43. Sanctorum Ravenni, Rasiphi atque Appollinaris martyrum, Sequentia: *Lux iocunda, lux insignis in qua laudes laude.* 386
44. Sanctae Annae matris Mariae, Sequentia: *Ad matris Annae annua.* 124
45. Sancti Petri ad Vincula, Sequentia: *Nunc luce alma splendescit.* 106
46. In Transfiguratione Domini Iesu Christi, Sequentia: *Fulget mundo celebris.* K.37.
47. In die Sancti Laurentii, Sequentia: *Stola iocunditatis.*[17] K.625.
48. In die Assumptionis Beatae Mariae, Sequentia: *A rea virga primae matris.*[18] K.255.
49. Sancti Audoeni episcopi et confessoris, Sequentia: *Alma cohors una.* K.503.
50. Sancti Ludovici, regis Franciae, Sequentia, si Dominica fuerit: *Regem regum veneremur, et.* K.641.
51. In Nativitate Beatae Mariae Virginis, Sequentia: *Alle celeste.*[19] 44
52. Sanctorum Mauritii, Exsuperii sociorumque eius, Sequentia: *Adludat laetus ordo.* 45
53. Sancti Michaelis in Monte Gargano, Sequentia: *Ad celebres, Rex caelice.* K.168.
54. Sancti Francisci diaconi, Sequentia: *Laetabundus Francisco.* K.570.
55. Sancti Dionysii sociorumque eius, Sequentia: *Gaude prole, Graecia.* K.546.

15 Item in Exaltatione Sanctae Crucis.
16 Item in octavis.
17 Item in octavis, si Dominica fuerit.
18 Item die secunda et aliis diebus, quando fit de octava.
19 Item Dominica infra octavam et in octava die.

56. Sancti Michaelis in Monte Tumba, si Dominica fuerit, Sequentia : *Omnes sancti Seraphim.* K.335.
Sancti Romani archiepiscopi, Sequentia : *Supernae matris.* K.338, vel :
57. „ „ „ *Pangat nostra concio.* K.458.
In die apostolorum Simonis et Iudae, Sequentia : *Caeli solem imitantes.* K.371, vel :
58. „ „ „ *In omnem terram Deo laus personet.* 126
59. In die Omnium Sanctorum, Sequentia : *Christo inclyto candida.* K.336.
60. In Commemoratione omnium fidelium defunctorum, Sequentia quae sequitur nunquam dicitur in maiori ecclesia, sed bene dicitur in ecclesiis parochialibus per totam diocesim : *Dies irae, dies illa.*[20] K.879.
61. Sancti Martini episcopi et confessoris, Sequentia : *Sacerdotem Christi.*[21] K.646.
62. Sanctae Katherinae virginis et martyris, Sequentia : *Fulget dies triumphalis.* 387
63. De Beata Maria in Adventu, Sequentia : *Mirandum commercium Virginis in gremium.* K.274.
64. De Beata Maria a Circumcisione usque ad Purificationem, Sequentia : *Benedicta es caelorum Regina.* K.201.
65. De Beata Maria a Purificatione usque ad Pascha, Sequentia : *Res est admirabilis.* Mone, 384.
66. De eadem a Pascha usque ad Trinitatem, si Dominica fuerit, Sequentia : *Virgini Mariae laudes intonent.* K.234.
67. Sequentia Beatae Mariae ad placitum : *Verbum bonum et suave.* K.268.
68. Alia Sequentia : *Ave, mundi spes, Maria.* K.289.
Alia Sequentia : *Missus Gabriel de caelis.* K.200.
69. Alia Sequentia : *Hodiernae lux diei celebris in Matris.* K.202.
70. Alia Sequentia : *Mittit ad Virginem.* K.199.
71. Alia Sequentia : *Nova fiunt omnia.* 128
72. Alia Sequentia : *Veni, Virgo virginum.* K.281.
73. Alia Sequentia : *Mariae praeconio.* K.312.
74. Alia Sequentia : *Ave, Maria, gratia plena.* K.264.
75. Prosa de eadem : *Inviolata.* K.283.
76. De Sancta Genovefa, Sequentia : *Virgo venerabilis, virgo prudens.* 388
77. De Nomine Iesu, Sequentia : *Dulcis Iesus Nazarenus.* K.33.
78. De Quinque Vulneribus Domini Nostri Iesu Christi, Sequentia : *Coenam cum discipulis.* K.57.

20 Item in Missis pro defunctis, si placet.
21 Item Dominica infra octavam et in octava.

22 Item in Translatione eiusdem.

385. DE SANCTO VRSINO.

1

Iocundus Ecclesiae
chorus colat hodie
votiva sollemnia,

2

Salvatorem omnium
laudans Dei Filium
concordi melodia,
Qui condolens miseris,
nostri morbo generis
donavit remedia,

3

Huius sancti dogmate
tinctos in baptismate
levans a miseria,
Quos male deiecerat
et ad poenas traxerat
daemonis invidia.

4

O quam felix saeculum
cui per Dei famulum,
data culpac venia,
sunt remissa vitia !
Hic ille Nathanael
quem videns Emmanuel,
ad eius iudicia
verba dedit talia :

5

" Ecce verus
et sincerus
qui non doli
subest moli,
vere Israelita. "
Felix iste
quem Tu, Christe,
collaudasti,
quem donasti
dignitate, quem vita.

6

Primus turbis
huius urbis
reseravit
et monstravit
salutis mysteria ;
Dabant pignus tantae rei
argumentum et fidei
virtutum insignia.

7

Nam quod ore praedicabat
rerum signis affirmabat
magnis, virtutum copia
meritorum et gloria.
Petrus istum huc direxit,
hic ad vitam nos revexit,
per quem Dei clementia
nos respexit ex gratia.

8

Ergo totis
iam nunc votis,
sancte Dei,
nos te rei
postulamus
et oramus
ut tua prece pia
Complacatus
Dei Natus
gregem Suum
atque tuum
vita donet
et coronet
in aeterna patria.

9

Trinitati gloria
Sit nunc et per omnia.

3 a Cuius *Lexovien.* c lavans *Lexovien.*
5 c d e Au lieu de ces trois vers on lit dans *Bituricen.:*

Israelita in quo dolus non est nec malitia.

La deuxième partie de cette strophe devient dans le même Missel :

Vere felix
et fidelis
qui meruit
et habuit
Christi testimonia.

6 b suae urbis *Lexovien.* g Au lieu de ce vers, on lit dans *Lexovien.:*

virtutum copia
meritorumque gloria.

Ce sont simplement les vers c d de la strophe 7 qui ont été transportés ici, et qui détruisent le rythme.

7 Les deux premiers vers de cette strophe manquent dans *Lexovien.* c magnis manque dans *Lexovien.* meritorumque *Lexovien.* e f Ces deux vers se lisent ainsi dans *Bituricen.:*

Christiana messe laetus
huc direxit eum Petrus.

La faute de rime nous fait adopter le texte de *Lexovien.* h et gratia *Bituricen.*

386. DE SS. RAVENNO ET RASIPHO.

1

Lux iocunda, lux insignis
in qua laudes laude dignis
resultant martyribus,
Laus Ravenno Rasiphoque,
imo Christum in utroque
laudemus pro viribus.

2

Intra mundum prorsus mundi
contempserunt vitam mundi
currentes in stadio;
Bravium sunt consecuti
et aeternae retributi
coronae stipendio.

3

Fratrum duxit sanctitudo
vitam solitariam,
contemplandi solitudo
ministrat materiam ;
Potus aqua, panis victus,
carnis in interitu,
his cum carne fit conflictus
triumphante spiritu.

4

Triumphales medici
morbo tentos duplici
verbo sanant simplici
ductu caritatis,
Corpus infestantia
curat artis gratia,
mentis fugat vitia
virtus sanctitatis.

5

In dieta medicorum
relevatur infirmorum
desperata sanitas;
Frater fratrem sustentabat
et in factis parentabat
carnalis fraternitas.

6

Circumquaque fama crevit,
quos puniri mox decrevit
tyranni vecordia;
Iuxta fontis aquae rivos
trucidavit fontes vivos
lictorum perfidia.

7

Caesae dextrae poena plexus
tota Christum est amplexus
Ravennus fiducia;
Caesus membris minoratur,
sed in fide maioratur
Rasiphi constantia.

8

Dum mactatur particulariter
partiuntur membra pluraliter,
martyr transit sed temporaliter,
resurgendus potentialiter,
nec differtur;
Destitutus fratris solatio
dum Ravennus dolet supplicio,
fratrem fratri, socium socio
redivivum reddit oratio
quae profertur.

9

Pares fide, passione,
digna Dei sanctione
pari simul mansione
conversantur iterum;
Ut currentes fide bona
recepturi vitae dona
fratrum neuter in corona
praeveniret alterum.

10

Consummata carnis militia,
post paucorum dierum spatia
recepturi dona duplicia
Summi Regis intrant palatia
passu pari,
Iesu, victor et spes victoriae,
conversantes hic transitorie
fac in libro scribi memoriae,
imo Tecum in regno gloriae
gloriari.

1 e ab utroque *Lexovien.*
3 f in manque dans *Lexovien.*
5 e et in mores *Lexovien.*
6 c invidia *Lexovien.* e trucidat in fontes *Lexovien.* f littorum *Lexovien.*
7 a flexus *Lexovien.* c Ravenni *Lexovien.*
8 d rediturus *Lexovien.* i k reddit oratio quae manque dans *Lexovien.*
9 f percepturi *Lexovien.* g fratrem *Lexovien.*

Le texte est identique dans *Baiocen.*

387. DE SANCTA KATHERINA.

1

Fulget dies triumphalis
qua triumphi virginalis
agitur memoria;
Gratulemur collaudantes,
Katherinae decantantes
laudes et praeconia.

2

Ut triumphi modulemur
digne modum, deprecemur
eius patrocinia;
Verbo doctos superavit,
victos Verbo consecravit,
Verbi plena gratia.

3

Istam rex incarceravit
quam caelestis illustravit
lux obscuri nescia;
Is qui Suos non relinquit
Suam pavit, pascens inquit:
« Constans esto, filia. »

4

Sic ducentis lux illuxit
ad superna quos perduxit
via malis invia;
Sic uxorem regis lavit,
a peccatisque roravit
Deitatis pluvia.

5

Rotae qui tormentum triste
concremasti, nobis, Christe,
desuper irradia,
Patri iungat nos aeterno,
cui turma de superno
caesae venit obvia.

5 f obviam *Lexovien.*

388. DE SANCTA GENOVEFA.

1

Virgo venerabilis,
virgo prudens, humilis,
virgo Dei filia,
Sponsa Regis gloriae,
memento familiae,
Regi reconcilia.

2

Veni, virgo, propera,
servos tuos libera
ab omni molestia;
Veni, ne tardaveris,
confer opem miseris
dum quaerunt subsidia.

3

Adsis praesens opere
quae praesens es corpore
hac iacens ecclesia,
Totum corpus vidimus,
iam nullus est Didimus,
apud nos sunt omnia.

4

Corpus totum oculis
sed et caput osculis
summa reverentia
Contrectati fuimus,
sic utrumque clausimus
sed in theca alia.

5

Virgo dilecta Deo,
hoc impetres ab Eo
ut, concessa venia,
Sanctis tuis precibus
cum beatis omnibus
vivamus in gloria.

Manuscrit. PARIS : Bibl. S. Geneviève, f° BBL I, Missel Genovéfain, pièce ajoutée au xv[e] siècle, *M.*

1 f Regis reconsilia *Lexovien. Turonen.*
3 c iacens in ecclesia *Cenomanen. Lexovien. Turonen.*

389. DE S. SEBASTIANO.

1

Omnes una decantemus
et martyris personemus
laudem Sebastiani ;
Hic a Deo est electus
per quem morbus est eiectus
languoris pestiferi.

2

Nam se Christo totum vovit,
qui vult hunc venerari ;
Christus eum nunc promovit
in patria caelesti.

3

Cunctis hic subvenit moestis,
statim est sedata pestis
sui causa meriti ;
Ipsum si nunc deprecemur,
nomen quoque veneremur
martyris sanctissimi,

4

Morbus iste non nocebit,
sed mortiferum delebit
populum quem tenuit ;
Nos pro nostris tantis malis
iam absorbet pestis talis
quod tota gens gemuit.

5

Sancte martyr Sebastiane,
Salva nos a morte epidimiae.

6

Nostra gravia ob peccata
terra ista desolata
non sit, pie quaesumus ;
Sed nos considera
et in nobis cessa
pestem, iam te petimus.

7

Ista per te gens sit tuta,
et ne noceat acuta
febris haec in Anglia,
Ex quo nostra spes est tota
in te, martyr, nunc remota
sit pestis mortifera.

8

O Sancte Sebastiane,
nostrae gentis Anglicanae
conservator et tutor sis,
Et Dominum deprecaris
ut a nobis revocari
valeat vesana pestis

9

Ex tua sancta prece,
ne sit morbus nobis nece,
Sed recedat ab hac domo :
Amen dicat omnis homo.

1 b iam personemus *Sarisburien.*1498.

2 b qui vult nos hunc *Lexovien. Sarisburien.*1498, *Traiecten.* fait un vers faux. b et c sont remplacés par quem et Christus nunc promovit dans *Sarisburien.*1555.

4 c qui tenuit *Lexovien. Sarisburien.*1498. e iam manque dans *Lexovien.* f genuit *Lexovien.*

5 b a peste *Sarisburien.*1555.

7 c in patria *Traiecten.* Le texte des Missels de Salisbury et de Lisieux indique bien que ce morceau a été composé pour les pays Anglais et Anglo-Normands. d Ex quis *Lexovien.*

8 b nostrae gentis, sero mane *Traiecten.* Ici encore nous sommes en face d'une adaptation plus ou moins adroite à l'usage du diocèse d'Utrecht. d deprecare *Sarisburien.*1498, *Traiecten.* e revocare *Traiecten.* elongare *Sarisburien.* 1555.

390. DE SANCTO ROCHO.

1

In honore salutaris
Sancti Rochi confessoris
agatur memoria,
Qui de caelo praenotatur
et ad matrem nunciatur
salute angelica.

2

Qui de ventre matris natus
signo crucis est signatus
quod sinistro patuit,
Quarta sextaque feria
semel lactans, indicia
sanctitatis praebuit.

3

Uti mundo qui cum posset
et mundanum fucum nosset
mundus mundum renuit,
Omni spreta re paterna
mente tendens in superna
omnia deseruit.

4

Ac post mortem sui patris
et decessum suae matris
peregre divertitur,
Et ad domos infirmorum
peste dira perpessorum
festine ingreditur.

5

Iesum Christum Deum clamat,
signo crucis cunctos sanat
sua providentia ;
Ad quem venit vir beatus
prorsus fuit hic sanatus
divina potentia.

6

Civitates Italiae
Romae [et] Longobardiae
sanat suis precibus,
Hospitali Placentiae
percussus pestis, silice
abiectus et moenibus.

7

Languens dum in silva sitit,
fontem Deus sibi mittit
praeostensa nebula,
Parvus canis panes portat,
a Gotardo et reportat
cane viro regula.

8

Sic vir sanctus confortatur
dum Gotardo consolatur
in valle miseriae,
Et per angelum sanatur
qui a Deo mittebatur,
Raphael in nomine.

9

Postquam in Longobardia
provincia Angleria
ponitur in carcere,
Ab angelis fovebatur
et de caelo laetabatur
visus miro lumine.

10

Rochus ibi vitam finit
cui Deus dari sinit
tabulam per angelum ;
Quae divine scribebatur
scriptis auri et ditatur
manu Dei siderum.

11

Nomen Rochi infra scriptum,
quod a Deo fuit dictum
ut qui eum decorant
Pestis ulcus depellatur,
sanitasque his reddatur
qui eum commemorant.

12

Tu qui Deo es tam carus
et in luce valde clarus,
sana tuos famulos,
Et a peste nos defende,
opem nobis ac impende
contra morbi stimulos.

13

Vir tam potens, tam beatus
cum honore collocatus
in caelesti curia,
Voto, voce veneretur,
ut per ipsum nobis detur
Christi frui gloria.

3 c tenuit *Lexovien.* La correction *renuit* s'impose, d'autant plus qu'au vers suivant le même Missel porte *te* au lieu de *re.* f disseruit *Lexovien.*
6 b et manque dans *Lexovien*
7 f vers probablement corrompu.
10 f siderium (!) *Lexovien.*
11 c decoravit *Lexovien.*

391. DE SANCTA BARBARA.

1

Mirandum commercium
virginis, proverbium
veritatis,
Barbarae martyrium
phalanges fidelium
depromatis.

2

Pulchra nimis, carcere
parentis pro scelere
detruditur.
Sponsum scivit spernere,
Summo Regi nubere
permittitur.

3

Unda sacri lucida
in Deum credit baptismi lota
Saecli calcat turgida
sic et idola, Flamine fota.

4

Nervis torta taurinis,
donis haec pollet trinis,
cibis undat Divinis,
Dolor cessat torminis,
carcer plenus luminis
refulsit vi Numinis.

5

O nobilis creatura,
quae libens spectat passura,
Nec mammae dolet tortura,
sua mercede secura.

6

Ardentium haec verbere
quolibet in latere
conteritur
Lampadum ; sed munere
Christi quo scit vincere
praemunitur.

7

O verbum nectareum,
mortis in pirgo,
Pro cunctis orat Deum
sacrata virgo.

8

Pater videns superari
nudam iubet spoliari
filiam quam despexit ;
Sed angelus stola pari
ob amorem sponsi cari
dulciter illam texit.

9

Nec erubet propriam
iugulare filiam
plenus rabie.
Confert virgo veniam
Paradisi gloriam
vi precis piae.

2 a pulchra animis *Ambianen.* f promittitur *Lexovien.*
4 a Nervis tota *Constantien.*1557. c cibi *Baiocen.*1545.
6 a Ardentum *Constantien.*1557. b quae libet *Baiocen.*1545. *Constantien.* 1557.
7 b in virgo (!) *Lexovien.* in pigro (!) *Baiocen.*1545.
8 d Sic angelus *Ambianen.* Si angelus *Lexovien.*
9 d confer *Baiocen.*1545. f ut precis *Lexovien.*

Le texte est identique dans *Noviomen.*

MISSALE SECVNDVM VSVM MATRIS ECCLESIAE CONSTANTIENSIS. Rothomagi, 1499.

1. Dominica prima Adventus, Sequentia: *Salus aeterna.* K.1.
2. Dominica secunda, Sequentia: *Regnantem sempiterna.* K.2.
3. Dominica tertia, Sequentia: *Qui regis sceptra.* K.4.
4. Dominica quarta, Sequentia: *Iubilemus omnes una.* K.5.
5. In Nativitate Domini: ad Missam in gallicantu, Sequentia: *Lux est orta gentibus.* K.18.
6. " " " ad Missam in aurora, Sequentia: *In excelsis canitur.* Gautier, 1ère éd., I, 18.
7. " " " ad magnam Missam, Sequentia: *In natali Salvatoris.* Gautier, 1ère éd., I, 24.
8. In die S. Stephani protomartyris, Sequentia: *Heri mundus exsultavit.* K.714.
9. S. Iohannis apostoli et evangelistae, Sequentia: *Gratulemur ad festivum.*[1] K.404.
10. Sanctorum Innocentium, Sequentia: *Celsa pueri concrepent melodia.* K.348.
11. S. Thomae martyris, Sequentia: *Gaude, Sion, et laetare.* K.205.
12. Dominica infra octavam Nativitatis, Sequentia: *Iubilemus Salvatori.* K.14.
13. In Circumcisione Domini, Sequentia: *Ante thronum virginalem.* K.22.
14. In octava S. Stephani, si fuerit Dominica, Sequentia: *Magnus Deus in universa terra.* 125
15. In octava S. Iohannis, si fuerit Dominica, Sequentia: *Psallat chorus corde mundo.* K.376.
16. In vigilia Epiphaniae, si fuerit Dominica, Sequentia: *Nato nobis Salvatore.* K.23.
17. In die Epiphaniae, Sequentia: *Epiphaniam Domino.* K.27.
18. In octava Epiphaniae, Sequentia: *Virgo, Mater Salvatoris.* Gautier, 1ère éd., II, 340.
19. Dominica infra octavam Epiphaniae, Sequentia: *Laetabundus exsultet.* K.13.
20. In die sancto Paschae, Sequentia: *Morte Christi celebrata.* 392
21. Feria secunda, Sequentia: *Mundi renovatio nova.* K.90.
22. Feria tertia: Sequentia: *Lux illuxit dominica.* K.89.
23. Feria quarta, Sequentia: *Ecce dies celebris.* K.88.
24. Feria quinta, Sequentia: *Mane prima Sabbati.*[2] K.93.

1 Item in die S. Iohannis ante Portam Latinam.
2 Item in die S. Mariae Magdalenae.

25. Feria sexta, Sequentia : *Sexta passus feria.* K.107.
26. Sabbato, Sequentia : *Salve, dies, dierum gloria.* K.106.
27. In octava Paschae, Sequentia : *Zyma vetus expurgetur.* K.91.
28. In die Ascensionis Domini, Sequentia: *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
29. Dominica infra octavam Ascensionis, Sequentia : *Choris concinentibus.*[3] Gautier, 1ère éd., II, 19.
30. In octava Ascensionis, Sequentia : *Postquam hostem et inferna.* K.115.
31. In die Sancto Penthecostes, Sequentia : *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
32. Feria secunda, Sequentia : *Lux iocunda, lux insignis.* K.128.
33. Feria tertia, Sequentia : *Simplex in essentia.* K.129.
34. Feria quinta, Sequentia : *Veni, Sancte Spiritus.*[4] K.125.
35. De Sancta Trinitate, Sequentia : *Benedicta semper Sancta.* K.139.
36. In festo Eucharistiae, Sequentia : *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
37. In die apostolorum, Sequentia : *Alleluia nunc decantet.*[5] K.374.
38. „ „ „ „ *Clare sanctorum senatus.*[6] K.369.
39. „ „ „ „ *Caeli solem imitantes.*[7] K.371.
40. Plurimorum martyrum, Sequentia : *Ecce pulchra Canorum resonat.*[8] 101
41. Unius confessoris episcopi, Sequentia : *Adest namque dies alma.*[9] K.438.
42. Alia Sequentia : *Organicis canamus modulis.*[10] 32
43. Alia Sequentia : *Supernae matris gaudia.*[11] K.338.
44. In festo unius virginis, Sequentia : *Exsultemus in hac die festiva.*[12] Morel, 553.
45. Alia Sequentia : *Virgines egregiae.*[13] K.478.

3 Pars mutila e Sequentia : *Ex radice caritatis*, deprompta.
4 Item in Dominicis post Pentecosten.
5 In die SS. Philippi et Iacobi, et in octava SS. apostolorum Petri et Pauli.
6 In die S. Barnabae.
7 In die S. Thomae, Dominica infra octavas SS. apostolorum Petri et Pauli, in die S. Iacobi, S. Matthaei, et SS. Simonis et Iudae.
8 In die SS. Fabiani et Sebastiani, SS. septem Dormientium, et S. Mauritii sociorumque eius. In die septem fratrum, Divisio : *Coronis albis.*
9 In die S. Mauri, S. Antonii, S. Marculphi, S. Brendani, S. Sansonis, S. Hieronymi, S. Francisci, et S. Mellonis.
10 In die S. Blasii, S. Floscelli et S. Clementis.
11 In die S. Silvestri, S. Georgii, S. Magni, et S. Bernardi, et in festo Reliquiarum. In die S. Eligii, S. Marcelli, S. Ambrosii et S. Albani, in translatione S. Benedicti, in die S. Clari, in die S. Remigii et sociorum, et Dominica infra octavas, S. Martini, Divisio : *Hic sanctus cuius hodie.*
12 In die S. Agathae et S. Apolloniae.
13 In die S. Luciae et S. Ceciliae.

14 Pars mutilà e Sequentia : *Laus erumpat ex affectu*, deprompta.
15 Pars mutila e Sequentia : *Lux illuxit triumphalis*, deprompta.

75. In die, ad magnam Missam, Sequentia : *Sancti [Iohannis] Baptistae.* K.351.
76. SS. Iohannis et Pauli, Sequentia : *Per unius casum grani.*[16] K.692.
77. SS. apostolorum Petri et Pauli, Sequentia : *Roma Petro glorietur.* K.395.
78. In Commemoratione S. Pauli, Sequentia : *Sollemnitas Sancti Pauli.* K.389.
79. In octava S. Iohannis Baptistae, Sequentia : *Ad honorem Tuum, Christe, recolat.* K.353.
    In Translatione S. Martini, Sequentia : *Martine inclyte.* K.336.
80. In Dedicatione ecclesiae Constantiensis, Sequentia : *Hierusalem et Sion.* K.870.
81. Dominica infra octavam, Sequentia : *Clara chorus dulce pangat.* K.868.
82. In octava, Sequentia : *Sanctae Sion adsunt encaenia.* K.878.
83. S. Victoris martyris, Sequentia : *Ecce dies triumphalis.* Gautier, 1ère éd., II, 88.
84. Sanctae Annae, Sequentia : *Mater Matris Domini.* 40
85. Sanctae Marthae, Sequentia : *In Marthae sollemnio.* 216
    Sancti Germani Autissiodorensis episcopi, Sequentia : *Celebremus diem istam.* 152
86. Sancti Petri ad Vincula, Sequentia : *Totus orbis hilarescat.*[17] K.381.
87. Sancti Laurentii, Sequentia : *Stola iocunditatis.* K.625.
88. In Translatione Coronae Domini, Sequentia : *Regis et pontificis.* Gautier, 1ère éd., II, 500.
89. Sancti Taurini episcopi, Sequentia : *Aula iocunditatis.* 369
90. In die Assumptionis B. Mariae, Sequentia : *A rea Virga primae matris.* K.255.
91. S. Bartholomaei, Sequentia : *Laudemus omnes inclyta.* K.421.
92. S. Ludovici Francorum regis, Sequentia : *Regem regum veneremur, et.* K.641.
93. S. Augustini episcopi, Sequentia : *Interni festi gaudia.* K.502.
94. In Decollatione S. Iohannis Baptistae, Sequentia : *Praecursorem Summi Regis.* K.354.
95. S. Egidii abbatis, Sequentia : *Congaudentes exsultemus, exsultantes.* Gautier, 1ère éd., II, 174.
96. In Nativitate B. Mariae, Sequentia : *Lux advenit veneranda.* K.219.
97. In Exaltatione Sanctae Crucis, Sequentia : *Salve, Crux, arbor vitae.* K.75.

16 Item in die S. Hippolyti et sociorum.
17 Pars mutila e Sequentia : *Gaude, Roma, caput mundi*, deprompta.

392. IN DIE SANCTO PASCHAE.

1

Morte Christi celebrata,
adest nobis dies grata:
comedamus azyma.
Rege victo tenebrarum
ritus perit victimarum,
et est Christus victima.

2

Sacerdotis manus tractat
quem crudelis lictor mactat,
et plebs mali conscia.
Morti datur Homo Deus
ut resurgat homo reus
ad aeterna gaudia.

3

Mors Illius nostra vita;
Eius morte mors avita
iam meretur veniam.
Nunc in Illo delectare
qui est bonum singulare
Rex apponat gratiam.

4

Pascha nostrum immolatur,
et peccator invitatur
ad tergendas maculas;
Morte Christi nos renati
properemus invitati
ad caelestes epulas.

5

Ovis ducta ad macellum
nostrum in se tulit bellum,
ovem quaerens perditam;
Gigas noster hostem stravit
humerisque reportavit
ovem Sibi redditam.

6

Qui sub morte tenebantur
Vita duce liberantur,
nuda gemunt tartara;
Homo gaude sic reductus,
consoletur tuos luctus
dulci sono cythara.

7

Samson ille Gazan vastat,
et in monte tutus astat,
Secum ferens spolia:
Agnus noster portas fregit
infernales, et subegit
regna mortis fortia.

8

Israelem in Egypto,
Pharaone circumscripto,
serpens salvat aeneus;
Sponsam suam ab inferno
regno locans in superno
noster traxit Orpheus.

9

Eia, Paschalia
recolamus gaudia;
Nimia laetitia
concrepet Ecclesia!

10

Nunc in mensa vitae ducis
comedamus cum lactucis
carnes Agni mysticas;
Toleremus et amara,
possessuri luce clara
mansiones caelicas.

11

Haec est, inquam, laeta dies,
animarum grata quies,
et quam fecit Dominus;
Exsultemus promissorum
quantitatem praemiorum
recepturi cominus.

12

Sit laus Christo resurgenti,
Deo vero et viventi,
per aeterna saecula;
Ea propter, mente pia,
decantemus Alleluia
cordis voce sedula.

Manuscrit. PARIS: Bibl. Nat., 1139, Tropaire de Saint-Martial, xiie siècle, *P.*

3 **b** a vita *Baiocen. Constantien. Sagien.* **f** opponat *Baiocen.*
4 **a** Pascha novum *P.*
6 **a** tenebatur *Constantien. Sagien.* **b** liberatur *Constantien. Sagien.* **d** si *P.* **e** tuus luctus *P.*
9 **d** coruscet *Baiocen. Constantien. Sagien.*
10 **a** Hunc *P.* immensa *Sagien.* **d** ut amara *Baiocen.*
11 **a** in quam *Constantien.* 1557.
12 **b** Deo vero *P.* **f** dulci voce *Constantien. Sagien.*

393. DE BEATA MARIA.

1

Diligenter recolatur
  Mariae memoria,
Per quam mundo declaratur
  salus et laetitia.

2

Haec est domus quam fundavit
  summa diligentia,
Et in ea repausavit
  Dei Sapientia.

3

Haec est quidem urbs munita
  multa providentia,
Quam munivit infinita
  gratiarum copia.

4

Haec est magni Salomonis
  et mater et filia,
Haec contrivit Pharaonis
  caput et imperia.

5

Ergo dicat Christianus :
  " Ave, plena gratia, "
Nosque regat sua manus
  per mundi naufragia.

Manuscrit. LONDRES : Mus. Brit., Add. 26655, Missel d'Évreux, xiiie siècle, pièce ajoutée au xive, *LG.*

5 a "Virgo" dicat *LG.*

Le texte est identique dans *Baiocen.*

394. DE SS. GERVASIO ET PROTASIO.

1

Ad honorem Tuum, Christe,
psallat Tibi chorus iste
  martyrum praeconia ;
Duo fratres hi fuerunt ;
in se, pro Te pertulerunt
  diversa supplicia.

2

Unus dies est natalis,
quorum pater est Vitalis,
  et mater Valeria ;
Clari per progenitores,
sed virtute clariores
  fecit Christi gratia.

3

Protasius est vocatus,
Gervasius post hunc natus,
  quem praefert martyrium ;
Sancti simul hi nutriti,
in fide sunt eruditi
  per sanctum Nazarium.

4

Sic in fide roborati
sunt in fine coronati
  felici martyrio ;
Cum plumbatis est prostratus
unus, alter decollatus,
  sub duce Astasio.

5

Vetus homo cruciatur,
novus vero renovatur
crescente supplicio ;
Nam requies lapsis datur,
morte vita comparatur,
dolor cedit gaudio.

6

Ex Aegypto transtulisti
istos atque perfecisti
palmites in patria ;
Sic in Christo, vera vite,
plantati caelestis vitae
consequamur gaudia.

1 a Christi *Carnoten.* Tibi psallat *Constantien.*
2 e sed moribus *Carnoten.*
3 b hinc *Carnoten. Constantien.* 1499.

Cette Prose se lit en outre dans le Missel de Paris, 1615, dans celui de Beauvais, 1625, et dans le Propre de Saint-Gervais, à Paris, 1671.

395. DE S. IOHANNE BAPTISTA.

1

Laetabundus
Iohanni decantet *chorus :*
Alleluia.
Praecursorem
sterilis profudit *thorus :*
res miranda.

2

Angelus apparuit,
Zacharias stupuit,
mutus lingua ;
Iohannes concipitur,
muto verbum redditur,
orta stella.

3

Sicut stella *radium*
emisit eloquium
vox praecona,
Stella claret clarius
dum cedit in melius
vox praesaga.

4

Cedrus alta Libani
ventre prodit hysopi
valle nostra ;
An sit Christus quaeritur ;
negat : sic assequitur
regum serta.

5

Isaias cecinit,
Vox clamantis *meminit,*
nec Iudaea *desinit.*
esse caeca ;
Hic ex *suis vatibus,*
Mariae sermonibus
novis gaudet plausibus
ventris theca.

6

Iudaea *propera,*
crede vel vetera,
cur damnaberis, gens misera ?
Vatem *considera*
quem docet Littera
Ipsum peperit senexpera.

Manuscrit. CHARTRES : Bibl. de la Ville, 406, Missel de Chartres, xiv[e] siècle, *CHR.*

1 e sterilis profert florem *Carnoten.* 1535, vers faux. sterilis flore pudorem *Carnoten.* 1482, *Constantien.*

3 a stellae *Constantien.* c praeconia *Constantien.*
4 b prodiit *Carnoten.*
6 d e Ces deux vers sont intervertis dans *Constantien.* f genuit *Carnoten.* 1535, *Constantien.* puerpera *Carnoten.*1535.

396. DE S. LAVDO CONSTANTIENSI EPISCOPO.

1

Lux praeclara, lux sollennis
quam electus duodennis
illustravit obitu;
Ter apparet Christi parens,
trino Laudum ter apparens
praesulavit monitu.

2

Minor annis adolescens
mente maior fit senescens
morum privilegio;
Usus stupet et natura
quod aetatem tam matura
praevenit religio.

3

Puer purus et insignis
insignitur multis signis
virtutis et gratiae;
Dum thus ferret et batillum
fulsit ignis super illum
in columbae specie.

4

Serpens fallax et astutus
Christi servos insecutus
robur serpit arboris;
Servos servat a serpente
Dei servus: tres repente
partes fiunt roboris.

5

Caeca fores pulsat anus,
stantem foris vir humanus
recepit interius;
Templi limen ut intravit
coecae lumen reseravit
duplex ostiarius.

6

Laudo cedunt hostis doli;
tuos laude tua noli
frustrari memoria;
Iesu clemens et benigne,
fac cum Laudo Te condigne
laudemus in gloria.

Manuscrit. PARIS : Bibl. S. Geneviève, f° BBL 5, Missel Normand, xv[e] siècle, *M*; BB 115, pièce ajoutée au Missel de Beauvais de 1514, *N*.

4 b consecutus *Constantien.* e servus Dei *Constantien.*1501, 1557. f fiunt arboris *M*.
5 Toute la strophe manque dans *M*.

397. DE SANCTO LAVDO.

1

Sancte Laude, miles egregie,
sis praesentis memor familiae;
Summi Regis adstans praesentiae,
nos praesenta caelesti curiae.

2

Iam transacto felici praelio,
miles sancte, gaudes de praemio ;
Nos in tuo promptos obsequio
prosequatur tua protectio.

3

Nos in huius vitae naufragio
tua regat iugis oratio ;
Ut ad portum caelestis patriae
dirigatur cursus Ecclesiae.

4

Nos in tua promptos praeconia
Regi regum Christo concilia ;
Nos ab huius lacu miseriae
duc ad portum caelestis patriae.

5

Ubi tecum, miles egregie,
perfruamur palma victoriae :
Quod det nobis Christus, Rex gloriae.

5 Ne manque-t-il pas un vers à cette strophe, ou doit-on la considérer comme un tercet final ? Le texte en tous cas est identique dans les diverses éditions du Missel de Coutances.

398. DE SS. COSMA ET DAMIANO.

1

Dies adest veneranda,
dies votis amplectanda,
dies digna laudibus ;
Diem Deus hanc sacravit
qua praesentes aggregavit
martyres martyribus.

2

Isti fratres sunt natura,
fide, poenis, sepultura,
signis et potentia ;
Quos gemellos mater fudit
hos coaequat, hos concludit
meritum et gloria.

3

Ars istorum medicina,
quorum erat disciplina
pretium respuere.
Gratis datum gratis dabant,
et sic manus conservabant
immunes a munere

4

Vim medendi qua pollebant
ex caelesti contrahebant
dono, non ab homine ;
Ars humana, vis herbarum
cito fallit, prodest parum
sine Sacro Flamine.

5

Qui salutem dat aegroto
sed in parte, non ex toto,
non est artis optimae ;
Ars quam docet Sacrum Flamen
confert aegris medicamen
corporis et animae.

6

Claudus, surdus, mutus, caecus
sanabantur, quin et pecus
horum beneficio ;
His cesserunt cuncta rite,
daemon, tortor, crux, sagittae,
lapis, mors, perditio.

7

Consummatos fine pari
iussit simul tumulari
vox cameli nuntia ;
Sic in terris praedicatur,
sic in caelis coronatur
martyrum victoria.

8

Pater, Pastor, Rex cunctorum,
nutri, serva, rege chorum,
ut sequamur vitam quorum
fruimur praesentia ;
Vobis, Cosma, Damiane,
grex a summo surgens mane,
vera vite, vero pane
vivat vestri gloria.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 8884, Missel de Paris, xiii-xiv[e] siècle, *G.* SAINT-OMER : Bibl. de la Ville, Missel de Saint-Omer, fin du xvi[e] siècle, *S-OD.*

1 b amplectenda *S-OD. Constantien.* 1501, 1557, contraire à la rime.
2 b fide pleni *G.*
3 b fuit *S-OD.*
4 a Vi *G.* b obtinebant *S-OD.* c ab omis dans *Parisien.* 1666.
5 b ex parte *S-OD.* c partis optimae *G. Parisien.* 1666.
6 b sanabatur *Constantien.*
7 a Consommato *G.*
8 c vota *S-OD.* d exsultamus gloria *Parisien.* 1666. f a somno *S-OD.* h gratia *S-OD., Parisien.* 1666. Toute cette strophe manque dans le Missel de Coutances.

399. DE SANCTO LAVDO.

1

Grato psallens laudum praeconio,
Laudo laudes solvat haec concio,
et resultet sollemni gaudio
plebs devota ;
Laudus laudes habere meruit,
hic est enim qui vere tenuit
vitae vias, quem nulla polluit
noxae nota.

2

Vitae cuius quae sint insignia
plane monstrat in pueritia
duodennis Divina gratia
praeelectus :
Notum quidem non est a saeculo
qui regendo sic puer populo
solo Dei nutu praeambulo
sit praefectus.

3

Hic est puer quem Iesus medium
statuendo sibi vicarium
praeelegit, delegans ovium
praefecturam ;
Qui pastorem secutus praevium
et exemplar factus humilium,
confessoris gessit officium
atque curam.

4

Hic pastoris adeptus apicem,
salutaris praegustans calicem
sibi hausit, et suis invicem
propinavit ;
Hic pastoris agens excubias
mundi fastus, carnis blanditias,
daemonumque graves iniurias
triumphavit.

5

Ad hoc triplex gementes praelium
imploremus huius auxilium
sono vocis, affectu cordium
postulantes :
Ut sacra nos eius oratio,
pravitatis emuncto vitio,
consoletur in hoc exilio
laborantes.

1 a Gaude psallens *Constantien.* 1557.
2 a sunt *Constantien.* 1501, 1557.

MISSALE SECVNDVM RITVM DOMINORVM VLTRAMONTANORVM. Veronae, 1480.

1. In Adventu, de Beata Virgine, Sequentia: *Mittit ad Virginem*. K. 199.
2. „ Sequentia dominicalis: *Salve, porta perpetuae*. K. 249.
3. In Nativitate Domini: in gallicantu, Sequentia: *Grates nunc omnes*. K. 6.
4. „ „ in aurora, Sequentia: *Natus ante saecula*. K. 11.
5. „ „ in summa Missa, Sequentia: *Eia, recolamus laudibus*. K. 10.
6. De S. Stephano, Sequentia: *Hanc concordi famulatu*. K. 711.
7. De S. Iohanne apostolo et evangelista, Sequentia: *Iohannes, Iesu Christo*. K. 402.
8. De Innocentibus, Sequentia: *Laus Tibi, Christe, Patris optimi Nate*. K. 341.
9. In octava Nativitatis, et de Beata Virgine post Nativitatem, Sequentia: *Laetabundus exsultet*. K. 13.
10. In Epiphania Domini, Sequentia: *Festa Christi*. K. 24.
11. Tempore Paschali, Sequentia: *Victimae Paschali*. K. 83.
12. In Ascensione Domini, Sequentia; *Rex omnipotens die hodierna*. K. 116.
13. De Sancto Spiritu, Sequentia: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda*. K. 124.
14. De Sancta Trinitate, Sequentia: *Benedicta semper Sancta*. K. 139.
15. De Corpore Christi, Sequentia: *Lauda, Sion, Salvatorem*. K. 150.
16. Sequentia dominicalis: *Veni, Sancte Spiritus*. K. 125.
17. Alia diebus Dominicis: *Omnes una celebremus*. K. 164.
18. De apostolis, Sequentia: *Clare sanctorum senatus*. K. 369.
19. De evangelistis, Sequentia: *Plausu chorus laetabundo*. K. 376.
20. De uno martyre, Sequentia: *Spe mercedis et coronae*. K. 729.
21. De martyribus, Sequentia: *O beata beatorum*. K. 445.
22. De confessoribus, Sequentia: *Quem invisibiliter*. K. 457.
23. De una virgine, Sequentia: *Virginis venerandae*. K. 472.
24. In Dedicatione templi vel altaris, Sequentia: *Quam dilecta tabernacula*. K. 871.
25. De Conversione S. Pauli, Sequentia: *Sonent plausus laetabundi*. 400

26. De Purificatione Sanctae Mariae, Sequentia : *Concentu parili.* K.217.
27. De S. Georgio martyre, Sequentia : *Martyr milesque Christi.* K.589.
28. De Sancta Cruce, Sequentia : *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
29. Iohannis Baptistae, Sequentia : *Sancti Baptistae Christi.* K.351.
30. De S. Ladislao rege, Sequentia : *Novae laudis attollamus.* K.621.
31. Petri et Pauli apostolorum, Sequentia : *Petre, summe Christi.* K.394.
32. De Visitatione B. Mariae, Sequentia : *Veni, praecelsa Domina.* K.206.
33. De Divisione apostolorum, Sequentia : *Caeli enarrant.* K.368.
34. De S. Maria Magdalena, Sequentia : *Laus Tibi, Christe, Qui es Creator.* K.846.
35. Iacobi apostoli, Sequentia : *Gaude, Christi sponsa.* K.417.
36. De S. Laurentio martyre, Sequentia : *Laurenti, David.* K.623.
37. De Assumptione Beatae Mariae, Sequentia : *Congaudent angelorum chori.* K.247.
38. De S. Stephano rege, Sequentia : *Corde, voce, mente pura.* K.720.
39. De S. Bartholomaeo, Sequentia : *Diem festum Bartholomaei.* K.420.
40. In Nativitate Sanctae Mariae, Sequentia : *Stirpe Maria regia.* K.192.
41. De S. Michaele archangelo, Sequentia : *Summi Regis archangele.* K.172.
42. De Omnibus Sanctis, Sequentia : *Omnes sancti Seraphim.* K.335.
43. De S. Martino, Sequentia : *Sacerdotem Christi.* K.646.
44. De S. Elisabeth, Sequentia : *Plebs devota iocundetur.* Mone,902.
45. De S. Katherina, Sequentia : *Katherinae virginis.* K.813.
46. De S. Andrea, Sequentia : *Deus in Tua virtute.* K.398.
47. De S. Nicolao, Sequentia : *Congaudentes exsultemus vocali.* K.665.
48. De B. Virgine, Sequentia : *Gaude, Mater Virgo Christi.* K.242.
49. Alia : *Ave, Maria, gratia plena.* K.264.
50. De Beata Virgine de Nive, Sequentia : *O stella maris, ave.* 401
51. In Transfiguratione Domini, Sequentia : *Adest dies celebris, quo pacatus.* K.36.
52. Mortuorum Sequentia : *Dies irae, dies illa.* K.879.

400. IN CONVERSIONE S. PAVLI.

1

Sonent plausus laetabundi,
plausus dulces et iocundi
virginis Ecclesiae:
Agnum enim de leone
et pastorem de praedone
Christus fecit hodie.

2

Admiranda Redemptoris,
praedicanda Salvatoris
virtus et constantia
Hunc agnorum fecit ducem
qui parabat agnis crucem
et mortis supplicia.

3

Spina cui suas vestes
affixere falsi testes
et lictores Stephani,
Iam columna templi viva,
palma, vitis et oliva
cedros aequat Libani.

4

Mansuescit lupus rapax,
et fit agnus et vas capax
olei laetitiae,
Vas illimi plenum auro,
plenum gemmis et thesauro
verae sapientiae.

5

In hoc vase reponuntur,
in hac arca recluduntur
secreta caelestia;
Hic abyssus abyssorum
et hic caeli sunt caelorum
cuncta quoque media.

6

Saulus hoc vas tam praeclarum
caedis adhuc et minarum
spirans in discipulos,
Ut inferret necem eis
ibat, missus a Iudaeis
per urbes et populos.

7

Ecce venit vox de sursum,
quae divertit lupi cursum
a mactandis ovibus:
"Saule, quid Me crucifigis,
quid Me mactas et affligis
in Meis fidelibus?"

8

Ad hanc vocem exturbatus
et ad humum iam prostratus:
"Quisnam, inquit, loqueris?"
— "Ego Iesus Nazarenus
quem tu ferox et effrenus
in membris persequeris.

9

Durum tibi calcitrare,
durum tibi repugnare,
Saule, contra stimulum;
Resipiscens esto fortis,
nam oportet pro Me mortis
te gustare poculum."

10

Delegatur Ananias
ad monstrandum Paulo vias
et calles iustitiae;
Pulsa nube falsitatis,
sumpta luce veritatis,
fit doctor Ecclesiae.

11

Verbum Dei missus ferre,
dum perlustrat orbem terrae
convertit Ephesios,
Thessalonas, Philippenses,
Philadelphos, Colossenses,
Galathas, Corinthios.

12

Hinc descendens ad Romanos
impugnabat ritus vanos
per fidem catholicam;
Petro iunctus in agone,
mortem passus sub Nerone,
arcem intrat caelicam.

13

Ergo cuncti gratulemur,
et hunc diem veneremur
  ob Pauli memoriam,
Ut nos Christus sua prece,
emundatos omni fece
  perducat ad gloriam.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 778, Prosaire de Saint-Martial, xiie siècle, *P;* 2415, xiiie siècle, *V.* BUDA-PEST : Musée Nat., 94, Missel Hongrois, xive siècle, *B-PB;* 222, Idem, xve siècle, *B-PC.*

1 e in pastorem *B-PB. B-PC.*

2 La deuxième partie de cette strophe manque dans *B-PB. B-PC.* et *Aquileien.* Elle manque également dans *V.* où une main postérieure a écrit en marge les vers suivants :

Aemulator suae legis
pragma sumpsit a Iudaeis
  ut secaret vitia.

e qui portabat Agni *Bicterren.*

3 a Cui spina *V.* Spinas qui *Bicterren.* Praedo cui *B-BP. B-PC.* b afflixere *Bicterren.*

4 d Vas hoc limi *Aquileien.* Vas sublime *Bicterren.*

Dans *B-PB.* et dans *B-PC.* la deuxième partie de cette strophe est remplacée par les vers suivants :

Ex Beniamin sumptum sacco
vas caelatum ex argento,
  regis ministerio.

5 b hac in arca *Bicterren.*

6 a hoc vas praeclarum *Aquileien.* c spirat *Aquileien.* d Et inferat *Aquileien.*

7 e cur Me *B-PB. B-PC. Aquileien.* f cur Me *B-PB. B-PC.*

8 Les deux parties de cette strophe sont interverties dans *Aquileien.* a est turbatus *V. B-PB. B-PC. Aquileien.* b in humum *V. Aquileien.* c Quid nam *Aquileien.* e defrenus *Aquileien.*

9 a b Ces deux vers sont intervertis dans *B-PB. B-PC.* b impugnare *Bicterren.* d Resipiscas *B-PC.* f degustare *Bicterren.*

10 a Delegatus *V.* f iustitiae *Aquileien.*

11 a iussus ferre *Aquileien.* d Thessalonam *V.* Thessalona *Aquileien.*

12 b impugnando ritus vagos *Bicterren.* d vinctus *B-PC. Bicterren.*

13 Cette strophe manque dans *V.* Le Missel d'Aquilée et les manuscrits *B-PB.* et *B-PC.* nous offrent à sa place les variantes suivantes :

Aquileien.

Ad quam, Christe, fac venire
nos, et solum Te sitire
  Sancti Pauli precibus ;
Ut cum ipso gratulemur
Teque Deum veneremur
  in regnis caelestibus.

B-PB. et *B-PC.*

Pelle nubem falsitatis,
redde lumen veritatis,
  Paule, nostris cordibus ;
Sis protector, sis defensor,
tuo gregi, sis praecessor
  ad caelestem patriam.

401. DE BEATA VIRGINE DE NIVE.

1

O Stella maris, ave,
gratia summa plena,
Nobis quaesumus fave,
ne absorbeat nos gehenna.

2

Tu votum virginale
Deo vovisti prima;
In hac fove nos valle,
ne tendamus ad ima.

3

Tu Deum genuisti
sine virili semine;
Nos, Virgo, Mater Christi,
ab omni munda crimine.

4

Te puro tuo sanguine
fecundat Sanctus Spiritus,
Te nulla sub imagine
ad te demissus caelitus.

5

Tu per aurem concepisti,
angelo te salutante,
Dei ancillam te fecisti,
Isaia id prophetante.

6

Tu Deum et hominem
sola mundo generas,
Quae mundanum turbinem
praeservata spreveras.

7

Sine culpa originali
te concepit mater Anna
Ex Ioachino, neque falli
in hoc potest fides sana.

8

Prophetae et patriarchae
te genuere et reges;
Caelesti nos in arce
tuos fac esse greges.

9

Te cum prole magi colunt,
Symeon senex et Anna
Prophetizant, et extollunt
periturae legis damna.

10

Dum visitas Elisabeth
senem iam fecundatam,
Haec fides palam perhibet
te matrem Dei beatam.

11

Natus tibi subdebatur,
et parebat ad mandatum,
Et in nuptiis mirabatur
aquam turba vinum factum.

12

Natum custos et sodalis
praedicantem et docentem
Bonis cunctis atque malis
sequebaris conviventem.

13

Ut in cruce post pendentem,
Mater Virgo, martyr vera,
Ad salvandam omnem gentem
sola in fide sincera.

14

Dum devicta surgit morte,
nulli nondum apparentem
Laeta cernis cum cohorte
gloriosum et splendentem.

15

Te Virginem Ioanni
virgini commendavit
Christus, cum poena immani
crimina nostra lavit.

16

Mater demum cum orabas
sanctis cum apostolis,
Pariter perseverabas
cunctis cum discipulis.

17

Triumphas super aethera
et angelorum agmina,
Coniungis nova et vetera
imperatrix et domina.

18

Virginitas et charitas
mundo pacem donarunt,
Profunda et tua humilitas,
quae cuncta superarunt.

19

Stupenda tua miracula
sollemniter recolimus,
Intra haec tabernacula,
et iubilis extollimus.

20

Regina stirps Davidica
Divina plena gratia,
Et soboles prophetica
nos Dei vultu satia.

Daniel et Kehrein ont édité les deux premières strophes de cette Prose, faible d'idées, de rythme et de Latin.

14 c laeta Eum cernis *Ultramontan.*

MISSALE AD VSVM METROPOLITANAE LVNDENSIS ECCLESIAE. Parisius, 1514.

1. In Nativitate Domini: in gallicantu, Sequentia: *Grates nunc omnes.* K.6.
2. „ „ ad secundam Missam: *Natus ante saecula.* K.11.
3. „ „ ad summam Missam: *Eia, recolamus laudibus.* K.10.
4. De Sancto Stephano: *Hanc concordi famulatu.* K.711.
5. De Sancto Iohanne evangelista, Sequentia: *Iohannes, Iesu Christo.* K.402.
6. De Sancto Thoma Cantuariensi: *Laeta mundus sit iocundus.* 402
7. De Dominica infra Nativitatis et Purificationis, et in Circumcisione Domini, Sequentia: *Laetabundus exsultet.*[1] K.13.
8. In Epiphania Domini: *Festa Christi.*[2] K.24.
   De Sancto Kanuto: *Adest nobis dies alma.* K.438.
9. De Sancto Vincentio, Sequentia: *Praecelsa saeclis colitur.* 138
10. De Conversione Sancti Pauli: *Dixit Dominus: Ex Basan.* K.384.
11. De Sancto Lucio: *Psallat nostro chorus noster Lucio.* 403
12. In Annuntiatione Beatae Mariae: *Missus Gabriel de caelis.* K.200.
13. In festo Paschae, Sequentia: *Victimae Paschali.* K.83.
14. Alia de festo Paschae: *Mane prima Sabbati.* K.93.
15. Alia de festo Paschae: *Laudes Salvatori.* K.81.
16. Item alia: *Laudes Christo redempti.* K.92.
17. Alia: *Zyma vetus expurgetur.* K.91.
18. De Domina infra Pascha et Penthecostes: *Virgini Mariae laudes intonent.* K.234.
19. Alia: *Stabat iuxta Christi crucem.* Wackernagel, I, 263.
20. In festo Sancti Georgii, Sequentia: *Nunc nobis succurre, sacrate Georgi.* 404
21. Philippi et Iacobi et aliorum apostolorum inter Pascha et Pentecostes: *Alleluia nunc decantet.* K.374.
22. De Inventione Sanctae Crucis: *Salve, Crux sancta, arbor.* K.64.
23. De Spinea Corona: [*O*] *Spinae lignum triumphale.* 405
24. In Ascensione Domini: *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.

1 Item in Purificatione B. Mariae Virginis.
2 Intra octavas eiusdem festi, Divisio: *Anno hominis.*

25. De Sancto Erico rege et martyre: *Gratulemur dulci prosa.* K.557.
26. In festo Pentecostes: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia,... Quae corda.* K.124.
27. Alia, feria secunda: *Laudes Deo devotas.* K.122.
28. Feria tertia: *Veni, Spiritus aeternorum alme.* 99
29. Feria quarta: *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
30. De Sancta Trinitate: *Benedicta semper Sancta.* K.139.
31. De Corpore Christi: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
32. Decem millium militum: *O caelestis harmonia.* K.454.
33. De Sancto Iohanne Baptista: *Sancti Baptistae Christi.* K.351.
34. In Translatione Sancti Kanuti ducis: *Salve, martyr alme.* 406
35. Petri et Pauli, et de Sancto Paulo in Conversione: *Petre, summe Christi.*[3] K.394.
36. In Visitatione Beatae Mariae Virginis: *Veni, praecelsa Domina.* K.206.
37. De Sancta Maria Magdalena: *Laus Tibi, Christe, qui es Creator.* K.846.
38. De Sancto Olavo rege: *Lux illuxit laetabunda.* K.679.
39. In die Laurentii: *Stola iocunditatis.* K.625.
40. In octava S. Laurentii: *Prunis datum admiremur.* K.624.
41. „ „ *Laurenti, David.* K.623.
42. In Assumptione Mariae Virginis: *Congaudent angelorum chori.* K.247.
43. In Decollatione Sancti Iohannis Baptistae: *Psallite Regi nostro.* K.352.
44. In Nativitate Beatae Mariae: *Nativitas Mariae Virginis.* K.194.
45. Alia: *Stirpe Maria regia.* K.192.
46. De Exaltatione Sanctae Crucis, Sequentia: *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
47. De Sancto Michaele: *Ad celebres, Rex caelice.* K.168.
48. Undecim millium Virginum: *Virginalis turma sexus.* K.456.
49. „ „ „ *Dulci voce resonet.* 407
50. De Omnibus Sanctis: *Omnes sancti Seraphim.* K.335.
51. De Sancto Martino episcopo: *Sacerdotem Christi.* K.646.
52. De Sancta Katherina: *Vox sonora nostri chori.* K.812.
53. De Sancto Andrea: *Sacrosancta hodiernae.* K.401.
54. De Sancto Nicolao: *Congaudentes exsultemus vocali.* K.665.
55. In Divisione apostolorum: *Caeli enarrant.* K.368.
56. De apostolis: *Clare sanctorum senatus.* K.369.
57. „ „ *Qui sunt isti, qui volant.* K.370.
58. De evangelistis: *Iocundare, plebs fidelis, cuius pater.* K.427.

3 Item in festo S. Petri ad Vincula.

4 In die S. Ambrosii.
5 Textus deest.

402. DE S. THOMA CANTVARIENSI.

1

Laeta mundus
sit iocundus
voce cantans : *Alleluia ;*
Regem verum
laudans, rerum
Conditorem, mente pia.

2

*Angel*orum
intrat chorum,
iam suscepta beatorum
sede clara ;
*Sol*o spreto,
corde laeto,
Thomae datur sors pro letho,
magis *cara.*

3

Sicut rosa lil*ium*
Londonia *filium*
*par*it Thomam,
Neque cedit gl*adio*
dum currit in stad*io*
zelans Romam.

4

Cedrus fit ex hysopo,
martyr ex episcopo,
forma Patris,
Verbum hunc per vulnera
qui repugnat viscera
*ca*stae matris.

5

Isaias sectus est,
praesul ense nectus est,
probatus electus est
Deo digne ;
Si non confessor*ibus*
credat vel martyr*ibus*
parcens proditor*ibus,*
rex indigne.

6

O *felix* Anglia,
fies angelica
per sacerdotum martyria,
Quae doces gaudia
mereri caelica
per lacrymarum suspiria.

Manuscrits. CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.* CRACOVIE : Bibl. du Chapitre, 2, Missel, 1438, *CRR;* Idem, 1490, *CRS.*

Cette Prose a été publiée dans les *Latinska Sänger fordom avända,* Piae cantiones, Sancti exteri, p.166, d'après le Missel d'Upsal, 1483.

1 a Laetabundus *CRR. CRS. Lunden. Sleswicen.* b fit *Sleswicen.*
2 b intra *CRR. CRS. Hafnien. Lunden.* f vita laeto *CB. Hafnien. Lunden* vite laeto *CRR. CRS. Sleswicen.* h clara *Hafnien. Lunden.*
3 b Lundonia *Hafnien. Lunden. Sleswicen.* e cucurrit in *Hafnien. Lunden.* vers faux.
4 c panis *CRR. CRS.* e qui propugnet *Hafnien. Lunden.* propugnat *Sleswicen.* quae propulsant *CB.* dum propugnant *CRR. CRS.*
5 c probat quod *CB.* probans quod *CRR. CRS. Hafnien.* probans quam electus *Lunden.* d dignus *Hafnien. Lunden.* h gens indigne *CB.* d et h intervertis dans *CRR. CRS.*
6 b fides (!) *Hafnien. Lunden.* flos anglica *CRR. CRS.* d Qui docent *CB.* Quem docet *Hafnien. Lunden.* Quem docent *CRR. CRS.* Quam decent *Sleswicen.* e vereri *CRR. CRS.* f per lacrymas et *CB.* Ipsum genuit puerpera *CRR. CRS.*

403. DE SANCTO LVCIO.

1

Psallat nostro chorus noster Lucio.

2

Quem Roma mater genuit,
magistra legem docuit
divinam et humanam ;
Haec circa posse profuit
ei se dum supposuit
et cathedram Romanam.

3

Iam Lucii lux diffluit,
sub vase claudi renuit,
in summo figens statum,
Nam papam pater induit,
doctrinam sacram compluit
luna damnans erratum.

4

Cum passim reos arguit
urbs tota simul confluit,
plebs concitat senatum ;
Cum haec non matrem exuit
quae sic in prolem irruit,
non deserens papatum.

5

Metallo damnatur,
ut nihil sic frangatur
flecti nescius ;
Sed tonsus quadratur
quadrus....................
et stat firmius.

6

Et ecce reintronizatur,
ut pridem idem proclamatur ;
ad arma furor evocat ;
Conclamant cuncti : " Moriatur ; "
clamori pater gratulatur,
in se furentes provocat.

7

Et ecce caput submittit gladio,
caesusque vitae praecurso stadio
aeterno coadunatur bravio ;
....
Ergo nostra, pater Luci, concio,
quam tua tuam fecit adoptio,
sic tuo nunc insistat servitio
ut tuo per te fruatur gaudio.

5 e vers incomplet ; cinq syllabes manquent.
7 Il doit manquer un vers à la première partie de cette strophe.

Le texte est identique dans *Hafnien.*

404. DE SANCTO GEORGIO.

1. Nunc nobis succurre, sacrate Georgi,

2. Ut laudes demus tibi dignas, O Georgi,
3. Cui nullus dignior est laude, O Georgi ;

4. Tu regem vincis, O Georgi,
5. Multos convertis, O Georgi ;

6. Tu Dacianum fervidum confudisti, O Georgi,
7. Tu Christianos plurimos confortasti, O Georgi ;

8. Reginam Alexandrinam credentem tu fecisti, O Georgi,
9. Daemonem in abyssum tuo iussu demersisti, O Georgi ;

10. Tormenta omnia [tu] sprevisti, O Georgi,
11. Idola plurima destruxisti, O Georgi;

12. Vidua panem tibi donare denegavit, O Georgi,
13. Angelus caelestis te cum cibo saturavit, O Georgi;

14. Nos iuva, martyr Georgi,
15. Nos salva, sancte Georgi;

16. Martyr Christi, Georgi.

Manuscrits. MUNICH: Bibl. Royale, 24002, Missel, xve siècle, *MN*. PRAGUE: Bibl. du Chapître, P 1, Missel de Prague, xve siècle, *PR*. Bibl. de l'Université, XII C 5, Idem, 1482, *PS*; XIV B 17, Missel, xve siècle, *PX*.

1 sancte Georgi *MN. PR. PX.*
4 Tu multos *MN.* Tui nullus *PX.* Cette clausule manque dans *PR. PS.*
5 Tu regem vincis *MN.* Tu multum vertis *Hafnien. Lunden.* Cette clausule manque dans *PX.*
6 Cette clausule manque dans *PX.*
7 convertisti *MN.* convertis *PR. PS. PX.*
8 L'ordre des clausules qui suivent est très différent dans les manuscrits. Nous conservons la version de *Lunden.* et de *Hafnien.* On lit dans les autres textes :

8. Vidua panem tibi donare denegavit, O Georgi.
9. Viduae filium tu sanasti, O Georgi.
10. Idola plurima destruxisti, O Georgi.
11. Daemonem in abyssum demersisti, O Georgi.
12. Reginam Alexandrinam credere tu fecisti.
13. Tormenta omnia sprevisti, O Georgi.
14. Tu minas nihil timuisti, O Georgi.
15. Nos iuva, martyr Georgi.
16. Nos salva, sancte Georgi.

seulement *MN.* et *PR.* donnent (cl. 8) la leçon *dare.* Le mot *donare* manque dans *PX.* Entre les clausules 8 et 9 on lit dans *PS* et *PX*: Angelus te cum caelesti cibo satiavit, O Georgi. La clausule 9 manque dans *PR.* Les clausules 15 et 16 manquent dans *PR. PS. PX.*

405. DE SPINEA CORONA.

1

Spinae lignum triumphale,
mundi vera salus, vale,
inter ligna nullum tale
rubens Christi sanguine,
Medicina Christiana,
salva sanos, aegros sana:
quod non valet vis humana
fit in tuo nomine.

2

Assistentes spinae laudi,
Consecrator eius audi,
atque servos Tuae spinae
post hanc vitam poena sine
transfer ad palatia,
Quos tormento vis servire
fac tormenta non sentire,
sed cum dies erit irae,
nobis confer et largire
sempiterna gaudia.

1 a O spinae *Lunden.*, vers faux.

Le texte est identique dans *Hafnien.*

406. IN TRANSLATIONE S. KANVTI DVCIS.

1. Salve, martyr alme, salve, iam caeligena,
2. Salve, angelorum felix, Kanute, collega,
3. Cuius virtus insignia iam perornat climata,
4. Per te omnipotentissima Iesu quae monstrat gratia.
5. Nam pro Christo terrea cum amisisti gaudia,
6. Sempiterna nancisci meruisti tripudia ;
7. Dum in cruore mundi Tollentis crimina stola laetaris intincta amictus purpurea,
8. Et immaculati iugiter vestigia Agni sectaris martyrum phalange consortia.
9. Hinc perfidorum cruciantur agmina,
10. Quae ad aethra te transmisere nescia,
11. Nam lingua quidem inopia morsu horrendo praecisa, quidam rimantes flumina,
12. Stygis petiere barathra ; sed lux alma ex arce missa caelica te declarat
13. Cum collegis infula exornatum rosea.
14. Hinc constricta restituta vir exsultat dextera,
15. Atque mutus libera gaudet depromens famina ;
16. Plaudit caecus lumina sumens, claudus vestigia.
17. Et obstructae captant aures, mirantur eloquia ;
18. Efflorescit nitida cutis pridem laxarica.
19. Febris fugit tremulenta salutis ob remedia.
19 b. Sed aeterna pignora qua cum laxantur inclyta,
20. Redemptoris opera illucescunt mirifica,
20 b. Nam ius admissa flammea mox obedit incendia.
21. Et intacta manent ossa velut nix candidula,
22. Hinc resultet Alleluia voce plebs altisona ;
23. Admiranda gratuletur excolens magnalia
24. Et condigna vivus petit hostis amens incendia ;
25. Voce citus perhorrenda ad ardentia tartara.
26. Nos ergo prece sedula tua precamur munia,
27. Ut per te peccamina nostra solvat clementia
28. Quae salvare venit omnia.

3 perornant *Hafnien. Lunden.*
11 horrenda *Lunden.* Nous rétablissons comme nous pouvons le parallélisme de ces clausules évidemment très altérées.
14 exsultet *Lunden.*
16 Plaudet *Hafnien. Lunden.*
19 tremula *Hafnien.*

Prose des plus obscures, parallélisme très rudimentaire.

407. DE VNDECIM MILLIBVS VIRGINVM.

1

Dulci voce resonet,
dulce melos intonet
die hac Ecclesia;
Diem festum agimus,
Virginum recolimus
sacrata martyria.

2

Harum prima Ursula,
nobilis et regia
fulgens sanctimonia,
Cum in sponsam quaeritur,
sponsus sic protrahitur
sagaci prudentia:

3

Spatium triennii,
et coetus virginei
expetit solatia;
Undena sunt millia
clara ex prosapia
data dotis gratia.

4

Quarum ad obsequia
undecim navigia
dat regalis copia,
Ursula tunc inclyta
gaudens prodit abdita
haec eis mysteria:

5

" Christum sponsum eligo
et mortalem negligo,
facite similia. "
Laudat chorus virginum
reginae consilium;
spernunt mox coniugia.

6

Naves intrant concito,
vela tendunt subito,
fugiunt de patria;
Cedunt cuncta prospere
unda, aura, tempore
Dei providentia.

7

Flagrantes desiderio
pro praescito martyrio
veniunt Coloniam:
Hunnorum tunc gens perfida
ursorum instar rabida
infert his supplicia.

8

Armata ferro dextera
detruncant membra tenera,
sed vincunt patientia;
Madescit tellus sanguine,
pro tanto gaudet agmine
superna caeli curia.

9

O beatae virgines,
nostri sitis memores:
vestris interventibus
nobis sit propitius
Mitis Sponsus Virginum.
Iesus, iudex omnium,
donet piis gaudia
per aeterna saecula.

3 c solatium *Hafnien. Lunden.*
5 e concilium *Hafnien. Lunden.*
7 e ad instar *Hafnien. Lunden.*, fait un vers faux.
9 b c quod vestris *Hafnien. Lunden.*

408. DE SANCTA BIRGITTA.

1

Surgit, mundi vergente vespere,
velut stella micans in aethere,
Birgitta, vas gratiae
rosaque munditiae ;
Stans fortis in amoris foedere,
scandit Christum decenter capere
cordis in hospitio,
dulci desiderio.

2

Nil dulce quaerens, nil amabile
carni, mundo vel vanae gloriae,
Christi sub gremio cor humile
requiescit ;
Hostis caput contrivit fortiter
dum in bono succrescens iugiter
Christo Sponso frui feliciter
inardescit.

3

Sponsam Sponsus frequenter instruit,
novam vitae normam instituit,
ut sic in sponsa prout congruit
delectetur ;
Grato fervens amore properat ;
iugum Sponsi ferre desiderat,
libens et prona quod statuerat
profitetur.

4

In caelis sua conversatio
miro placens virtutum radio,
Dei Sanctorumque colloquio
recreatur ;
Tandem vitae completo stadio,
mundi transfertur de naufragio
et in summo caeli consortio
coronatur.

5

Sis, Birgitta, nobis propitia,
mira de te clarent prodigia
plebsque laeta Dei magnalia
confitetur.
O Maria, dulce praesidium,
fac Birgittae per patrocinium
ut optatum in caelis bravium
nobis detur.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., Missale Leodiense, c.1485, pièce ajoutée fin xve siècle, *X*. GAND : Bibl. de M. Vergauwen, Missale Traiectense, 149., pièce ajoutéee fin xve siècle, *GZ*.

Cette Prose a été publiée dans l'*Onus mundi* imprimé à Rome en 1485, et reproduite dans les *Latinska Sänger fordom avända.* Hymni, Sequentiae et piae cantiones in regno Sueciae olim usitatae : Sancti Sueciae, p. 47.

1 b in aethere manque dans *Colonien.*1525.

2 b mundoque *Onus mundi.* f bonis succrescit *Onus mundi.* g Christi *Lunden.* h mardescit *Onus mundi.* marcessit (!) *Latinska Sänger.*

3 a Sponsus sponsam *Onus mundi.* b normam ut sit *Hafnien.* normam ut suscipit *Lunden.* c ut sic manque dans *Lunden.* sic prout in sponsa *Onus mundi.* d fruens *Lunden.* e in amore *Colonien.*1525, *Lunden.* f ferre Sponsi *Onus mundi.*

4 a conversio *Onus mundi.* b numero (!) placens *Onus mundi.* mira placens *Colonien.*1525.

5 b clarant de te *Onus mundi.* clarent de te *Hafnien. Lunden.* c laeta manque dans *Hafnien. Lunden.* et *Onus mundi.*

SEQVENTIARIVS SECVNDVM VSVM ECCLESIAE CERNELIENSIS.[1] c. 1400.

1. Dominica prima Adventus Domini, Sequentia : *Salus aeterna*. K. 1.
2. Dominica secunda Adventus Domini, Sequentia : *Regnantem sempiterna*. K. 2.
3. Dominica tertia Adventus Domini, Sequentia : *Qui regis sceptra*. K. 4.
4. Dominica quarta Adventus Domini, Sequentia : *Iubilemus omnes una Deo*. K. 5.
5. In Nativitate Domini nostri Iesu Christi : ad primam Missam, Sequentia : *O mira Domini pietas, O humilitas Iesu Christi omni laude digna. Nato canunt omnia*. K. 9.
6. Ad magnam Missam, Sequentia : *Christi hodierna celebremus natalitia. Caelica*. 22
7. De Sancto Stephano, Sequentia : *Magnus Deus in universa terra*. 81
8. De Sancto Iohanne, Sequentia : *Christo laudes persolvat*. Gautier, 1ère éd., I, 246.
9. Alia Sequentia : *Iohannes, Iesu Christo*. K. 402.
10. De Sanctis Innocentibus, Sequentia : *Pura Deum laudet*. 57
11. De Sancto Thoma martyre, Sequentia : *Laeta mundus sit iocundus* ... 402
12. „ „ „ „ *Salvatoris in honorem*. 409
13. In die Circumcisionis, Sequentia : *Eia, recolamus laudibus*. K. 10.
14. In die Epiphaniae, Sequentia : *Epiphaniam Domino*. K. 27.
15. De Sancto Vincentio, Sequentia : *Praecelsa saeclis colitur*. 138
16. In Conversione S. Pauli, Sequentia : *Saulus, adhuc spirans minas*. 410
17. In Purificatione B. Mariae, Sequentia : *Clange praeclarae lucis altiboando dindima. Claris vocibus inclyta*. 411
18. In die Resurrectionis Domini, Sequentia : *Fulgens praeclara rutilat*. K. 95.
19. Feria secunda, Sequentia : *Mane prima Sabbati*. K. 93.
20. Feria tertia, Sequentia : *Prome casta concio*. 96
21. Feria quarta, Sequentia : *Victimae Paschali*. K. 83.
22. In octavis Paschae, Sequentia : *Psalle lyrica carmina*. 98
23. De Sancto Alphego, Sequentia : *Ad haec colenda gaudia*. 412

1 Nous dressons la liste des Proses de Cerne d'après le Séquentiaire manuscrit de 1400 environ, conservé à Cambridge dans la Bibliothèque de l'Université. Le Missel de Cerne n'a jamais été imprimé.

24. In Inventione Sanctae Crucis, Sequentia: *Si vis vera frui luce.* K.73.
25. Alia Sequentia: *Laudes Crucis attollamus.* K.60.
26. In Translatione S. Nicolai, Sequentia: *Congaudentes exsultemus vocali.* K.665.
27. De Sancto Dunstano, Sequentia: *Hodierna resonent gaudia.* 413
28. De Sancto Augustino, Sequentia: *Christo Regi laudes canamus.* 414
29. In die Ascensionis Domini, Sequentia: *Rex omnipotens die hodierna.* K.116.
30. In die Pentecostes, Sequentia: *Sancti Spiritus adsit nobis gratia, Quae corda.* K.124.
31. Feria secunda, Sequentia: *Resonet sacrata.* 118
32. Feria tertia, Sequentia: *Alma chorus Domini.* K.140.
33. Feria quarta, Sequentia: *Laudes Deo devotas.* K.122.
34. Feria quinta, Sequentia: *Veni, Sancte Spiritus.* K.125.
35. In die Sanctae Trinitatis, Sequentia: *Benedicta sit Beata Trinitas.* 100
36. De Corpore et Sanguine Iesu Christi, Sequentia: *Lauda, Sion, Salvatorem.* K.150.
37. De Sancto Albano, Sequentia: *Eia, gaudens caterva.* 415
38. De Sancta Etheldreda, Sequentia: *Aurea paradisi rutilans.* 416
39. In Nativitate S. Iohannis Baptistae, Sequentia: *Exsulta caelum laetare terra.* 190
40. Apostolorum Petri et Pauli, Sequentia: *Agmina laeta plaudant caelica.* 417
41. Ad octavas Petri et Pauli, Sequentia: *Laude iocunda melos.* 35
42. In Translatione S. Benedicti, Sequentia: *Laudum carmina Creatori.* 123
43. Ad Vincula S. Petri, Sequentia: *Nunc luce alma splendescit.* 106
44. De Sancto Laurentio, Sequentia: *Stola iocunditatis.* K.625.
45. In Translatione S. Edwoldi, Sequentia: *Unus est Dominus ex quo omnia.* 418
46. In Assumptione B. Mariae, Sequentia: *A rea virga primae matris.* K.255.
47. In Depositione S. Edwoldi, Sequentia: *Eia, musa, tange lyram.* 419
48. In Decollatione S. Iohannis Baptistae, Sequentia: *Sancti Baptistae Christi.* K.351.
49. In Nativitate Sanctae Mariae, Sequentia: *Alle caeleste.* 44
50. In die Sancti Michaelis, Sequentia: *Ad celebres, Rex caelice.* K.168.
51. Alia Sequentia: *Summi Regis archangele.* K.172.
52. De Sancto Dionysio, Sequentia: *Superae harmoniae.* 267

53. In Dedicatione ecclesiae, Sequentia: *Laetabundus exsultet fidelis chorus caeli curiae.* K.875.
54. In die Omnium Sanctorum, Sequentia: *Christo inclyto candida.* K.336.
55. In die S. Martini, Sequentia: *Sacerdotem Christi.* K.646.
56. In die S. Edmundi regis et martyris, Sequentia: *Omnis fidelium Ecclesia.* 114
57. In die S. Katherinae, Sequentia: *Dilecto Regi virtutum.* 115
58. In die S. Andreae apostoli, Sequentia: *Sacrosancta hodiernae.* K.401.
59. In natali S. Nicholai, Sequentia: *Christo Regi cantica.* 420
60. De apostolis, Sequentia: *Clare sanctorum senatus.* K.369.
61. Alia Sequentia de apostolis: *Alleluia nunc decantet.* K.374.
62. De evangelistis, Sequentia: *Iocundare, plebs fidelis, cuius pater.* K.427.
63. De martyribus, Sequentia: *Ecce pulchra Canorum resonat.* 101
64. De doctoribus, Sequentia: *Alma cohors una.* K.503.
65. De confessoribus, Sequentia: *Adest nobis dies alma.* K.438.
66. De virginibus, Sequentia: *Exsultemus in hac die festiva.* Morel, 319.
67.[2] In Visitatione B. Mariae, Sequentia: *Veni, mater gratiae.* K.282.
68. Alia Sequentia: *Celebremus in hac die.* K.212.
Alia: *Virgo festi hanc auctricem.* K.212.
69. Unius martyris, Sequentia: *Organicis canamus modulis.* ... 32
70. De Sancta Maria, Sequentia: *Hodiernae lux diei celebris in Matris.* K.202.
71. Alia: *Hac clara die turma.* Morel, 134.
72. In Adventu, de Sancta Maria: *Missus Gabriel de caelis.* K.200.
73. Infra Natale Domini de Sancta Maria et usque Purificationem, Sequentia: *Laetabundus exsultet.* K.13.
74. Paschali tempore et usque ad festum Trinitatis, de Sancta Maria, Sequentia: *Virgini Mariae laudes concinant.* K.234.
75. Alia: *Virgini Mariae laudes concinant.* K.233.
76. Alia de Sancta Maria: *Gaude, Virgo, Mater Christi.* K.242.

2 Les Proses qui suivent ont été ajoutées au cycle liturgique.

409. DE SANCTO THOMA MARTYRE.

1

Salvatoris in honorem
patrem suum et pastorem
venereturt Anglia,
Et in Thoma Christum laudet
quae per Thomam Christi gaudet
assequi praesidia.

2

Caritate radicatus,
ante mortis cruciatus
longa fert exsilia,
Impiorum cadit ense,
sed per ensem ad immensae
lucis intrat gaudia.

3

In virtutis argumentum
Thomae firmat testamentum
cerebri dispersio,
Vicem cartae pavimentum,
cruor supplet atramentum
scribiturque gladio.

4

O miranda Dei dona,
dum torquetur in corona,
coronatur gloria,
Et assertor libertatis
exaltatur cum beatis
in caelesti patria.

5

Sic per mortem vitae porta
reseratur, et absorta
mors est in victoria;
Rem audimus inauditam:
sanat dolor, et ad vitam
mors est ostiaria.

6

Caeci, surdi, claudi, muti,
laeti currunt consecuti
Thomae beneficia;
Per hunc, Christe, nobis dones
ut cum ipso nos corones
in sanctorum patria.

Manuscrits. PARIS : Bibl. de l'Arsenal, 135, Missel Bénédictin Anglais, xiv[e] siècle, *O*. CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB*.

1 d Ut in *O*.
2 e et per *O*.
6 b assecuti *O*. **d** nobis, Christe *O*.

410. IN CONVERSIONE SANCTI PAVLI.

1

Saulus, adhuc spirans minas,
bella, caedes et ruinas
intentat Ecclesiae,
Animatus ad furorem
transit tortor in rectorem
nutu providentiae.

2

Hunc Damascum venientem
Christi servos opprimentem
lux divina reprimit;
Visum perdit in splendore,
visu tamen meliore
visus damna redimit.

3

Vas olim contumeliae
vas confusionis,
vas es effectus gratiae,
vas electionis!
Manum experta vindicem
feritas mitescit,
rapax in ovem simplicem,
lupus mansuescit.

4

Quem baptizat Ananias,
Christus, vitae docens vias,
Sacro replet Flamine,
Vitae datus novitati
quidquid potest homo pati
fert pro Christi nomine:

5

Famem, sitim, frigus, poenas,
saxa, fustes quadragenas,
carceres et vincula,
In aquarum tempestate,
et in fratrum falsitate
sustinens pericula.

6

Pitonissae tollit quaestum,
magum ferit, et incestum
damnat in Corinthio;
Incenduntur libri vani;
moriuntur, fiunt sani,
tacti semicinctio.

7

In Patroclum vita redit
et Plautillae, quia credit,
  reservatur maphora ;
Brevi prece placat ventos,
novem salvat et trecentos
  tuta fert in littora.

8

Dignus caelo contemplari
quae non licet ulli fari
  raptus est ad supera ;
Apprehensa cum sarmento,
sine carnis detrimento,
  manum mordet vipera.

9

Palmae certus et coronae
caput offert sub Nerone
  gratam Christo victimam ;
Adhuc lingua Christum sonat
et in caelis iam coronat
  Pauli Christus animam.

10

Paule, Sauli recordare,
ac in nobis contemplare
  qualis olim fueris,
  et succurre miseris ;
Vas salubre, vas electum,
Salvatoris in adspectum
  nos purgatos provehas
  sedes in aethereas.

Manuscrit. CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.*

6 Faut-il corriger : *morientes fiunt sani ?*

411. IN PVRIFICATIONE B. MARIAE.

1. Claris vocibus inclyta cane turma sacra melodimata.
2. Voci mens bene consona sonet verbis pneumata concordia.

3. Divina robusto tetrachorda plectro docta manus perite feriat ;
4. Resultet virtutum pie lyra Deo sonans nunc dramata dulcisona.

5. Est harmonia haec divina sonore virtutum liquidissima.
6. Mixta castitas est quas intra, in sede locata mixolydica,

7. Cuius in te consistoria inimitabilia,
8. Quae mater es inviolata virgoque puerpera.

9. Idcirco tua Deum fuere digna ferre sacrata viscera,
10. Quem non caelica neque terrea cuncta claudunt omnino spatia.

11. Virginum O Regina, te canimus, Maria, per quam fulsere clara mundo lumina.
12. Tu salus orbis alma, tu caeli porta facta, per te saeculo vita omni est data.

13. Caelicis terrea tu iungis, divinis humana ;
14. Paradisiaca per te nobis patet ianua.

15. Adesto famulis, piissima, influa suspendens iam prece pericula ;

16. Audi fidelia precamina, impetratam deferens caelitus veniam.

17. Et quiete nobis temporum inclyta,
18. In hac vita nostra dirige opera.

19. Post funera, uranica nos duc ad habitacula,
20. Quo laetemur omnes una tecum per cuncta saecula.

21. Exclamet nunc omnigena Amen redempta.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 887, Tropaire de Saint-Martial, xie siècle, *A ;* 1084, Idem, *B ;* 1118, Idem, *D ;* 1132, Idem, *G ;* 1136, Idem, *H ;* 1138, Idem, *K ;* 1338, Idem, *M ;* 9449, Tropaire de Nevers, xie siècle, *O ;* 1235 (nouv. acquisitions), Missel de Nevers, xiie siècle, *Q ;* 10511, Graduel, xiie siècle, *R ;* 1106, Missel de l'église abbatiale de Longoret, diocèse d'Auxerre, xive siècle, *U.* Bibl. de l'Arsenal, 1169, Tropaire d'Autun, xie siècle, (deux rédactions), *N ; N²*. LONDRES : Mus. Brit., Harl., 2961, Bréviaire d'Exeter, vers 1100, *LE ;* Harl. 622, Graduel du prieuré de Roncton (Staffordshire), xiiie-xive siècle, *LF.* OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.* Corpus Christi Coll., 473, Tropaire de Winchester, xie siècle, *CCC.* WESTMINSTER : Bibl. de l'abbaye, Missel de l'abbé Nicolas Litlington, entre 1362 et 1386, *WE.*

Cette Prose a été publiée par W. G. HENDERSON, dans l'édition du Missel de York, imprimée aux frais de la Surtees Society, à Leeds en 1874. Elle porte dans *OA.* et dans *CCC.* l'indication : *Adorabo.*

On lit avant la première clausule, dans *CB*, la phrase suivante, qui est une interpolation : Clange praeclarae lucis altiboando dindima.

1 melodemata *A. B. D. K. M.* melodiamata *U. CB. Cabilonen. Cluniacen.* melo sacra diamata *R.*

2 Vox et *WE.* concinna *G. H.* concina *N. O. Q. R. Cluniacen.* concia *CB.* conscia *WE. Eduen.* bene concinat *Cabilonen.* sonent *G. H. N. O. Q. R. LE. LF. OA. CCC. WE. Cabilonen. Carnoten. Cluniacen.* HENDERSON. sonant *N²*. *Eduen.* vocis *R.* nobis *CB. WE.* pneumatum *A. B. D. G. H. K. M. U.* neumata *N. Cabilonen. Cluniacen.* neupmata *O. R. WE.* pneuma *Eduen.*

3 Divino *A. H.* robusta *U. LF. CB. CCC. Carnoten. Eduen.* dextra chordas *U.* docta manque dans *R. LF. CB. WE. Cabilonen. Carnoten. Eduen. Cluniacen.* pertae (!) *CCC.*

4 pia *O. Q. LE. OA. CCC. Eduen.* HENDERSON. pila (!) *CB.* pie manque dans *LE. WE. Cluniacen.* Deo manque dans *Cabilonen.* sonans manque dans *N. N². R. WE. Carnoten. Eduen.* sonent *LF. Cabilonen.* dragmata *G. N². O. Q. R. LE. LF. CB. WE. Cabilonen. Carnoten. Eduen. Cluniacen.* dracmata *N.*

5 Ast harmonia *LE. CCC.* Est corrigé Ast *OA.* Ast harmoniae huic divinae *CB.* honore *Carnoten.* virtutum sonore *Eduen.*

6 Mira *A.* quasi intra *A. R. LF.* quos intra *B. K.* quo intrat *N. N².* ex qua intra *O. Q.* quae intra *U.* qua intra *Cabilonen.* mixtolidica *OA. CCC.* HENDERSON. intra hominum coniungans Deo foedera *N. N². Cabilonen.* hominum coniugans Deo foedera *WE.* hominum coniungens Deo foedera *R. LF. CB. Cluniacen.* hominem coniungens Deo foedera *Carnoten. Eduen.* hominem coniungit Deo foedera *U.*

7 Huius in te *N. N². Q. CB.* Huius vitae *O. Cabilonen. Carnoten. Eduen. Cluniacen.* Cuius vitae *A. R. WE.* consisteria *O. Q.* consistoriae *Carnoten.* immutabilia *A. Eduen. Cluniacen.* imitabilia *LE.* inimmutabilia *K. O. Q. R.*

Carnoten. sunt immutabilia *U. LF. CB. OA. WE. HENDERSON.* sunt inmitabilia *CCC.* et immutabilia *Cabilonen.*

8 mater est *N.* es mater *CB.*

9 digna fuerant *Carnoten.* ferre caelica *O.* sacrata manque dans *G. K. N. N². Q. R. U. LE. LF. OA. CB. CCC. WE. Cabilonen. Carnoten. Eduen. Cluniacen. HENDERSON.*

10 Quae *A. N. N². O. CCC. Eduen.* nunc caelica *N. OA. CCC. HENDERSON.* nec terrea *LE.* necne terrea *CCC.* neque corrigé en necne *OA.* nec non *HENDERSON.* laudant *OA. CCC. HENDERSON.* clamant *Carnoten.* omnino manque dans *B. N. N². O. Q. R. U. LE. LF. OA. CB. CCC. WE. Cabilonen. Carnoten. Eduen. Cluniacen. HENDERSON.*

11 canamus *Cabilonen.* fulserunt *Carnoten. HENDERSON.* mundi *A. N. N² R. CB. WE. Cabilonen. Carnoten. Eduen.*

12 saeculi *Eduen.* omni dedita *N. N². Q. R. LE. LF. OA. CB. CCC. WE. Carnoten. HENDERSON.* omnis dedita *Eduen.* omnis est data *Cluniacen.* omni debita *O.* reddita *Cabilonen.* est reddita *U.*

13 caelica *LF.*

14 patet nobis *N. N².*

15 Cette clausule et la suivante sont interverties dans *Cabilonen.*. in tua suspendens *A.* in tua *Carnoten.* influo *G. H.* iam suspende *N. N². R. CB. WE. Cabilonen. Carnoten. Cluniacen.* iam suspendens *O. Q. U. LE. LF. OA. CCC. Eduen HENDERSON.*

16 fidelium *Cabilonen.* impetrata *O. Q.* caelitus deferens *G. LE. OA. CB. CCC. HENDERSON.*

17 Ut *G. R. CCC. Cluniacen.* Et corrigé en Ut *OA.* quietem *R. OA.* quietum *HENDERSON.* inclytam *R. OA. HENDERSON.* temporum indulta *LF.* reddita *Cluniacen.*

18 Hac in vita *N. N². O. Q. R. LE. LF. OA. CB. CCC. WE. Cabilonen. Carnoten. Eduen. Cluniacen. HENDERSON.*

19 urania *O. Q. LE. OA. CCC. HENDERSON.* Nos duc *Cabilonen.*

21 Exclament *G. N². O. Q. LF. OA. CCC. WE. Cabilonen. Cluniacen. HENDERSON.* Et clament *Eduen.* Exclamant *CB. Carnoten.* Exclamans *H.* Exclamat *N.* Exclamemus *R.* Subiungant pium omnia Amen redempta *LE.* redempta manque dans *HENDERSON.*

412. DE SANCTO ALPHEGO.

1. Ad haec colenda gaudia

2. Quae Alphegi triumphalis adornat victoria,
3. Mellifluae Trinitati persolvamus cantica,

4. Cuius fidei clara assumens insignia
5. Ad nihilum redegit maligni molimina.

6. Dum fortis patiendo mortem ad usque suam odivit animam,
7. Ut vitam in aeternam, mortis iure calcato, custodiret eam.

8. Omni plenus gratia multa dedit insignia virtutum, verbi semina spargens per incredula carnalium corda ;
9. Sed plebs veri nescia, agens mente lapidea, sancta Dei famina spernit, ac omnimodam prorumpit in iram.

10. Stat martyr ovans, Iesum adorat, Cuius vicem gerebat pro Illo mori gaudebat.
11. Oves commendat Christo servandas, sanguine sternens viam qua graderetur ad vitam.

12. Passus obscura carceris antra, vincla, dira tormenta,
13. Saxorum inter vulnera sanctam caelo reddidit animam.

14. Quid ergo saevis, invida pestis, pestis antiqua,
15. A moriente Christo devicta atque calcata?

16. Virtus hunc sustollet ad gloriam, te invidia trahit ad poenam;
17. Ecce quam laeta cantat haec turma martyris alma,
17 b. Trophaea digna Christo dans doxam, qui tulit palmam.
16 b. Ecce nunc quem murmur non fregerat aeternaliter vivit et regnat.

18. Per haec tua felicia, pater, rogamus gaudia,
19. Quae hodie omnifica tibi cessit potentia:

20. Aufer a nobis meritam mali auditus sententiam,
21. Qua confundentur superba, omni cessante superbia,

22. Et fac nobis perviam regni caelestis ianuam.

Manuscrits. PARIS: Bibl. de l'Arsenal, 135, Missel Bénédictin Anglais, xiv[e] siècle, *O*. CAMBRIDGE: Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB*.

2 Aelphegi *O*.
9 prorupit *CB*.
16 trahat *CB*.
17 b Tropheam dignam *O*. Trophea *CB*.

413. DE SANCTO DVNSTANO.

1. Hodierna

2. Resonent gaudia virtutum praeclara
3. Opera beato Dunstano collata.

4. A matris utero, Deitatis praeventus gratia,
5. Extra mundum, extra mundi mente transivit omnia.

6. Salvatoris monita audiens salubria, Eius ad vestigia cum beata sedebat Maria;
7. Unde ardentissimo flagrans desiderio, patriam continua suspirabat amoris lacryma.

8. Sacerdotis honore praeditus, angelicam
9. Egit vitam signis a puero consecratam.

10. Lumen exstinctum non natus reparat ;
11. Virga daemonum effugat catervam.

12. Sic templi suprema
13. Transcendit aperta,

14. Et angelico ducatu clausam intrat ecclesiam ;
14 b. Apostolica fultus praesentia, suscepit arma futuri praesaga ;
14 c. Vergentem machinam prece levat sola.
15. Hostis invidos conatus verbere dato vacuat,
15 b. Cythara non arte percussa consonam reddit symphoniam in viri gloriam,
15 c. Novi regis prima, illius extrema,

16. Voce diva, agnovit tempora,
16 b. Supernos psallentes spiritus et vota
17 b. Factori solventes audivit talia : [*Kyrie eleyson*, *Christe eleyson*,]
17. Cum quis sua iam miscet cantica.

18. Dunstane, vivens in saecula pro servis exora,
19. Qui te collaudantes devota persolvunt iubila,

20. Ac pro universa per orbem diffusa Christi Ecclesia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. de l'Arsenal, 135, Missel Bénédictin Anglais, xiv[e] siècle, *O.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.* WESTMINSTER : Bibl. de l'abbaye, Missel de l'abbé Nicolas Litlington, entre 1362 et 1386, *WE.*

1. Hodierna Alleluia *WE.*
7 Inde *WE.* continuo *CB.* amore *O.* lacrymas *CB.* Faut-il corriger : *continuo suspirabat amore lacrymans ?*
8 angelico *CB.* contraire à l'assonance.
9 Agit *CB.*
11 catervas *O. WE.*
12 Hic *O. WE.*
13 transcendit opera *O.* operta *WE.*
14 c tergentem machinam *O.* vergente machina *CB.*
15 Hostis et invidos *O. CB. WE.*
15 c legis *WE.* alius extrema *CB. WE.*
17 b Factori psallentes *O.*
17 Num quid *O.* iam sua *WE.* miscent *CB.*

414. DE SANCTO AVGVSTINO.

1. Christo Regi laudes canamus voce dulcissona ;

2. Magni sub honore Augustini praeconia
3. Consonet hac turma hodie dando rithmica ;

4. Quem nobis praeclara Romana destinavit Ecclesia,

5. Quos iugo daemonis obstrictos tenebat idolatria ;

6. Hic athleta praeclarus a Gregoriana prosapia
7. Nobiliter editus, in Dei vacabat obsequia,

8. Ergo praeditus larga Domini gratia,
8 b. Igne accensus atque Pneumatis, intrepidus divini dogmatis semina
9. Diva barbaris voce regibus fulminat,
9 b. Docens ligneos deos abici, quos manibus dolosus artifex finxerat,

10. Et Deum vivum colere a principio qui vivit perpetim dominans.
11. Et ecce, Deo gratias, plebis feritas cedit prona, Deo credula.

12. O magna Dei pietas quam praeclara !
12 b. O caelica virtus, [O] clara, quae Zabuli iura contriverat ludicra.
13. Te, Christe, ergo petimus, nos exaudi
13 b. Tuos famulos quos creasti, ut hodie nostra suscipias carmina.

14. Excelsa te voce, patrone Augustine, precamur ut nobis faveas,
15. Ne hostis antiquus invadat ovilia tibi a Domino credita ;

16. Sed tua per merita annue maxima
17. Ut nostrae miseriae parcas, indulgentiam praestes per Dei gratiam.

Manuscrits. PARIS : Bibl. de l'Arsenal, 135, Missel Bénédictin Anglais, xive siècle, *O.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.*

5 iugum *CB.*
6 Te athleta *O.*
8 b divina *O.*
9 Qua barbaris *O.*
10 Deum verum *O.*
11 Dei gratia *O.* cedit parva *O.*
12 Dei Patris *O.*
12 b Nous rétablissons [*O*] *clara.* Caelica virtus vera *O.* iure *CB.*
13 Te ergo Christe *O.*
13 b cantica *O.*
16 per tua *O.*
17 parcat *O.* praesta superna gratia *O.*

415. DE SANCTO ALBANO.

1. Eia, gaudens caterva, ovanter eia.

2. Pange sonora Domino cantica, Illius et enarra magnalia ;
3. Ex toto corde, ex tota virtute, ex tota anima Christo iubila,

4. Qui est sanctorum vita, virtus, gloria, praemium, corona ;
5. Cuius pietas larga comit aurea Albanum laurea ;

6. Cuius praecellens gratia expurgavit eius crimina,
7 Eius et cornu per saecla exaltat in magna gloria;

8. Cum enim percepisset diva munera
9. Sanctae religionis dona mystica,

10. Adspernens idolatram regem, sprevit idola,
11. Et cum iam duceretur mortis ad supplicia,

12. Prece fugans flumina, per fluvii glareas, sicca transivit semita,
13. Pari quoque gratia, grata fontis munera terra produxit arida.

14. Post haec inclyta, Albane pater, opera, linquens haec terrestria, scandis cum gloria caelorum dindima.
15. Te nunc petimus, patrone, prece sedula, qui es nostra vera gloria, solve precum votis servorum scelera.

16. Exora pro gente Anglica et pro eius pace aeterna,
17. Et nobis tibi supplicibus vitae vera impetra gaudia;

18. Ubi sonat iugiter Alleluia.

Manuscrits. LONDRES : Mus. Brit., Add. 11414, Missel de Lincoln, vers 1400, *LH;* Nero E VIII, xve siècle, *LI;* Egerton, 2677, Missel de Dublin, xve siècle, *LJ;* Harl. 2787, Missel de l'église de Maldon, vers 1400, *LN;* Harl, 3866, Missel de Norwich, xve siècle, *LO;* Add. 25588, Missel de Norwich. *LP.* OXFORD : Bibl. Bodl., Barlow 5, Missel de Salisbury, vers 1370, *OB;* Barlow 1, Missel de Salisbury, *OF.* CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Tropaire de Dublin, vers 1360, *CA;* Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB;* Kk II. 6, Missel de Worcester, xiiie siècle *CC;* Ee II. 2, Missel de Salisbury, xive siècle, *CD;* Ff II. 31, Idem, xive siècle, *CE;* Missel de l'église Ste-Marguerite, Lothbury, xive siècle, *CF;* Ff IV. 44, Missel de Salisbury, xve siècle, *CG;* Musée Fitzwilliam, Missel de Salisbury, xve siècle, *CFW.* MUNICH : Bibl. Royale, 705, Missel de Salisbury, 1384, *MO.*

Cette Prose a été publiée par F. H. DICKINSON dans l'édition du Missel de Salisbury, imprimée à Burntisland en 1883.

1 gaudeas *MO.*
2 et enarra Illius *MO.* magnalia et enarra *CB.*
3 Ex toto corde et tota anima iubila *OB.* toto manque dans *CA.* corde, et ex *MO.* virtute et ex *LJ. CC.* rompt le parallélisme.
4 es *OB.*
6 expurgans *CA.*
7 Cuius *LN. OB. CFW.* cornu chorum *CC.* saecula *Sarisburien.* exultat *OF. Sarisburien.* exaltavit *MO.* in magnalia *OB.*
8 Dum *CA. CE.* divina *LN. OF.*
9 Sacra religionis *CC.*
10 Spernens *LH. LJ.* Aspernans *CD.* idolatriam *LN. CA. CE. CG.* idolatria *OB.* sprevit et *CE. CG.* et ajouté *CFW.* spernit et *CA.* spernit idola *LN. LP. OF. CC. Sarisburien.*
11 Ut cum duceretur iam *LO.*
12 per filium *CC.* glarias *LN.* glarreas *CD.* glarea *CB. MO.* gareas *CA CF.*
14 inclyte *CA. CF.* pater Albane *MO.*
15 vere *CB.* vere nostra *LN. OB.* gaudia *CB.*
16 angelica *LJ.* patria aeterna *OB.*

17 Cette clausule et la suivante manquent dans *CB.* Et nobis tu supplicibus *CFIV.* supplicantibus *CC.*
18 Tibi *OF. CA. CC. CD. CE. CF.* sonet *LN.* integer *OB.*

416. DE SANCTA ETHELDREDA.

1. Aurea Paradisi rutilans portis castra,
2. Simul et terrigena ampli arvi omnis turba,
3. Celsae gloriae hymniflua melodia splendentia festa.
4. Matris inclytae, Christi sponsae castissimae, Etheldredae nunc canant,
5. Feliciter quae rutilans dignitate angelorum esse laeta,
6. Sublimiter renitescens archangelorum ovat inter gaudia,
7. Cuius laus refulget alti Regis aula in caelica,
8. Cuius et virtutes per quaterna triumphant climata,
9. Multiplici gloria quam Christus frequentat,
10. Sanans quaeque infirma et dans quaeque bona.
11. O quam clara meritorum praemia
12. Virgo et regina tenet Etheldreda,
13. Enarrare nostra non valet lingua.
14. Salve, mater casta, laude honesta,
15. Agni sequens vestigia celsi poli auriflua per arva,
16. Voces nostras humillimas audi clemens, Christo nosque commenda,
17. Gloria Cui perpes sit per saecula.

Manuscrit. CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB.*

1 castra est considéré ici comme un féminin singulier ; rutilans est correct.
9 qu(a)s Christi frequentant *CB.*
12 tenens *CB.*

417. DE SS. PETRO ET PAVLO.

1. Agmina laeta plaudant caelica,
2. Aurea hac luce, quam sacrat lux apostolica,
3. Quam Petri Paulique germana decorat laurea.
4. Nam Petrus Catholicam, toto orbe positam, sub Christo regit Ecclesiam :
5. Quam Paulus sublimia fundatam per dogmata ad regna provehit supera.

6. Petrus, virtute sancta vincens Simoniaca monstra, triumphat in gloria ;
7. Paulus herile sperma contorquens Elymae gemella obcaecavit lumina.

8. Petrum marmoris salsa spoliantem profunda divina vocavit tuba, capturam quo trahat humanam ;
9. Paulumque in Iudaea torquentem Christi membra de sede clamavit alta perlustrans hunc alma doctrina.

10. Eia, praecelsa nunc angelica turma concrepa, et resulta voce clara Christi praeconia, quem confessus est ima Petrus in patria ;
11. Paulus arcana contemplans super aethra, lucifer inter astra, totum mundum clarus irradiat, et ad vitae pascua credentes advocat.

12. Petrum ferrea stringunt lora, sed lux eripit angelica ; unde pio corde laeta congaudet Ecclesia ;
13. Paulum aspera inter vincla signa comitantur maxima, donec urbis Romae celsa visitaret culmina.

14. Petrus omnia verbo sanat infirma, praestans caecis lumina, suscitans cadavera, dans et bonis cuncta cunctis bona ;
15. Adsunt gemina in Roma candelabra, quorum lucent lumina inter mundi climata, solis ab exortu et occasu.

16. Haec inter tanta famina caeli conscendunt gaudia, hac die sancta ;
17. Per quorum nos suffragia, Christe Salvator, adiuva, atque conserva

18. Per saecla.

Manuscrits. OXFORD : Bibl. Bodl., 775, Tropaire de Winchester, entre 979 et 1016, *OA*. CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB*. Corpus Christi Coll., 473, Tropaire de Winchester, xi[e] siècle, *CCC*.

Cette Prose a été publiée par W. G. HENDERSON dans l'édition du Missel de York, imprimée aux frais de la Surtees Society, à Leeds en 1874.

2 ac *OA*.
4 Iam *CB*.
7 Paulus caeleste dogma *CB*.
8 quod trahat *CB*.
10 una *HENDERSON*.
15 La fin de cette clausule semble corrompue.
16 Hoc *CB*. haec die *CCC*. die clara *CB*.

Cette Prose porte dans *OA*. l'indication suivante : *Prosa ad Sequentiam : Sanctus Petrus*. Cette mention a son importance. Elle nous indique en effet que nous sommes en face d'un remaniement postérieur d'une pièce plus ancienne que nous publierons plus loin : *Sanctus Petrus et magnus Paulus*. L'imitation d'ailleurs est évidente.

418. IN TRANSLATIONE SANCTI EDWOLDI.

1. Unus est Dominus ex quo omnia;

2. Unum fecit Adam et ex eo cuncta hominum genera,
3. Unumque Abraham multiplicavit tanquam caeli sidera.

4. Ipse etiam sanctum Edwoldum vitantem sceptra et agmina mundana
5. Inclusum vita solitaria fetat post astra familia aeterna,

6. Quae nunc et semper mente voceque fida
7. Laudat in ipso Domini magnalia;

8. Huic adhuc aestuanti superna culmina qua scanderet scala,
9. Qua Dei fieret hostia locum denominat gratia divina,

10. Aemulatus sanctissimi fratris Edmundi regis martyria,
11. Mavult sequi ad ardua quam ad infima succedere regna.

12. Iam praecelsa adeptum proemia praefulgida docent signa;
13. Ad sacra busta lucis columna hunc monstrat de caelo fusa.

14. Hunc et recta vestigia produnt claudo reddita,
15. Et rerum prius ignara caecae natae lumina.

16. Haeret scopulo fixior sancti gleba,
17. Et cassat cuncta cunctorum molimina;

18. Ad Cernelium tandem destinata cedit levissima;
19. Mox unus tollit quem non poterant hominum millia.

20. Quem poscentes salubria et spernentes subit poena,
21. Cuius violantes festa increpant mota aethera.

22. Dux sancte, tua nobis posce gaudia.

Manuscrit. CAMBRIDGE: Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB*.

419. IN DEPOSITIONE SANCTI EDWOLDI.

1

Eia, musa, tange lyram,
clara dans praeconia,
Harmonizans Eduvoldi
quanta sint insignia.

2

Hic ut stipulantur nobis
irrefragabilia,
Ex Edmundi carnem duxit
basilei prosapia.

3

Quo perempto, sceptra sprevit
fratris sui regia,
Peripsema sibi quaeque
visa sunt terrestria.

4

Felix Edwoldus
cui fuit vox praesaga
sic dicens angelica:
" Surge festinus,
fontem quaere Argenteum
lingua dictum Anglica.

5

Inter signum mansionis
erit tibi baculus
fraxineus fixus humo,
tendens ad fastigia."
Clam surrexit, regionis
non affectans potentatum,
nec adscivit quemquam sibi,
gemens, dans suspiria.

6

Sicut cervus
Dei servus
fontem quaerit,
nec invenit
in orientali Anglia.
Transfretavit,
repedavit,
nec fraudatus
ad occasus
invenit solatia.

7

Fontem quaerit, nec in vanum;
hic nonnullum reddit sanum
per eius suffragia;
Huius theca vicit focum,
ad quemcumque fertur locum
vincuntur incendia.

8

Exstinguantur incentiva,
sit mens nostra rediviva
in huius praesentia;
Ne a regno nos caelorum
privet sorde vitiorum
carnis petulantia.

9

Caecis, mutis, surdis, claudis
impertita gratia,
Praeconizat huius sancti
quanta sunt insignia.

10

Absentetur omne malum,
quosque premit leti salum
iuvent haec sollemnia.
Hoc concinens noster chorus
in Edwoldi sit sonorus
confessoris gloria.

Manuscrit. CAMBRIDGE: Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB*.

2 a ut astipulatur *CB*. donne une syllabe de trop. c Eadmundi *CB*.
6 e vers faux. 1 ad occasum *CB*.
10 e Eaduvoldi *CB*.

420. DE SANCTO NICOLAO.

1

Christo Regi cantica
vocum per discrimina
eia pangat musica,
Cuius ex potentia
prodeunt miracula
sibi non insolita.

2

Qui replevit maxima
Nicolaum gratia
strictum adhuc fascia;
Nam inter crepundia
quarta, sexta feria,
semel suxit ubera.

3

Felix pueritia
senectutis opera
gessit facti nescia.
O beata parcitas,
quae mira primordia
Nicolai nuntiat.

4

Patris fugat crimina
dantis per inopiam
scortum fore filias,
Quas vir Dei miserans
auri dando pondera
traxit ab infamia.

5

Haec inter insignia
sumpsit voce caelica
praesulatus culmina.
O Myrrea civitas,
felix es per saecula
tanto patre praedita.

6

Cuius per miracula
bina bis per climata
pollens satis rutilas.
Nautas namque liberat
quos tempestas valida
quassans paene merserat.

7

Plebem fame tabidam
verbo, cibo sublevat
per frumenta praestita,
Quae mensura propria
dantibus in patria
sunt reperta integra.

8

Solvit maleficia
inter undas Diana
quae deceptrix finxerat ;
Iuvenum innocua
militumque capita
a iugulo liberat.

9

Puerum cum situla
voto facto, aurea,
mersum servat ab unda ;
Latrones exterritat
ut sublata referant
imagini tradita.

10

Plura sunt magnalia
fide gesta vivida
quam referri valeant,
Quae per eum gratia
adimplevit divina,
nunc quoque accumulat.

11

Eius de tumba sudat
oleum quod morbida
membra reddit valida ;
Morte cuius inclyta
dies haec tripudiat
anni per curricula.

12

Ipse nobis conferat
per sua suffragia
sempiterna gaudia.

Manuscrits. PARIS : Bibl. Nat., 903, Graduel de Limoges, xi[e] siècle, *A* ; 10508, Tropaire de Saint-Évroult, xii[e] siècle, *R*. CAMBRIDGE : Bibl. de l'Université, Séquentiaire de Cerne, vers 1400, *CB*. WESTMINSTER : Bibl. de l'abbaye, Missel de l'abbé Nicolas Litlington, entre 1362 et 1386, *WE*.

2 e et sexta *R. CB. WE.* vers faux.
3 c facti manque dans *CB*. e quae virtutum culmina *A. R.* f nuntias *A.R.* nuntia *WE.*
4 b prae inopia *A.* f infantia *CB.*
5 a Hac *CB.* inter opuscula *A. R.* e in saecula *A. R.*
6 b bis bina *WE.* c rutilat *CB.* rutilans *WE.* d Natus *R.*
8 b medens aconitida *A.* media conitida *R.* c quae Diana finxerat *A. R.*

La seconde partie de cette strophe diffère avec les manuscrits. On lit dans *A* :

Iuvenes immeritos (pour *immerita ?*)
subire pericula
necis prudens liberat.

On lit dans *R* :

Milites per somnia
minitando plurima
iugulari improbat.

Nous conservons le texte du Séquentiaire de Cerne.

9 b votum *R.* notum *A.* facta *A. R. WE.* n'offre aucun sens. f suae imagini *CB. WE.* vers faux. unde sumpta fuerant *A.R.*

10 a sunt insignia *A. R.* d per eum merita *A. R.* e vivum gessit supera *A. R.* f gessit et post funera *A. R.*

11 a Eius de tumba sudat *WE.* b quo *CB. WE.* c reddit vivida *A. R.* d Sacro cuius transitu *CB. WE.* contraire à l'assonance. e haec est inclyta. *CB. WE.*

REGISTRVM PROSARVM

REGISTRVM FESTORVM

(Les chiffres indiquent le n° d'ordre.)
